Cōmentationes Ioannis Pici Mirandulæ in hoc uolumine cōtentæ: quibus anteponitur uita p Ioannē frā ciscū illustris principis Galeotti Pici filiū cōscripta.

Heptaplus de opere Sex dierum geneseos.

Apologia tredecim quæstionum.

Tractatus de ente & uno cum obiectionibus quibusdam & responsionibus.

Oratio quedam elegantissima.

Epistolæ plures.

De precatoria ad deum elegiaco carmine.

Testimonia eius uitæ & doctrinæ.

Exibunt prope dies disputationes aduersus astrologos aliaq; cōplura tum ad sacra æloquia tum ad philosophiam pertinentia.



Ioannes Franciscus Picus Mirandula Ludouico Mariæ sfortiæ uicecomiti Anglo Mediolanensium duci.S.

Qui uirorꝫ illustrium uitas illustrissime princeps lectióibus posterorꝫ exaratas tradiderunt alii id egere ut eorꝫ noia qbus aut sanguinis necessitudine deuincti aut parta disciplina obnoxii reddebant᷑ edaci uetusta/te nõ exolescerẽt sed ab obliuionis iniuria prorsus uindicarent᷑:qđ pietatis genus plinio auunculo plinius & plotino preceptori porphyrius exhibuerunt. Alii uero id ipsum & quidem auspicatius effecere ut.s.non tam æternæ defunctorꝫ memoriæ q̃ supstitum comparandæ uitæ consulerent:ideoq̧ hilarionis Hieronymum: Athanasiũ antonii: Martini seueruꝫ:paulinum ambrosii:studia indefessa:mores exactissimos:opa preclarissima chartis mandasse comperimus:unde & dei gloria se per orbẽ diffudit et hoĩes ad bene beateq̧ uiuẽdũ: & doctrina & moribus etiãnum concitantur:quorꝫ illectus exemplis opepretium me facturꝫ putaui si uitã Ioannis pici stilo ꝓsequerer.tũ ut patruo eidẽq̧ pceptori cuius spiritalibus bñficiis auctus & cumulatus sum quasi debitũ munus exoluerem tum ut hominem & nostro & futuris seculis ꝓponerem admirãduꝫ: eius.n. exemplo mortales & ad frugalitatem institui & impẽdentis obitus possunt admoneri sed & doctrina abun/de locupletari cum inter omnifariam litteratos(ne citem antiquitatem) extra omnem aleã principem locum obtinuerit:inuidiosum fortasse uerbum sed proculdubio uerꝫ:sed his comptum qui eum intus & in cute(ut dici solet)explorauere nec illis futurũ absonũ:q quoq̧ illũ nouisse linguas humanã et diuinã philosophiã cal luisse:cunctasq̧ hausisse disciplinas q̃ in usu sunt mortaliũ:sed quasdã eruisse de tenebris:quasdam etiã ex/cogitasse:nec dũ undena trieteride perfunctum : aliquãdo nouerint.Fidem amplissimã facient cõmentatiões illæ nunquã satis pro meritis celebratæ q̃ in pñtia prodeunt in publicũ heptaplus apologiaq̧ & tractatus de ente & uno aliaq̧ cõplușcula:omnia adeo illustria suapte natura totq̧ sapientum uirorꝫ comendata iudiciis ut q eadem uel damnet uel minus ꝓbet aut nõ summis efferat laudibus protinus idẽ contra se ferre sñiam uel ignoratæ litteraturæ uel maleuoli animi suspitioni sit : inuidere ei tã multi possunt q̃ uel omnes admirari uel paucissimi imitari uel nemo reprehẽdere:reliquæ illius scriptiones sequenti ordine inuulgabunt᷑ : potissimũ astrologicæ pestis confutationes: Multis laboribus elucubratæ: Multis suspiriis ab hominibus bene institu/tæ mentis & expectatæ & flagitatæ multaq̧ opera a nobis i unum ex liturato & multas in partes discerpto exemplari redactæ q̃ proxime foras exibunt ut q̃ citissime fieri possit uiuifico suo splendore caligantes ocu/los & tabifico supstitionum uapore infectos illustrent hos libros si a tractandis regni negotiis feriatus inter dum degustaueris: Fies extra omnem controuersiam certior: Astrologorꝫ dogmata meracissimas esse nugas & ueluti somnia delirantium eorũq̧ prestigias his monumentis patefieri:quibus lectis atq̧ intellectis uani/tatis istius professores q nostrates imitati ranas diu coaxauerunt nisi in apertam inciderint insaniam macedo/nicarum more conticescent id quod forte inter disceptandum super hoc negotio me tibi aliqua ex parte testi/ficatum memini:Hec interim libenti suscipies animo q̃ nulli magis q̃ tibi dicanda censui ut meam in te fidẽ & obseruantiam quam dum tuis mererem stipendiis pspectam & exploratam habuisti non modo non tradi tam obliuioni sed & perseuerare & augescere indies agnosceres:nõ ingratam etiam me tibi rem facturꝫ sum ratus quando ea librorꝫ dignitas sit ut inscribi eos sibi maximi reges honestũ semper & gloriosum sint arbitra ti:Reliquũ est ut quo te amore prosequor ad bipartitæ iustitiæ obeunda munera exhorter atq̧ ad iugiter cõ miniscendum inuitẽ(qđ prudentissimi principis semper est officium)non tam honorẽ q̃ onus esse ꝙ regnes ut spectatis circũquaq̧ q̃ & hominem & principẽ hoĩem obsideant impedimentis eadẽ moderatissimis affe ctibus superare possis æternamq̧ tibi felicitatem promereri: Vale princeps clarissime : Mirandulæ Kalen. Marcii.Mccccl xxxxvi.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE VIRI OMNI DISCIPLINARVM GENERE CONSVMATISSIMI VITA PER IOANNEM FRANCISCVM ILLVSTRIS PRINCIPIS GALEOTTI PICI FILIVM EDITA

Oannis Pici patrui mei uitã scribere orsus:p̃sandũ lectoribus
ĩprimis duco(ne aut ꝙ fratris filius:aut ꝙ discipulus fuerim me
aliq̃d ĩ gratiã:blandientiũ more:dicturũ suspicarentur)Nihil
i hic amiciciæ datũ:Nihil familiæ nihilq; beneficiis:q̇ maxĩa ꝑ/
fecto in me extiterunt ficticia laude repensum:Tãtũ qppe ab
adulatione seiuncta est narratio mea:quantum absuit adulan
di necessitas:tantumq; caui ne me/uel mentitum/uel uehemẽ
tem/in laudibus legentes arbitrarentur:Si quicquid de ipso cõceperam litteris tra
didissem:ut illud fuerit fortasse periculum:ne parcum potuerint/uel ipsemet uirtu
tes excelse/uel earum assertores/coarguere:Quod uel hoc argumento uidere li/
cet:cum plurimũ doctorum nostræ ætatis hominum/& ex primoribus quidẽ/elu
cupratissime scriptiones/non modo his quæ sumus dicturi locupletissimum reddi
derint testimonium:Sed dum uteretur hac luce/& postq̃ eam cum potiore com/
mutauit/in eius me & morum & doctrinæ præconiis præcelluerint:quarum non
nullas in huius libri calce post commentationes ipsius adscribi iussi:ut firmior te/
stibus non gentiliciis fides adhiberetur. Paternum genus(licet ab Cõstantino cæ Paternum ge
sare per Picum pronepotem a quo totius familiæ cognomentum memoriæ prodi/ nus
tum sit traxisse primordia)missum facientes ab ipso tempore natiuitatis sumemus
initiũ:Tũ ꝙ familiæ forsan nõ minus honoris ille cõtulerit:q̃ acceperit:Tum ꝙ ꝓ
prias animi dotes/reliquaq; totius uitæ & obitus seriem p̃seferentia:quæ uel pro/
priis/aut auribus/aut oculis hausi/uel ab grauissimis excepi testibus aperienda du
xerim:Posthabitisq; & stemate/& præclaris auorum facinoribus recenscenda. An
no a partu uirginis tertio & sexagesimo supra milesimum & quadringẽtesimũ pio
secundo pontifice maximo ecclesiæ præside & Federico tertio habenas imperii Ro/ Mater iulia
mani moderante. Mater iulia ex nobili boiardorum familia:Ioanni francisco pa/ Io. franciscus
tri:ultimo eũ partu peperit:Iam.n.Galeottũ maiorẽ natu:ex quo sum genitus:et pater
Antoniũ Mariã:Sororesq; duas enixa fuerat:Quarũ altera Leonello iã cõiugi Al Galeottus
bertũ Piũ ex carpi prĩcipibus unũ edidit:nũc Rodulphi prĩcipis Gonzagæ cõsors. Antonius ma
Altera Pino ordelapho foroliuiẽsi prĩcipe:cui iampridẽ nupserat uita fũcto:mõtis ria fratres
agani comiti secundas nuptias concessit. Prodigium haud paruum ante ipsius or/ Sorores
tum apparuit:Visa enim circularis flãma ẽ supra patientis matris astare cubiculũ Albertus pi/
moxq; euanescere/fortasse nobis insinuans orbiculari figuræ intellectus perfectio/ us
ne simillimum eum futurum:qui inter mortales eadem hora proderetur/uniuer Prodigium

ſoque terræ globo excellentia nominis circũquaque celebrandum : cuius mens ſemper cæleſtia / ignis inſtar / petitura foret. cuiuſque ignita eloquia flammate menti conſona deum noſtrum : qui ignis comburens eſt : totis uiribus quandoque celebratura : ſed ſtatim obtutibus hominum / ut illa euanuit / occulenda. legimus quippe doctiſſimorum : etiam ſanctiſſimorumque hominum ortus : inſolita quandoque ſigna / aut præceſſiſe / aut ſubſequuta fuiſſe : ueluti eorum incunabula infantium ab aliorum cætu diuino nutu ſegregantia : ſummiſque rebus gerendis natos indicantia : Sic / ut omittam reliquos / examẽ apium Ambroſii magni ora luſtrauit : in eaque introgreſſum eſt : dein exiens / altiſſimumque uolans / ſeque inter nubila condens / paternos aſpectuſque / aliorumque qui aderant uiſus eluſit : Quod præſagium paulinus pluriſaciens ſcriptorum eius : fauos nobis indicaſſe diſſeruit : qui cæleſtia dona enuntiarent : & mentes hominum de terris ad cælum erigerent. Forma autem inſigni fuit & liberali : procera & celſa ſtatura : molli carne : Venuſta facie in uniuerſum : albenti colore decentiq; rubore interſperſa : cæſiis & uigilibus oculis : flauo & inaffectato capillitio : Dentibus quoque candidis & æqualibus. Sub matris imperio ad magiſtros diſciplinaſque delatus : ita ardenti animo ſtudia humanitatis excoluit : ut breui inter poetas & oratores tempeſtatis illius præcipuos / nec iniuria / collocandu s eſſet . In diſcendo quidem celerrimus erat : prompto adeo ingenio præditus : ut audita ſemel a recitante carmina & directo : & retrogrado ordine mira omnium admiratione recenſeret : tenaciſſimaque retineret memoria : quod / cæteris contra euenire ſolet : Nam qui celeri ſunt ingenio natura fieri ſæpe ſolet / ut non multum memoria ualeant : qui uero cum labore percipiunt tenaciores perceptorum euadant . Dum uero quartum & decimum ætatis annum ageret / matris iuſſu / quæ ſacris eum initiari uehementer optabat / diſcendi iuris pontificii gratia / Bononiam ſe trãſtulit : quod cum biennium deguſtaſſet / meris id inniti traditionibus conſpicatus / alio deflexit : non tamen abſque bonæ frugis fœtura : quando iam puer / & quidem tenellus ex epiſtolis ſummorum pontificum / quas decretales uocant epitomen quandam ſeu breuiarium compilauerit : quo omnes conciſius / quam fieri potuit / ſanctionum illarum ſententias concluſit : conſumatis profeſſoribus opus non tenue : ſed Secretarum naturæ rerum cupidus explorator / tritas has ſemitas derelinquens / intellectus ſpeculationi philoſophiæ que / cum humanæ / tum diuinæ / ſe penitus dedidit : cuius enanciſcendæ gratia / non tantum italiæ / ſed & galliarum litteraria gymnaſia perluſtrans : celebres doctores tẽpeſtatis illius / more Platonis / & Apollonii ſcrupuloſiſſime perquirebat : Operam adeo in defeſſam ſtudiis illis impendens : ut conſumatus ſimul & theologus / ſimul & philoſophus imberbis adhuc / & eſſet / & haberetur. Iamq; ſeptennium apud illos uerſatus erat : quando humanæ laudis & gloriæ cupidus (Nõdum enim diuino amore caluerat ut palam fiet) romam migrauit : inibique oſten/

Ambroſius

Paulinus

Forma & corporis habitudo.

Profectus in ſtudiis humanitatis ætate tenella

Ingenium uelox

Ius pontificium puer cauit.

rare cupiens quanta eum a summissoribus inposterum maneret inuidia: nongentas de dialeticis/& mathemathicis/de naturalibus/diuinisque rebus questiones proposuit: non modo ex latinorum petitas archulis: græcorum que excerptas scriniis: Sed ex hebreorum etiam mysteriis erutas: chaldeorumque arcanis atque arabum uestigatas. Multa item de pythagoræ: trimegistique: & Orphæi: prisca & subobscura philosophia: Multa de Cabala: hoc est secreta hæbreorum dogmatum receptione: Cuius & Origenes: & Hilarius ex nostris potissimum comminiscuntur: Questionibus illis intexuit: multa etiam de naturali magia/quam non paruo interstitio/ab impia & scelesta seperari edocuit: Idque multorum testimonio elegantissime comprobauit: Nec duo & septuaginta noua dogmata physica & methaphysica/propria inuenta/& meditata/ad quascunque philosophiæ quæstiones elucidandas/accommodata defuerint: His nouam per numeros philosophandi institutionem adnexuit: Cunctaque simul publicis locis: quo facilius uulgarentur affixit: pollicitus se soluturum eis impensas: qui ex remotis oris disceptandi gratia romam se contulissent: Verum obtrectatorum simultate (quæ semper/uelut ignis/alta petit) nunquam efficere potuit: ut dies altercationis præstitueretur: Ob hāc causam romæ annum mansit: quo tempore uitiligatores illi palam eum: & libero examine/non audebant aggredi: Sed strophis potius & cuniculis sugillare/clanculariisque telis suffodere/pestifera corrupti inuidia (Ita enim arbitrati sunt plurimi) conabātur liuorem/hūc uel hac ratione sibi maxime eum monuisse extimatum est/quod multi qui/uel ambitione fortassis/uel auaritia litterario negotio diu incubuerant/notam sibi fore autumarent. Si iuuenis ille agestis atauorum opibus/multaq; doctrina/quasi fertilis ager luxurians/in prima orbis urbe/de naturalibus/diuinisque rebus/deq; multis/per plura secula nostris hominibus nō accessis: periclitari doctrinam & ingenium non uereretur: Et cum nihil aduersus doctrinam/ueris machinis moliri posse animaduerterent/attulisse in medium tormēta callumniæ: tredecimque ex nongentis questiones recte fidei suspectas acclamauisse/quibus forte se iunxisse nonnullos/qui questiones illas/ut pote insuetas/eorum auribus. ut pie/ita fortasse parum erudite/& zelo fidei/& prætextu religionis incesserent/quas tamen questiones non pauci/& quidem celebrati theologiæ doctores/ceu pias & mundas/prius approbauerant/eisdemque subscripserant: Quorum cœtu Bonfranciscus Regiensis episcopus nanumeratus est: Vir omnigena doctrina: acerrimoque iudicio: & morum grauitate præclarus: qui romæ ad pontificem maximum ea tempestate/pro Ferrariensium duce agebat legatus. Aduersus tamen eum Blaterones illi nihil attentarint/cum forte ab eis labefactari eius famā non posse

Nongente disputande cōclusiones romæ ꝑposite

Origenes Hilarius

Bonfrācíscus Regiensis episcopus

Apologia

uererentur/quando quicquid tractasset correctioni matris ecclesiæ & pon/tificis submisisset. At is fame istec dispendia non perpessus: Apologiam edi/dit/Varium certe opus/& elegans/multaque rerum scitu dignarum cogni/tione refertum/Vigintique tantum noctibus elucubratum. Qua editione luce clarius conspici datum est: non tam conclusiones catholicos potuisse sensus recipere q̄ illos qui prius adlatrauerant/insolentiæ & ruditatis coarguendos esse/librumque ipsum/& quæ scripturus erat imposterum matris ecclesiæ/eiusque presidi sanctissimo iudicio/christianissimi hominis more: cōmittens: Id enim uel expresse/uel tacite fieri oportere persuasissimum est quasiq; illud Augustini proferret: Errare possum hereticus esse nō possum quando Alterum sit hominis proprium Alterum peruersæ & obstinate uo/luntatis. Sed ubi Innocentius octauus pontifex maximus accepit/per editionem Apologiæ/interpetratas conclusiones illas/quæ prius calumniis infe/statæ fuerant/in catholicum sensum/& a nota criminis releuatas/Referenti/busque nonnullis/quibus conclusionum examen demandatum fuerat de/cipulas opponi posse fidelibus/si nonnulle quæstionum illarum (crude qui/dem & in explicitæ disceptandarum more iacebant) passim uagarentur li/belli lectione quo continebantur interdixit/quæ omnia per Alexandri sexti pontificis maximi/sub quo nunc uiuimus/Diploma/quod breue nominant liquido uisuntur: quod cum apologia ipsa impressoribus tradere exaran/dum duximus. Verum in ipso apologiæ calce/quod postea pontifex aucto/ritate prestitit/quibus ille poterat rationibus antea factitauerat. Obsecraue rat quippe amicos/& inimicos/doctos/& indoctos/Vt apologiam legerent: libellum uero ipsum conclusionum inexplicitarum præterirent illectum: quando in eo plurima cōtinerentur/quæ nō passim uulganda triuiis/sed secreto congressu inter doctos & paucos disputanda susceperat. Scolasti/camque exercitationem more academiarum meditatus/Multa ueterum philosophorum/Alexandri. s. & Auerrois/aliorumque quam plurium/ipsa dogmata proposuisse/quæ semper publicæ/& priuatim asseruerat. profes/sus fuerat/predicauerat non minus/a ueræ rectæque philosophiæ/quam a fidei semitis declinare: Atque in hunc modum de libello illo nongentarum conclusionum uerba faciens/Apologeticum opus conclusit. Qui ergo me oderunt/ideo illa non legant/quia nostra sunt: qui me amant ideo non le/gant/quia ex illis quæ mea sunt cogitare plurima possent/quæ non sunt no stra. Cæterum immensa dei bonitate: quæ ex malis etiam bona elicit: effe/ctum esse (quemadmodum mihi rettulit) iudicabat: Vt calumnia illa falso a maleuolis irrogata/ueros errores corrigeret: Eiq; in tenebris aberanti (ut quantum exorbitasset a tramite ueritatis contueri posset) ceu splendidissi/

Innocentius octauus pon.

Alexander sextus

Nota

Alexander Auerrois

Dei bonitas

mum iubar illucesceret: prius enim & gloriæ cupidus/& amore uano suc/census/Muliebribusque illecebris commotus fuerat: fœminarum quippe plurimæ ob uenustatem/corporis orisque gratiam: cui doctrina amplæq; diuitiæ/& generis nobilitas accedebant/in eius amorem exarserunt/ab quarum studio non abhorrens/parumper uia uitæ posthabita in delicias deflu/xerat. Verum simultate illa/experectus diffluentem luxu animum/retudit & conuertit ad Christum/Atque fœminea blandimenta/in supernæ patriæ gaudia commutauit/neglectaque aura gloriolæ: quam affectauerat dei gloriam & ecclesiæ utilitatem tota cepit mente perquirere adeoque mores componere/ut post hac uel inimico iudice/comprobari posset/Cumque de ipso gloriosa statim fama/& per uicinas & per remotas oras uolitare occepisset/plures ex philosophis/qui eruditissimi habebantur/ad eum/tanquam ad mercaturam bonarum artium (ut inquit Cicero) confluebant/uel ob com/mouenda litteralia certamina/uel quibus inerat rectior mentis sententia: ad audienda tenendaque recte uiuendi salubria dogmata: quæ tanto magis expectebantur/quanto ab homine doctissimo/pariter & nobilissimo/pro/fluebāt: qui quandoque deuios mollitudinis uoluptariæ anfractus sectatus fuerat. Videntur enim ad disciplinam morum auditorum mentibus inferendā ea plurimum habere momenti/quæ & suapte natura sint bona/& a pre/ceptore conuerso ad iustitiæ semitas/ex distorto/& obliquo libidinum calle/profici cantur. Elegiaco carmine amores luserat/quos quinque exaratos li/bris/religionis causa/ignibus tradidit. Multa itidem Rhythmis lusit hetru/scis quæ pari causa par ignis absumpsit. Sacras deinde litteras ardentissimo studio complexus: statim in templo dei/ceu frugum primitias/octauum tunc & uigesimum annum agens/de operibus sex dierum Geneseos/& die quietis heptaplum obtulit: Opus quippe & perfectum ingenio/& elabora/tum industria/cum sublimibus philosophorum dogmatis/tum profundissimis nostræ christrianæ theologiæ misteriis/refertissimum: Septemplicique uaria enarratione connexum/septemnario capitum numero cuilibet septenæ expositioni conserto libri nomini maxime quadrans.

Conuersio aī ad deum

Cicero

Exusta amatoria carmia

Studium lit/terarū sacra/rum

Quod tamen ob erutas e naturæ gremio res & difficiles diuinarum quæ/stionum euolutiones/Atque ob prophete reconditissima sensa sermonisque elegantiam/non se passim philosophiæ/& eloquentiæ/rudibus offert: Sed pretiosæ illius/& raræ supellectilis usus paucis paratur: quod & ipse ani/maduertens/in eiusdem proemii calce mentionem/de hac re/non illepidam fecit. Cum primum sacras degustauit litteras/non tantum ueram sapien/tiam: sed & ueram eloquentiam/inuenisse letabundus exultabat. Multaq; ut omittam ab eo testamenti noui allata preconia/Pauli epistolas oratorum

Quid de sacris litteris p nuntiant Pauli episto/læ.

omnium scriptionibus eloquentia prestare/dicebat/Tullii etiam ipsius/De
mosthenisque primarii(ut inquit ille)dicendi artificis/lucubrationes nomi/
natim citans/non quod essent/ut illæ calamistris inustæ/& corralis undiq;
fucis/& cincinnis constipatæ: Sed ut ueram/& solidam/& redolerent/& sa/
perent/eloquentiam/ueris sententiis/uera arte suffultam: Essentque/ut di/
cam breuius/egyptiorum opibus non consulto suffarcinatæ. Omnia porro
Eloquia legis ueteris legis eloquia consumatissimæ scientiæ & sapientiæ plena predicabat:
ueteris quod & si cum alii/tum Augustinus/in libro de doctrina christiana lucu/
Augustinus lenter ostenderit/Septimiusque Tertulianus: Eusebius Pamphili/& Cassio
Septimius dorus affirment/grammaticos/rhetoras/Oratores/philosophosque omnes
Eusebius priscos eloquentiæ & doctrinæ suæ fluenta ex diuinarum scripturarum fon/
Cassiodorus. tibus epotasse/ipse tamen aliis innumeris rationibus prosequebatur: quarũ
partem ĩ heptapli celebratissimæ exordiis/inq; ipso secunde expositionis pro
emio/uidere operepreciũ est. Inter tot iuges diuinæ legis euolutiones secũ/
Libellus de do anno ab heptapli editione/opusculum etiam de ente & uno decem ca/
ente & uno pitibus distinctũ/absoluit/Breue quidẽ corpore/sed amplũ uiribus: Sed al
tissimis & phõrũ dogmatis & theologicis sensibus undequaq; respsũ/quo su
pius ente nõ eẽ unũ/sed sibi ĩuicẽ respõdere/æqualiq; eẽ ambitu ostẽdit: Cõ
trouersiãq; sup ea re a Platonis Aristotelisq; sectatoribus habitã recẽsuit/asse
uerãs accademicos illos/q cõtrariũ contenderunt/uerum Platonis dogma
non assequutos: sensuumque prorsus communionem inter Aristotelem &
Platonem de uno & ente/sicut & de reliquis/in uniuersum & si uerba dissi
Nota derent demonstraturus erat non defuisse: Vltimo quoque operis capite:
totam disputationem ad institutionem uitæ/& morum emendationem/nõ
Antonius fa/ minus ingeniose/q̃ religiose conuertit. Aduersum quod opus Antonius fa/
uentinus uentinus/egregius alioquin philosophus/nonnulla quatuor epistolis obie/
ctamenta protulit/quarum tribus ipse respondit/quartæ uero/uel quia fide
liter delata non fuit/uel quia ex prescriptis responderi posse putauit/uel alia
quapiam de causa/quæ iusta tamen credenda est/mentionem ꝗ sciuerim
non habuit/Cui nos/postq̃ decessit e uita/ne falsa uel latrandi maleuolis:
uel sinistri aliquid credendi rudibus preberetur occasio: respondendi munus
obiuimus: Illudque potissimum curauimus/ut ex precedentibus ipsius sen/
tentiis fuisse magna ex parte responsum monstraremus. Vidimus etiam
Nõnulla pla nonnulla platonica/uernaculo sermone ab eo digesta: in quibus multa ad
tonica priscorum theologiam enodandam facientia: multa in ænigmatibus/& scir
pis/abstrusa/sapientum sensa referantia/deprehenduntur: quæ forsam ma/
ius ocium nacti latina reddere tentabimus: ne tanti hominis supereminens
doctrina/hisce de rebus maxime peruia quibusque/Vulgi ante ora feratur.

Hactenus de perfectis lucubrationibus/quas ante mortem emiserat/Veluti nuntios & anteambulones preclarorum operum quæ conceperat: & procudebat. Vetus enim testamentum interpretamenti iam facibus illuminarat:id ipsum muneris ut nouo prestaret accinctus:nec eos:tantum/quos litteræ series ferre poterat sensus/protulerat: Sed in his locis quæ tris alios diuinorum eloquiorum proprios latura fuerat/superædificabat. Græcisque/& hebreis exemplaribus nostrorum codicum discordes sententias conferebat: Sed hoc potissimum in eius mente consitum fuit/hoc de uniuersis propositis/quæ in commentandi genere conceperat altius insedit:ut alioꝝ dogmata nō adduceret/utpote quæ iā haberētur/legerentur/noscerenť/Sed sua prorsus inuenta & meditata dissereret ut ꝓpriis/non alienis facultatibus/famelicas ueritatis animas pro uirili saturaret. Post hæc hebraico idiomate pollens:de ueritate translationis Hieronymi Aduersus hebreorum calumnias libellum edidit: Necnon defensionem pro.lxx.interpretibus/quantum ad psalmos attinet aduersus eosdem.libellum item de uera temporum supputatione conscripsit. Postremo ad debellandos septem hostes ecclesiæ animum apulerat. Qui enim nec christo/nec illius paret ecclesie/& quod est sequens eius est hostis/aut impius existens nullum recipit credendum dogma/siue falsis inseruit idolis/subq; hisce simulacris/demones adorat/Seu Mosaycam/ꝑditissimorum iudeorum ritu legem colit/Nefandum ue maomethem sequitur/detestandis illius placitis mancipatus/Aut christianam auditu tantum/non operibus & mente sincera/uitam uiuens:euangelica documenta peruertit/Catholicæq; ecclesie non consentiens:obstinato corde recalcitrat/uel non casta fide/sed uariis adulterata/prophanataq; supstitionibus euangelia suscipit/Aut licet solida nitidaq; ac constanti fide receperit operibus aduersatur. Hos itaque septem/quasi duces sub quibus reliqui/uelut gregarii/continentur/propriis eorum armis conflicturus: ad congressum citauerat. Aduersus impios philosophos/qui nullæ religionis iugo colla depressi/nullique addicti numini/naturales tantum rationes adorant/eisdem rationibus dimicabat.ueteris testamenti sententiis/propriisq; iudaice scholæ auctoramentis/ualidissime contra hebreos præliabatur/cum maumethanis/Alcorano nixus pedem/contulerat. Idolorum cultores & multis uulneribus/& ui non multa prostrauerat superstitionibus uanis irretitos/eos presertim qui diuinatricem colunt astrologiam/& ueræ philosophiæ/& peculiaribus rationibus astrologorum acriter taxauerat:Duodecimq; iam libris/& quidem absolutissimis/ex tredecim ad hoc destinatis eorum deliria insectatus fuerat. Demum hydromātiam/geomantiam/pyromantiam/haruspicinam/& cætera id genus ina

Vetus testamentum īterpretatum

Libellus de ueritate trālatiōis hieronymi

Libellus đ uera tēporum supputatiōe

nia sigillatim exploserat. Sed in prophetantes astrologos cuneum expro fesso direxerat/totisque uiribus arietem temperauerat/quando eorũ do/gmatis futilibus quidem & nullius momenti superstitiones cætere suis erroribus fulcimenta aucupentur/uel inspecte geneseos momenta truti/nantes/uel in eligendis horis/aut hexagonos/aut trigonos aspectus quos benignos uocant/conciliantes/& eiusmodi reliqua: quibus nec insa/nus orestes accederet. Nec contentus astrologiam omnem funditus euer tisse/ut ostenderet nostri temporis astrologis/græce potissimum linguæ ignaris/Vanissimam omnium professionum astrologiam/peruersis trãs lationibus uaniorem/si dici potest/effectam. Ptolomæi fructus/quos cẽ/tiloquium uulgo nuncupant/interscribendum aduersus/eosdem quasi aliud agens/e græco in latinum sermonem uertit/& elegãtissima exposi/tione honestauit/quo in libro plura/ut ita dixerim/errata q̃ uerba uulga/ta illa translatione contineri demonstrat/quam tamen semper in archa/nis/Veluti pretiosum thesaurum/custodierunt eiusdem cultores ignaui: De christi fide perperam sentientes: nec matris ecclesiæ parentes imperio quos usitatiori uocabulo nominamus hæreticos/& nouo instrumento & rationibus egregia obiurgatione incessiuerat: nonaginta fere hæreses ĩ propatulo habentur: Verum ille cuncta rimatus/ducentas inuenit/quas sigillatim nonmodo eliminare/& profligare proposuerat: Sed & pariter docere qua ex parte philosophiæ non rite percepta suos errores traxissent aut furcillassent. In christianos postremo quorum fides sine operibus ui/situr/uehementer inuectus fuerat/necnon diligenter explorauerat/qui fieri posset: ut ignem in meditulio terræ constitutum homines credant: quo perpetuo datura sunt pœnas damnatorum corpora cæteraque id ge nus/tam animæ/q̃ corporis/inexcogitata supplicia: immensa quoque dei tatis uisæ gaudia/quibus animæ corporibus iunctæ beantur: atque dictis ecclesiæ quæ ad credendum compellunt/obaudientes non sint & nihilo/minus passim debacchentur/in uitia diuitiisque incumbãt cumulandis nihilque minus formidetur/ab eis q̃ pœne/aut affectetur q̃ regnũ dei: pro morborum item qualitate idoneam opẽ admouere tentabat tetros.s. morbos/& suapte natura impuros/acribus acerbisque medicaminibus in urere: ea uero uulnera quæ minori infecta malitia deprauataque forent cicatricemque obducere desyderarent: lenibus placabilibusque foue/re/adeptis uero ualitudinem & recidiua metuentibus/saluberrimas po/tiones/celebrataque antidota preparare. Multa alia opera fuerat exorsus quibus sperari poterat futurum/ut philosophiæ studia inuniuersum/eli/minatis erroribus/explosaque barbarie reflorerent. Inter hæc potissimũ Platonis & Aristotelis numerabatur Concordia quam iam cœptam bre

Ptolomæi cẽtiloquium e græco in lati/num uersum

Nota

Cõcordia platonis ac Ari/stotelis

ui perfecturus erat/si uita comes paucis adhuc annis superfuisset. Ita enim philosophiā ab incunabulis lactādo nutriuerat/& ad usq; nr̄a tēpora pdu/xerat adultam/Vt nostræ tempestatis philosopho nil amplius: aut ĩ græcis: aut in latinis/aut in barbaris codicibus desyderandum esset/citasset udum thaletem/ignitum heraclitum/circūfusumq; atomis democritum/Orpheus itē/& Pythagoras/prisciq; alii eius ope & gratia in academiam cōuenissent. Postremo philosophiæ principes Plato scilicet fabularum uelamentis/mathematicisq; inuolucris constipatus/& Aristoteles uallatus motibus dextera data fidem futuræ amicitiæ sanxisset. Inter Auerroim quoq; & Auicennā Inter Thomam & Scotum: qui iam diu cōflictauerant/si non pacem inuniuersum/in multis tamen impetrasset inducias/quando in eorum pluribus controuersiis/si quispiam dissidentia uerba rimetur attentius/& exactius libret/scrupulosiusq; uestigans cutem deserens/introrsum ad imas latebras profundaq; penetralia mente peruadat/unionem sensuum indisseperatis pugnantibusque uerbis citra ambiguitatem comperiet. Neotericorꝶ turba partim pro meritis/partim pro culpis/& honorata fuisset & taxata. Totus igitur deo dicatus ecclesiam quibus poterat armis defendebat: Atque latitantē (ut aiunt) e democriti puteo ueritatem educebat/& ignorantiæ gramē in expugnabile/quo multorum mentes præfocantur/subnascentesque pernitiosas herbas abrumpebat penitus & detrūcabat. Sed mors adueniens tot tantarumque uigiliarum laborem/& excultæ lucubrationis partum inanem fere reddidit: hocque potissimum fuit in causa/ut plurimas q̄q̄ magna ex parte exasseatas/& dedolatas/imperfectas cōmentationes dereliquerit/q; scilicet sibi ipsi tantum/non autem nobis/scribebat. Nam sicut celeri in commentādo ingenio/ita ueloci inscribendo manu fuit: Et cum antea pulcherrimos litterarum characteres deliniaret/factum erat/ut ex usu nimiæ in commentando uelocitatis/uix eorum/quæ exarabat/capax existeret: Huc etiam & illuc scribere solitus erat. uetusta interdum/superuenientibus nouis/oblitterans: ea pp exoleta quædam & dispuncta repperi/quædam saltim & uellicatim exarata/omnia denique adeo confusa & inordinata/ut syluæ/aut farragines putarentur: ex libro septemplici/quem aduersus hostes ecclesiæ pretitulauerat/pars illa/quæ diuinaculos astrologos genethliacosque potissimum insectatur/Ab incude/ut dici solet/ad limam perducta fuit quam non paruo tamen labore/nec mediocri cura ab exemplari liturato/et pene discerpto deprōsimus/quo ĩ opere summū philosophum/summum theologum/summum oratorem/acerrimum Christi ecclesiæ propugnatorem/incomparabili preditum ingenio/quod in cunctis ipsius commentationibus cernitur/se demonstrat. Quædam item minutula/non tornata adhuc/apud me cōperi. Inter

pretationē dūtaxat dominicæ orationis. Regulasque bene uiuendi circiter quinquaginta breues profecto nimis & inexplicitas/quas in multa capita si uixisset/deducturus omnino fuerat. Duas quoque ad deum deprecatorias quarum unam rhithmis hetruscis/elegiaco metro alteram/qua grauioribus defatigatum/quandoq; studiis animum cantando ad lyram mulcere posset

Musica exculta

cōposuerat/primis enim adolescentiæ annis genus omne musicæ artis adeo excoluerat/ut excogitata per ipsum modulamina/notatæq; debitis concentibus harmoniæ celebres haberentur: plurima quoque in eius scriniis q̄q̄ inordinata peruidimus: ex quibus tamen utile aliquid/presertim psalmorū enarrationem/cōpilari posse putauerim. Sed & epistolæ circiter. l. diuersis editæ

Epistole multiformes

tēporibus: Tum familiares: tum doctrinales: tū adhortatoriæ emersere una cum oratione: quam Romæ/si disputare contigisset/habiturus fuerat: quæ non tam iuuenis quartum & uigesimū annum nondum nati/perspicacissimum ingenium/& doctrinam uberrimam redolet(quod & cūcte ipsius scriptiones faciunt(q̄ fertilissimæ ipsius eloquentiæ locupletissimum nobis testimonium prebet. Stilo quidem ualde probando usus est semper/non ascito: sed ingenuo/multiformi etiam/pro rerum uarietate/qui & si totū(ut aiunt) Isocratis myrothecion consumpserit/munditiæ tamē & decore maiestatis ornamenta seruauit. Nam & celebrata illa dicendi genera/quorum tria Gellius/Macrobius'quatuor enarrat/ex cōmentationibus ipsius/nec impendio/colliguntur. ibi copiosum/in quo Cicero dominari fertur/breue quod Salustio ascribitur. Siccum frontoni datum/pingue & floridum ī quo Pliniū & symachum lasciuisse prodiderunt/At forte copiam hanc brutus nō uocasset elumbem/nec Salustius immoderatam/Siccitatem quoq; frontonis humectatam/Salustii breuitatem elongatam/flores & pinguedinem Plinii latiori in campo deportatas/non difficile recto iudicio orator deprehendet: Adde his Liuii lacteum fontem forte sine patauinitate(ut ille inquit)adiectis flosculis plurimis Apulei. Verum non hic ī mutuata a græcis philosophia se exercuit/non in atticis noctibus/non in fictis saturnalibus ad laudandam prope Vergilii æneidem fabricatis/non in Romana historia/non ī mera historia naturæ altissimis difficilibusq; speculatibus uacua/sed in admiranda illa mundi fabrica ī incescēdis sacrosanctæ catholicæ ecclesiæ hostibus desudauit in eliminandis astrologis fatigatus est. In theologicis questionibus excutiendis/in Aristotelis & Platonis concordia laborauit/in enarranda sacra eloqa incubuit/In comonendis & adhortandis amicis nauauit operā: Verum hāc de qua agimus/eloquentiam tantum aberat/ut affectaret/ut eos potius dānaret: qui pigmentata lenocinia scrupulosius exquirentes/omnes ingenii uires in uestigandis uocabulorum originibus accommodabant: Quæ omnia

Probatus dicendi charaćter

dicēdi genera

Copiosum

breue

Siccum floridum & pingue

plurimos eo propensius in eius admirationem conuertere / q inter eorum lit teras diu & propensissime uersatus esset / qui latinas litteras eloquentiæ flo/ ribus refertas / non sunt professi / patiantur hæc æquo animo nimii antiquita tis amatores: nam hæc & si concisius compendiosiusq; tamen eo forte ueri/ us / quo me doctiores / & Hermolaus Barbarus / & Baptista Carmelita / & Marsilius ficinus / & Matheus Bossus / & pleriq; alii doctissimi / & eloquen/ tissimi uiri prodidere. Bibliothecas amplas / tam latinorum / q̃ græcorum in/ credibili celeritate & perlegit / & excerpsit: Nullasque (si modo facultas da/ ta) commentationes illectas preteriit. De priscis ecclesiæ doctoribus tantum cognitionis adeptus fuerat / quantum credere difficile est / etiam in eo qui in ipsis solum euoluendis totum uitæ tempus consumpsisset. De neotericis ue/ ro theologis / qui eo stilo sunt usi / quem parisiensem uulgo nuncupant / tan/ tum iudicii apud eum residebat / ut si quis ex improuiso abstrusam illorum cuiuspiam / maleq; explicitam / quæstionem enucleandam petiisset / tanta ĩ genii fertilitate adaperiebat / tãta solertia reserabat / ut diceres doctoris illius uniuersa dicta præoculis & innumerato habuisse / cunctasq; pari modo fa/ milias agnouerat / cunctas scedas excusserat / nec uni illorum sic addictum credas (qui nostris hominibus mos est) ut cæteros aspernaretur. Ipse enim a teneris sic institutus fuit: sic animatus / ut in illis ueritatem quereret / parique honore / quousq; illa eluceresceret: inuentam ueneraretur / priuata affectione nudatus / quid tamen de singulis sentiret / qui inuniuersum famosiores habẽ tur / in Apologiæ proemio / cum de barbaris / græcis / latinisq; philosophis / p/ prietates / peculiaresque laudes retulerit / uidere datur / Thomam uero aqui/ natem quando interloquendum / de his philosophis / theologis ue / qui galli/ co more disceptando scripsere / mentio fieret pre omnibus laudare consueue/ rat / utpote solidiori prealiis ueritatis basi nitentem / Eum quoque in hepta/ plo nostræ theologiæ splendorẽ nominat / De hoc percunctatus creberrime: & a me ipso / idem respondit / Nec oppositum suadere cuiq̃ debent nonnulla quæ in eius apologetico continentur disputanda / alioquin Thomæ opinioni bus exprofesso aduersantia cum iuuenis admodum esset / gloriæque tũc cu pidus / in urbe celebratissima / Gorgiæ leontini more / quascunque tutando partis / famam aucuparetur. Adde q ex decem millibus propositionum tri/ bus tantum aut quatuor non consentire / sed & aduersari / id non conuincũt. Disceptandi porro peritissimus fuit / frequentemque & impensissimam ope ram litterariis agonibus / dum ferueret animus impendit. In obiectando fa/ cile / Scoti acumẽ / & uigilantiam / Francisci acrimoniam / copiam & multitu/ dinẽ aureoli deprẽdi potuissẽt / nec deesse nodos illos / multiplicibus flexioni bus cõplicitos / nec tã titillãtibus argutiis / q̃ grauitate subnixos / inrespõdẽdo

Velocitas legendi

Thomas aqnas

Gorgias leontinus

Scoti acumẽ

Aureolus

Thome fortitudinem & robur: Alberti amplitudinem cerni datur. Verum his conflictibus nuncium pridem remiserat: & magis atque magis id muneris in dies posus fuerat: adeoque detractabat: ut herculi estensi Ferrariensium duci: & internunciis: & se ipso enixissime postulanti: Vt dum generalis predicatorum fratrũ Synodus Ferrariæ celebraretur: disceptare nõ ægre ferret: diu obsequi reluctatus fuerit/ multis tamen rogatibus annuens principi illi cuius amor in ipsum non mediocris extiterat morem gessit. Vnde datum est ambigi solercior ne an eloquentior/ Doctior an humanior appareret. Ex ore quidem disceptantis talis semper animi patebat alacritas/ ut de re comi/ & placida potius/ q̃ subacida & difficili altercari uideretur: quapropter qui ab ore pendebant audientes/ in mirum eius amorẽ excitabantur: Sed frequens ei adagium inerat/ munus id esse dialectici/ non philosophi: Aiebat item eas disputationes prodesse/ quæ placido animo ad uestigandam perquirendamque ueritatem priuatis in locis/ semotisque arbitris/ exercebantur/ At illas obesse plurimum quæ in propatulo fiebant/ ad ostentandam doctrinam uel ad captandam uulgi auram/ atque imperitorum applausum/ Vixque posse fieri omnino censebat/ ut honoris cupidini/ qua frõtiuagi illi disputatores exagitantur/ inseparabili uinculo annexus non sit illius cum quo disputatur desyderium infamie confusionisque/ letale uulnus animæ uenenumque charitatis mortiferum: latuit eum nihil omnino/ quod pertineret ad captiunculas/ cauilasque sophistarum/ & suiseticas quisquilias: quæ calculationes uocantur/ hæ mathematicæ commentationes sunt: subtilioribus/ ne dixerim an morosioribus excogitationibus naturalibus applicatæ. Verum & si in eis esset eruditus/ ac eiusmodi scriptiones legisset: quas forte ad plenum non nouit italia (Nulla enim tam inuia & in accessa litterarum reperiri poterant/ quæ illius uestigio lustrata abunde explorata non essent) odisse tamen & detestari uidebatur/ Valere meo iudicio earum communẽ usum animaduertẽs/ ad sotiorum parandam infamiam labesactandamque in replicando memoriam/ ueritati uero inueniendæ cui indefessam operam nauandam arbitrabatur/ aut nihil/ aut parum conducere: Sed ne plura consecter/ lectoremque deitneam/ comprehendam breui. Enituit aliquis eloquentia/ sed inscitia rerum naturæ secretarum dehonestatus est/ Alius peregrinas linguas/ Sed uniuersa phõrũ decreta nõ calluit/ priscorũ alius inuẽta p legit/ nõ noua dogmata cõcinnauit/ scientiæ ab altero hominũ tm̃ & humanæ gloriæ causa/ nõ christianæ rei. p. emolumento/ & diuinæ/ & humanæ quæsitæ sunt: Ille uero cuncta hæc pari studio ita complexus fuerat/ ut turmatim & coaceruatim in eum confluxisse uiderentur/ nec ut multi qui non aliquo uno excellentes: omnium participes sunt:

Hercules estensis

Adagium

Captiũculæ sophistaꝝ

Suiseticæ q̃squiliæ

Sed in omnib us usque adeo pfecerat scientiis/ut qlibet ex his in ipso con siderasses/eā sibi propriā & peculiarē elegisse iudicauisses: hæc quoque eo admirabiliora erant. Cū a se ipso ui ingenii/& ueritatis amore/quasi absque pceptore assequutus esset/ut quasi de ipso/illud quod de se dicebat epicurus/possumus pferre. Se sibi ipm. s. fuisse magistrū. Ad quos mirabiles effectus tam paruo temporis spatio producendos: qnque ego causas cōuenisse repi/incredibile ingenium/tenacissimā memoriā/facultates amplas/quibus ad coemendos tum nostræ/tum græcæ/tum barbaræ linguæ/libros adiutus ē/Septē quippe aureorum nūmū milia rettulisse mihi memoria repeto: in asciscendis sibi usque ad diem illam/omnisariæ litteraturæ uoluminibus/erogasse: iuge & infatigabile studiū contēptionem postremo terrenarum rerum. Hunc igitur si prisca illa ætas laconū tempore protulisset/Si Aristoteli credimus diuinū illum uirum appellauisset/Sed uirtutes intellectus iam ut arbitror relinquendæ uidētur & nūc predaræ eius animæ partes/quæ actiones spectant prosequendæ exactissimiq; mores ī publicū educendi sunt/ut flāmatus ipsius in deum animus innotescat/ut erogatæ in ægenos diuiciæ collaudentur/ut his qui tandem diuinæ legi/sunt addicti/referendi gratias in bonoꝶ omnium auctorē/q cumulatissime/paretur occasio. Triēnio igitur priusq diē obiret ut posthabitis dominandi curis in alta pace degere posset securus quo sceptra caderent. Cuncta patrimonia quæ Mirandulæ Cōcordiæq; possidebat/hoc est tertiam partem eaꝶ mihi nescio an dono/an uenditione traddidit. quod factum postea Maximilianus Augustus/qui nobis est rex & dominus/ut ita dixerim īmediatus(neq;.n. aliū tot sæculis/quot ē exedificata Mirandula atq; Concordia nisi qui successiue in regali imperiali ue Romanoꝶ throno cōsideret recognouimus)cæsarea liberalitate firmauit: Quicquid aūt ex hoc negotio pecuniaꝶ acceperat ptim pauperibus elargitus est/partim in emendis agris. Vnde & ipse & eius familiares alerentur exposuit/nominatimq; corbulas in agro Ferrariensi multis aureorum milibus nūmum sibi comparauerat. Multa itidem uasa argentea/pciosasq; supellectilis partes in pauperum usus distribuit. Mensa mediocri contentus fuit retinente tam nonnihil lautitiæ prioris/quantum ad fercula/& ad uasa argentea pertineret. Diebus singulis preces ad deum suis horis effundebat. Pauperibus semper si qui occurrerāt pecunias tribuebat: nec eo contentus Hieronymo beniuento ciui Florentino litterato homini quē pro magna in ipsum charitate/proque moꝶ integritate dilexit plurimū demādauerat/ut ppriis pecuniis semp subuēiret egenis. Nuptū quoque uirgines tradderet/eique statim/ut erogatos nummos q primum restituere posset renuntiaret. Id enim muneris ei delegauerat: quo facilius

Quinq; causæ tam mirabilium effectuum

Septē aureorū nūmū milia in comparandis libris erogata

Erogatio ī pauperés

Mediocris mensa

ueluti fido internũtio pauperũ ciuium calamitates & miserias, quæ ipm latuissent releuare quiret: Dedit & sæpius (quod silentio prætereundum non puto) de corpore proprio elemosinas. Scimus plerosq; (ut uerbis utar Hieronymi) porrexisse egentibus manum: Sed carnis uoluptate, & ille cebris superatos. At ipse propriam carnem diebus illis potissimũ, qui christi cruciatus & mortem nostræ salutis gratia representãt, in summi illius beneficii memoriam, delictorumq; expiationem cædebat, meisq; oculis sæpius (cũcta in dei gloriam redeant) flagellum uidi, Vultu hilari semp erat & placido, adeoq; miti natura, ut nũq̃ se fuisse turbatum multis etiã audientibus testatus sit, Recolo mihi interloquendum dixisse, in nullũ euentum (ut res pessime cederent) ira cõmoueri posse credere, nisi scrinia quædam deperirent, quibus elucubrationes eius & uigiliæ reconditæ stipabantur: Sed cum animaduerteret pro deo optimo maximo eiusq; ecclesia laborare, Eisdẽq; oĩa opa studia, actionesq; dedicauisse, & id fieri minime posse, nisi aut eo iubẽte, aut pmittẽte, Cõfidebat se nõ contristatũ iri, o fœlicẽ mentẽ, q̃ iã, nullis posset aduersis deprimi nullis quoq; cõmodis (ut palã fiet) extolli. Nõ illum certe uniuersæ philosophiæ peritia non hebreæ non chaldeæ Arabiceque linguæ, Vltra latinam & grecam: cognitio tumidum reddiderant: Non amplæ diuitiæ, non generis nobilitas inflauerant, non corporis pulchritudo, & elegantia, Non magna peccandi licentia in mollem illam, & spatiosam multorum uiam reuocare poterant. Quid igitur poterat eẽ tam admirabile? quod illius quiret mẽtem peruertere? quid inq̃ supra illum esse poterat? qui (ut uerbis Senecæ utar) Supra fortunam erat. Cum illam siue secundis flatibus tumidam siue aduersis resflatibus humilem, aliquando contempserit, ut eius mẽs christo & supernæ patriæ ciuibus spiritali glutino copuleretur, quod uel hoc argumento liquido percipitur, Quod dum ecclesie officia & dignitates a plerisq; nostri temporis (proh dolor) licitatas, auctionatasq;, nõ paucos uideret expetere, flagitare, suspirare, enixissime mercari. Ipse a duobus regibus per internuntios oblatas, testes adsunt grauissimi: testis ego se sacris initiari nolle respondens, repudiauit: alter uero quidam cum seculi dignitates, & amplos reditus, se daturum spopondisset, si regem eius adiret, conspicatus angulum non relinqui in quem se conderet, adẽptaq; esse cuncta suffugia, tale illi dedit responsum: Vt intelligeret se nõ dignitates, aut diuitias expetere, Sed potius, ut deo, & studiis uacare posset: illas neglegisse. Ferrariæ quoque cũ ex amicis qdã Pandulpho collenutio pisaurensi iuriscõsulto, pspicacis ĩgenii uiro, et multifariæ lectiõisquo amico familiarissime utebaĩ, suasissẽt, ut eũ adduceret qbuscunque rõnibus posset ad cardinalatus dignitatẽ petẽdã, uel certe si eã põtifex offerret (qđ

Hieronimus

Propriũ corpus cæsum flagris

Vultus hilaris

Mitis natura

Constantia animi

Quinq; linguarum notitia

Seneca

A duobus regibus oblatæ dignitates & reiecte

Diuitiæ pp deum & pp studia neglectæ

Pandulphus collenucius

multis futurum uidebatur) amplectendam: Idque pandulphus subhesitans pertétasset, quippe qui non ignarus esset, Omnia illum malle, q̄ huiusmodi honoribus commisceri, ipse qua erat animi magnitudine responderi protinus propheticum illud, per epistolam iussit. Non sunt cogitationes meæ: cogitationes uestræ contemplans forte de bonis ecclesiæ, quorum pars maxima pauperibus hereditario iure debetur, magnificos ducere apparatus: non oportere, Sanctissimorum item hominum exempla ante oculos posita, Ambrosii scilicet Augustini, Martini cæterorũq;, qui episcopatus dignitatem oblatam effugerunt, Diuque id muneris ante q̄ obirent detractauerunt, quid quod & non modo ab cardinalatu ipso, Sed & ab suprema summi pontificii potestate sanctissimum celestinum se abdicasse legerat ipsumque totius christianæ rei publice humeris onus excussisse, onus uere cum subeuntibus maximum paretur præmium inuitis scilicet & parendi tantum iuuandique gratia illud amplectentibus persuasissimum erat, uiro philosopho non esse laudis cumulasse diuitias, non quesisse honores, sed renuisse, Et umbratilem renuendo gloriam, ueram adipisci, quæ semper uirtutes ceu comes indiuidua & asecla comitatur. humanam gloriam uel pro nihilo habebat, Aiebatque sæpius famam uiuis non nihil mortuis minime profuturam, tantumque propriam estimasse doctrinam agnouimus, quantum utilitati ecclesiæ, & eliminandis explodendisque aduersis erroribus cõduceret, quinetiam ad eam perfectionis metam peruenisse percepimus, ut scilicet parum curaret, si eius commentationes non sub proprio nomine publicitus ederentur, dum tamen id ipsum quod sub pici nomine facturæ fuerãt afferrẽt hoĩbus emolumẽti, minimũq; aliis amplius affici libris, p̃terq̃ ueteri nouoq; testamẽto ætatisq; residuũ in eis semp uoluendis, cõsumere statuisse nisi publica eũ stimularet utilitas cũ uideret tot, & tãta q̃ cõcepat, & pturierat, passim ab oĩbus nõ efflagitari modo, sed & ĩmatura exigi, Minutulũq; quantulumcũq; deuoti, uel seniculi, uel aniculæ, affectum in deum, pluris q̃ omnẽ eius humanarum diuinarumque rerum noticiam faciebat. Admonebatque sepissime familiares inter loquendum: Vt animaduerterẽt quantum laborant nutentque mortalia, q̃q; caducum & fluxum quod uiuimus, q̃ firmum & stabile quod sumus futuri, Siue scilicet detrudamur ad inferos, Siue subleuamur ad cælos, hortabaturque ut ad deum amandum conuerterent & incitarent mentes, quod opus preponderaret cuicunque: quã in hac uita habere possemus cognitioni, hoc etiam ĩ libello ipso de ente & uno luculentissime est exequutus, quando ad Angelum politianum, cui librum nuncupauit in ipsa disputatione, conuersus hæc uerba effatus fuerit. Sed uide mi Angele, quæ nos insania teneat, amare deum dum sumus

Ambrosius
Augustinus
Martinus
Celestinus

Contemptor humanæ gloriæ

Nota

Vera christianæ mentis institutio

Quid d̃ amãdo & cognoscendo deo ĩ hac uita iudicarit

in corpore plus possumus q̄ uel eloqui/uel cognoscere amando plus nobis p ficimus/minus laboramus/illi magis obsequimur/mallumus tamen sem/ per per cognitionem nunquam inuenire/quod querimus/q̄ amando possi/ dere/id quod non amando frustra etiam inueniretur. Illud quoque diui Francisci/Tantum scit homo quantum operatur/illius in ore frequens fue/ rat. Cæterum liberalitas sola in eo modum excessit/tantumque aberat/ut aliquid curæ terrenis rebus apponeret/ut etiam incuriositatis neuo macula/ retur. Ab amicis quoque sæpius admonitum competimus/ut in totum diui tias non contemneret/Asseuerantibus id sibi probro dari/cum uulgatum foret/siue id uerum/siue falsum/furti dispensatoribus prebuisse occasionem nihilominus mens illa/quæ semper contemplandis/perscrutandisque totius naturæ consiliis inherebat/demittere se facile non poterat/ad hæc infima ab iectaque/pensiculanda. Memini dum Ferrariæ cum eo obuersarer/obsona/ torem pagella quadam oblata expensarum approbationem expetere/quo uiso mirabundus extiti/percunctatusque illum/mentem ne ad id/quod retroactis temporibus neglexerat/apposuisset/respondit familiaris/non mo do ab eo efflagitasse/sed exegisse/ut id subiret officii/quibus ut morem gere ret factitauerat/tantum uero curæ/quantum prius habuisse. Quinetiam dum eius dispensator primarius/eum interpellasset/ut eius pecuniarum quas per multos annos contractauerat dispunctionē fieri iuberet/quo secu/ rius menti suæ consuleret. Atque eiusmodi libros coram attulisset/talia ei/ dē uerba respondisse percepimus. Scio me q̄ sepissime abs te & potuisse & posse fraudari. Quapropter liberatione expensarum harum opus non est: Si tibi debeo q̄primum nummos exsoluam: Si mihi debes uel in presentia: si potes/uel in posterum/si non adest facultas/debita relue. Amicos uero semper multa indulgentia tractauit/quibus cum hortatoriis ad beneuiuen/ dum locutionibus uti solebat. hominem noui qui dum eius doctrina fretus & fama secum loqueretur/& haberetur sermo de moribus/duobus tan/ tum ipsius uerbis commotum/ut uia uitiorum deserta mores reformaue/ rit. Verba fuerunt eiusmodi. Si christi mortem nostri amore perpessam pre oculis haberemus/propriam quoque identidem cogitando caueremus a ui/ tiis. Modestiam & comitatem in eos admirabilem exhibuit/quos non a ui/ ribus/aut fortuna probatos/sibi deuinciendos duxerat ēt & amoribus & do/ ctrina/eos tamen qui quantulumcūque pollerent litteris/uel saltem bonar artiū studiis/nauos aptosq̧ inspiceret/diligere cōsueuerat: Similitudo nāq̧ amoris est causa/& erga sapientem uirum/ut teste philostrato/Apollonius inquit/Affinitas quædam est scientiam quoque perficere hominem: qua homo est perfectum uero bonitatem consequi super alios uero probos

Eullogiū qđ in ore hēbat frequens

Liberalitas nimia

In amicos beneuolentia

Duo saluberrima remedia aduersus uitia

Similitudo amoris cā

eſſe diligendos non ambigitur. Cæterum nihil ei intolerabilius/quam(ut
uerbis horatii utar)ſuperba ciuium potentiorum limina/Militiam quoque Horatius
ſæculi & coniugale uinculum poſus fuerat/interrogatuſque interiocandum
quid ei ad alterum ſubeundum onus/ferendumque & neceſſitate cogente:
optione data/leuius uideretur/hæſitabundus aliquantulum/nutabunduſ
que/necnon pauxillum ſubridẽs/coniugium reſpondit cui non tantum eẽt
& ſeruitutis annexum/& periculi/quantum militiæ:libertatem enim ſupra
modum dilexerat/quam & natura ſic affecta/& philoſophiæ ſtudia ſuggeſ Libertas aſ
ſerant: Vagumque ob id plurimum extitiſſe illum autumo/nec propriã ſibi
unquam ſedem delegiſſe: licet Florentiæ ſæpius: & Ferrariæ quandoque
commoraretur/quarum alteram ciuitatem ſibi quaſi domicilium preſti/
tuiſſe putauerim/quod ſcilicet in ea poſt Bononiam primum litterarum ſtu
dia coluerat:illiuſque princeps eum mirifice diligeret. quadamque ueluti aſ
finitate coniunctus: Vtpote ex cuius ego ſorore ſcilicet Blancha Maria
eſtenſi natus ſim nec etiam longe nimis eſſet a patria/quando triginta tan/ Blancha Ma
tum paſſuum milibus ab Mirandula orientem ſolem uerſus Ferraria diſtet ria eſtenſis
Alteram ſiue aeris amænitate: ſiue plurium amicorum ſuauitate: ſiue
ingeniorum ſubtilitate dilexit plurimum: & incoluit: quos inter littera
rio amore duos ſibi potiſſimum deuinxit: Angelum ſcilicet Politia/ Angelus po/
num uirum græce/latineque/doctiſſimum/necnon uariarum litterarum litianus
florum refertum/ac prope uindicem Romanæ linguæ. Alterum Marſilium Marſilius fi/
ficinum Florentinum/hominem omnifaria litteratura redolentem/Sed ma cinus
ximum/& his qui nunc uiuunt/Platonicum cuius opera in academicis ſibi
uendicandis/uſus fuerat. Exterioris latriæ cultus non multum diligens fue/ Exterioris la/
rat/non de eo loquimur quem obſeruandum precipit ecclelia(geſtaſſe quip triæ cultus
pe pre oculis eum uidimus)ſed de his cerimoniis mentionem facimus/quas
nonnulli poſthabito uero cultu dei/qui in ſpiritu & ueritate colendus eſt: Verus dei
proſequuntur: & prouehunt: At internis affectibus feruentiſſimo deum cultus interio
amore proſequebatur. Interdum etiam alacritas illa animi propemodum ris latriæ cul/
elangueſcebat: & decidebat: Maiori quandoque nixu uires aſſumens/a tus
deoque in deum exarſiſſe illum, memini/Vt cum Ferrariæ in pomario quo/ Feruor amo/
dam de Chriſti amore colloquẽtes longis ſpatiaremur ambulacris/in eiuſ/ ris in deum
modi uerba proruperit/Tibi hæc dixerim/in arcanis recondito/Opes quæ
mihi reliquæ ſunt abſolutis/conſummatiſque elucubrationibus quibuſdam
egenis elargiar/& crucifixo munitus/exertis nudatiſq; pedibus/orbẽ pera/
grãs/per caſtella/p urbes/chriſtũ predicabo. Accepi poſtea illum mutauiſſe
propoſitũ nã predicatoꝝ ordini ſe addicere ſtatuens/interim eoꝝ quæ cõce/
perat operum/q̃q̃ inchoauerat maturabat editionẽ. Sed Milleſimo quadrin

Quo āno uitæ sit mortuus

gentessimo nonagesimo quarto anno redemptionis nostræ: Dum ipse secundum & trigesimum ætatis annum impleret/Florentiæque moraretur insidiosissima correptus est febre/quæ adeo in humores & uiscera grassata est/ut nullum non medicamentorum genus adhibitum contempserit/eumque omnino naturæ satisfacere intra tertium decimum diem coegerit. Sed quemadmodum in infirmitate se gesserit/licet eo tempore ab eo procul essē narrare tamen non desinam/quæ ab grauissimis testibus/qui aderant acceperim.

Qualiter in infirmitate se gesserit.

Quale illud cum post sumptum eucharistiæ sacramentum/Sigillū ei crucifixi Christi offeretur/ut inde plenos amoris haustus ob ineffabilis illius passionis nostræ salutis gratia memoriam/priusq̄ exhalaret animam/sūmere posset fortissimum dumtaxat aduersus quæcunque aduersa/munimē ualidissimumque contra iniquos dæmones/propugnaculum/Interroganti q̄ mox seniori/An firmiter crederet/ueram esse illam dei ueri/uerique hominis imaginem/qui qua deus est/ante tēpus/& æuum ab ipso patre deo: cui æqualis in omnibus genitus esset/deq; spiritu sancto/qui & deus est/ab ipsoq; & patre/quæ tria unum sunt coeterne/manante ī utero Mariæ/semper uirginis/cōceptus esset/in tēpore/qui famē/qui sitim/qui labores/æstus uigilias/perpessus esset/qui demum pro contractis ab ade semine sordibus nr̄is abluendis/proq; reseranda ianua cœli maxima/qua genus humanum charitate compelectbatur preciosissimum sanguinem/& sponte/& libentissime in ara crucis effudisset/cæteraq; id genus recenseri quādoq; solita/Non modo se credere/sed & certum esse/responderit/& item illud cum Alberto pio sororis filio/quem nominauimus inter huius uitæ initia/iuueni/& ingenio/& bonarum artium studiis & moribus conspicuo/eadem ratione qua Alexander ex aphrodisiade/& themistius in auscultatoriorum librorū proemio fortitudinem e physicis contemplationibus/sumi contra mortis metū declarauit/quam mox sententiam usurpauit Auerrois/conāti inq̄ Alberto mortis confinia reddere placabiliora: in hunc modum uerba reddiderit. Nō illa dumtaxat ratione pacari animum/non finē mortis cruciatibus poni: sed hac potissimum q̄ dei sui offensis/terminus iam poneretur/quando breuiusculum uitæ eius tempus/crebriores ī deum offensas/non contenturū arbitraretur & illud præterea quando pluribus ex predicatorum collegio probatissimis testibus/& Alberto ipso paulo ante citato/reuelauerit. Cæli reginam ad se nocte aduentasse/miro fragrantem odore/membraque omnia febre illa contusa/confractaque/refouisse/seq; morti omnino non concessurū ꝓmisisse/Hilari placidoq; ore ī strato/dū ægrotaret/iacuisse cōpertū ē/Atq; īter mortis aculeos/quos sustinebat/q̄si cœlos sibi patefactos cerneret loq solitū/salutātesq; oēs & operā suā/ut moris est/pollicentes blandissimo ab eo

Christiani hominis finis laudādus narratur

Dei imago

Albertus pius

Alexāder ex aphrodisiade

Themistius

Auerrois

Cæli reginā ad egrotantē nocte accessisse

sermone & receptos & exosculatos. Ab seruis item omnibus/si cui molestus forte fuisset/ignosci sibi postulasse certiores facti sumus/quibus ante acto anno testam̄to cauerat/Victum aliis/& tegumentum/dum uiuerent aliis pecunias pro meritis erogari: hæredes Florentini xenodochei pauperes instituit: eorum dumtaxat quæ moueri non poterant: Mobilium uero Antonium Mariam fratrem. Quanta uero molestia eius obitus infimos/& summos omnium gradus affecerit/testes sunt italiæ principes/urbes & populi/Testes hi reges/quos supra citauimus Testis iterum Caroli galliarum regis benignitas & gratia/silentio non pretereunda. Cui cum Florentiam aduentanti/ut inde Romam peteret/Neapolitanum regnum expugnaturus/graui eum laborare ægritudine/nuntiatum fuisset/Duos statim medicos ad eum/legatorum etiamnum fungentes officio/uisitatum/& opitulatum/ipse transmiserit/litterasque/quas & uidimus/& legimus/propria subscriptas manu dedit/plenas & humanitatis/& earum pollicitationum/quas & magnanimi regis beniuolentissimus animus/& præclaræ uirtutes ægrotantis exigebant/Ei quippe tum fama notissimus erat/tum quadam familiaritate coniunctus/Nam ab eo in galliis/dum parisios inuisceret/honorifice exceptus fuerat/enī uero qui eum dum uixit toti orbi/& multis/sæculis admirandum/præstitit/ita eius obitum non minus celebrem/& inauditum celebrari decreuit/quo circa ea in presentiarum referenda puto/quæ meis auribus hausi/dum Florentiæ quo illius infirmitate percepta/licet non tempestiue/me contuleram/in æde sacra/quæ sanctæ Reperatæ dicitur/Hieronymum sauonarolam Ferrariensem/ex predicatorum ordine/Virum & theologiæ consultissimum/& præclarissimum/famatissimumque sanctimonia/sacras habentem ad Florentinum populum conciones/audirem. Sed prius sacrarum litterarum ignaros/Apulei uerbis/admonere consilium est/Ne crassis auribus/& obstinato corde/ea putent mendacia/quæ auditu noua/uel uisu rudia/uel certe supra captum cogitationis ardua uideantur/quæ si paulo altius explorauerint non modo compertu euidentia/Verum etiam factu facillima sentient Is igitur e pulpito declamitās/quæ sum dicturus cunctis qui aderant insinuauit. Arcanum tibi o Florentia pandendum est/quod equidem ita uerum est/quam ꝓuerbium illud apud te frequens Ioannis euangelium: Subticuissem profecto/Sed ad dicendum compellor/& qui mihi precipere potest/ut hæc palam facerem/imperauit/Neminem porro uestrum puto fuisse/qui Ioannem Picum Mirādulam nō nouerit/magnis ille a deo beneficiis/magnisque gratiis cumulatus Multifaria q̄ preditus disciplina fuerat/Nulli forte mortalium tam celebre obtigit ingenium: Magnam in eo iacturam fecit ecclesia/Arbitrarer/si diutius ei uitæ spatium prorogatū fuisset/cunctos q octingentis ab hinc annis decessere/ob scriptionū monum̄ta/q̄ reliqsset excelluisse/hic mecū obuersari solitus erat secreta palā facer̄/ex qbus nouerā iternis eū locutiōibus a deo ad religioné citari/unde afflatibus hisce obse/

Obitum eius oēs gradus hominū molestia affecisse.

Laus fratris hieronymi sauonarolæ Apuleius

Verba fratris hiero.

qui cupiens/non semel obtemperare proposuerat. Verum diuinis beneficiis male gratus uel ab sensibus euocatus detractabat labores (delicate quippe temperature fuerat) uel arbitratus/eius opera religionem indigere/differebat ad tempus hoc tamen non ut uerum/sed ut a me coniectatum/& presumptum/dixerim/Ob id duobus ei annis flagellum interminatus sum/si opus/quod ei deus patrandum proposuerat/negligenter exequeretur/Rogabam fateor deum identidem/ut cæsus aliquantulum uiam/quæ ex alto eidem ostensa fuerat tandem capesceret/Nō hoc quæsiui/quo perculsus est/non hoc putaueram/at id deo decretum fuit/Vt uitam hanc relinqueret/preclaræque coronæ in cælis preparatæ partem amitteret/famamque/& nominis celebritatem/quæ ad summum cumulum/si uixisset/fuerat habiturus/ad plenum non assequeretur. Verum benignissimus iudex/clementissime erga ipsum se habuit. Atque ob elemosinas larga & effusissima manu pauperibus elargitas/& orationes/quæ ad deum instantissime effusæ sunt/effectum est/ut nec eius anima/in sinu patris/adhuc super cælos exultet/nec ad inferos deputata perpetuis tormentis crucietur/Sed purgatorio igni ad tempus mancipata temporarias pœnas luat/quod in hac parte libentissime dixerim/ut qui eum nouerunt/& hi potissimum/qui eius beneficiis cumulati fuere suffragiis adiuuent/Hæc & plura alia/uir dei clara uoce asseuerauit/Se addens non latuisse/obmendatia eiusmodi/si qua miscerentur/uerbi dei precones dignos effici de quibus æternum summeretur suplicium/nec non adiciens diebus aliquot/hæc sibi inuniuersum fuisse comperta/Sed propter uerba que uirginem dixisse sibi ægrotus affirmauerat/nutabundus stetisse formidasseque diu/ne ille demonum opera fuisset illusus/quando ob eius mortem uirginis pollicitatio frustraretur. Verum tamen innotuisse sibi defunctum/æquiuocatione mortis deceptum. Cum illa de secunda & æterna locuta fuisset. Hic de prima & temporaria credidisset/quod si quis dixerit hominem hunc uel hypocrisi fuisse mentitum/uel fantasmatis ludificatum/uel dæmonum prestigiis circunuentum: Is nisi aut male de fide sentiens/aut mentis emotæ sit/fateatur necesse est/deum multifarie fœlicitatem eorum miseriamque/qui animam effudissent uiuentibus/& reuelasse iam/& reuelare posse. Eodemq; tēporis spacio/eos quibus hæc palam fiunt certiores reddere/se non a uisis/aut spectris illudi/sed uera esse/quæ aut mente/aut oculis cernant & uideant. Tantæ uero & doctrinæ & auctoritatis uirum tantæ probitatis & prudentiæ/quorū in Aristotelis philosophiam/compendiaria theoremata/monitiones publicæ/preclarissima interpretamēta/in sacra eloquia futurorꝫ contingentiū/p̄dictiōes/quæ euenisse ad lineam/omnis fere nouit Italia/sanctissimaq; uitæ cōuersatio testatissimam pridem fecere fidem. in principe templo tam celebratæ urbis/hæc ut uera/ut inconcussa tenenda/tot millibus hominum ueritate non comperta pronuntiasse/nemo nisi maleuolus inficiabitur. Adde q; dum non nihil super id negocii sciscitarer uirū

Elemosinæ

Status aīæ

Duplex mors

Laus doctrinæ & probitatis fratris hieronymi

qui sermoni itersuerat/adiisse concionatorem audiui/ac eidem/ut ea plus haberẽt roboris/quæ uulgauerat rettulissem defunctũ uallatum igne sibi apparuisse/& ꝑ fessum ingratitudinis adhuc pænas dare. Quinetiam monacha quædam multis predara uaticiniis/quęꝗ ipsi dum uiueret multa futura predixit/quæ ad amusim euenere/inter reliqua/Hoc unum protulit biennio anteq̃ e uita migrasset: eum li/liorum tempore opera & hortatu fratris Hieronymi (de quo mentionem fecimus) predicatorum fratrum collegio se dicaturum. Eodemque tempore Florentinam quādā familiam (quam pactiam nuncupant) tunc exulantem/ad patriam reditu/ram complures ad quos hæc fama peruenerat/super hac liliorum nomenclatura demirabantur/loqui eam arbitrantes de uerno tempore quo lilia florescunt/Sed lilium hoc galliarum regem exstitisse compertum est/qui pridie q̃ ille religionem profiteretur: ita enim uouerat anteq̃ moreretur/& quatriduo postq̃ extorris illa familia se contulit in urbem patriam/magno comitatu Florentiam ingressus est/iter perhetruriam faciens/neapolitanum regnum ui & armis in ditionem uindicatu/rus. Verum anteq̃ finem faciam prefari iterum paucula in calce operis non inutile puto. Videor enim mihi uidere ad reuelationes has /ueluti ad lunæ umbram baubantes molossos/quibus adhuc offula (prioribus fortasse non contentis) obici/enda est: ne frustra latratibus aera uerberent: Video item dementibus excuti risũ: Video his qui sciolos se arbitrentur/summoueri ludum: qui forte ob non persolu/tum religionis uotum igne torqueri animas non debere contendent/nec diuino af/flatos spiritu tempestate nostra reperiri homines/qui Christi colloquiis perfruan/tur: At si peccata non morte. sed uenia digna purgatorio igni esse plectenda arbitrarentur/iustos & pænas dare non mirarentur: Item si seruum qui uoluntatem domini sciens non adimpleuit/teste ueritate/multis uapulaturum non ignoraue/rint/hunc qui dei uoluntatem nouerat & implere distulit/& si a noxis quibusque aliis fuisset immunis/supplicia luere non extasim proderetur: Alia ex parte rudẽ & insulsam eorum astutiam mirari satis non possum/qui cum christum pro hominibus mortuum credant/eosdem homines alloqui eundem facile posse non credãt Vehementioriꝗ argumento uirginis matris/angelorumꝗ beatorum ue hominũ spirituum affatibus participes/eosdem mortales homines non posse fieri/animaduertendum eis profecto foret inferiora omnia per superiora gubernari Dionysio etiam areopagita teste/in libro de Hierarchia cælesti/separatisque mentibus infe/rioris gradus & naturæ/quibus hominum cura demandata est/per superiores mẽtes/que iterum uel a supremis/uel ab ipso deo diuina mysteria hauriunt/illuminari hominesque diuino afflatos spiritu easdem reuelationes accipere/hominũ mul/titudini cum expedit patefaciendas/sacrosancta hæc diuinitatis lex/quod ab eodẽ Dionysio libro cælestis Hierarchiæ edocemur ut per prima sequentia ad augustissimam lucem subuehantur/ignari proculdubio sunt diuinarum litterarum/insolẽ

tis quoq; & puicacis ingenii nam i illis conspici datur diuina futura mysteria non tantū per bonos sed p scelestos homines / & pseudo prophetas quādoque patefac/cta / quid prohibet huic fidem non hēre q & doctrina & tot uirtutibus pollet / multaque iam futura / quæ nunc euenere predixit: & hoc non somniculose testatus sed asseueranter affirmans. Adde q Aristotelis philosophia / his non reclamet / & platonica suffragenī licet pro graui testimonio nisi scripturæ diuinæ auctoritatem non acceperim / sed extraria hæc quandoq; citare non absurdum est: Vt maleuolorum tæla in auctores maiore ui / q̄ uenerint / reuertantur. Verum ad nosmet ipsos iam redeundum est / quibus non tam mærendum est / q talem amisimus / q̄ qd' habuimus / & habemus gratias agendum regi cui uiuunt omnia Quippe mortalis uitæ munere perfunctus / diuq; cum habitantibus cedar / quos luce non pauca perfuderat / conuersatus inaccessibile / & infinitum supernæ patriæ lumen iam iam ingrediens ineffabili diuinitate nobis etiam in dies laturus opem sine fine fruetur.

FINIS

HEPTAPLVS IOANNIS PICI MIRANDVLAE DE SEPTIFORMI SEX DIERVM GENESEOS ENARRATIONE AD LAVRENTIVM MEDICEM.

PROHEMIVM

OVIT AEMVLATIO ME STVDIORVM TVORVM Laurenti Medices ut archana Moseos uolumina recenserem: Cum superiore hyeme quantum ocii dabatur a re. p. non alibi te magis aut libentius operam summere q̄ in ea lectione animaduerterem. Tum eodem quoq; priuata ratio subinuitauit: Quoniam operi alteri meo tuo quidem auspicio iam pridem: sed & in tuū nomen crescenti: quo Dauidicos hynnos a. LXX. uersos interpretibus & in ecclesia iugiter personantes nō modo a suspitione omni calumniaq; asserere: sed interpretamēti quoq; facibus illuminare tentaui: nulla prorsus utilior tractatio: nulla fructuosior q̄ eorum librorum: nulla rursum consentanea magis (aut ut uerius dixerim) necessaria reperitur. Accidit autem per hos dies ut in mundi fabrica & celebratis illis operibus sex dierum fuerim assiduus. Quibus totius naturæ secreta contineri ut credamus magnæ se rationes offerunt. Nam ut illud obmittam quod hæc omnia propheta noster deo plenus ac celesti dictante spiritu totius magistro ueritatis excepit: non ne eundem nobis cum nostrorum tum suorum tū gentium deniq; testimonia prorsus humanæ sapientiæ doctrinarumq; omniū & litterarum consultissimum prodiderunt. Extat apud hebreos Salamonis illius cognomenro sapientissimi liber cui sapientia titulus nō qui nunc in manibus est Philonis opus: sed alter hierosolyma quam uocant secretiore lingua cōpositus in quo uir naturæ rerum sicuti putatur īterpres omnem se illiusmodi disciplinam fatetur de Mosaicæ legis penetralibus accepisse. Sunt item quantum attinet ad nostros & Lucas & Philon auctores grauissimi illum in uniuersa egyptiorū doctrina fuisse eruditissimum. Egyptiis autem usi sunt preceptoribus græci omnes qui habiti diuiniores Pythagoras Plato Empedocles & Democritus. Notum illud Numenii philosophi non aliud esse Platonem q̄ atticum Mosem. Sed & Hermippus pythagoricus attestatur Pythagoram de Mosaica lege plurima in suam philosophiam transtulisse. Quod si rudis in suis libris & popularis interim Moses potius q̄ aut philosophus aut theologus aut magnæ alicuius sapientiæ artifex apparet: Reuocemus eo mentē fuisse ueterū sapientū celebre institutū res diuinas ut aut plane nō scriberēt aut scriberēt dissimulāter. Hinc appellata mysteria nec mysteria quæ nō occulta: hoc ab indis: hoc ab ethiopibus q̄bus de nuditate cognomen: hoc ab egyptiis obseruatum. Quod & Sphinges ille pro templis insinuabant. Ab eis edoctus Pythagoras silentii factus est magister nec ipse quicquam litteris mandauit preter omnino paucula quæ Dame filie moriens cōmendauit. Nō enim quæ circunferuntur aurea carmina Pythagoræ sunt ut uulgo etiam doctioribus persuasum sed phi

In Moseos genesi totius naturæ esse mysteria.

Doctissimus Moses oīum testimonio.

Legittimus liber salamōis q dr̄ sapiētia

Quare rudis Moses & popularis appa ret

Institutū antiquoꝝ ī scribēdis diuinis

Mysteria

Gynnosophiste

Egyptii

Pythagoras

Aurea carmina

Philolaus

Pythagorici

Lysis

Hipparchus

Lysis Hip/ lolai. Legem deinceps eam pithagorici religiosissime tutati sunt. Eam *lysis* ab hip/
parchus parcho uiolatam queritur. In eã deniq; iuratos Ammonii discipulos origenẽ Plo/
Ammonius tinum & Herennium Porphirius est auctor. Plato noster ita inuolucris enigmatũ
Origenes fabularũ uelamine mathematicis imaginibus & sub obscuris recedentium sensuũ
Plotinus inditiis sua dogmata occultauit: ut & ipse dixerit ĩ epistolis neminẽ ex his quæ scri
Herennius pserit suam sententiã de diuinis aperte intellecturũ & re minus credentibus cõpro
Porphirius bauerit. Quare si ob id Moseos lectionem uelut exculcatam putamus ꝙ nihil ha/
Mos scriben beat in primori fronte non uulgarium non rude dãnemus eodem exẽplo antiquos
di Platonis omnes philosophos ruditatis & ignorantiæ quos totius sapientiæ magistros uene/
Iesus christus ramur. Quin idem obseruatũ in ecclesia cernimus. Iesus christus imago substan/
Euangelium tiæ dei euangelium non scripsit; sed predicauit. predicauit autẽ turbis quidẽ in pa/
rabolis seorsum autem paucis discipulis: quibus datũ erat nosse misteria regni cæ
lorum: palam citraq; figuras: Neq; omnia paucis illis: quia non omniũ capaces ẽ:
& multa erant quæ portare non poterant donec adueniens spiritus docuit omnem
ueritatẽ. Discipuli domini tã pauci electi de tot millibus multa ferre non poterant
Turba omnis israelitica fartores coci macellarii opiliones serui ancille: quibus om/
Cur uelata nibus legenda lex tradebatur totius Mosaice uel diuine potius sapientiæ ferre onus
facie Moses potuissent? Ille quidem in montis sublimitate montis utiq; illius in quo & domi/
nus sæpe discipulos alloquebatur diuini solis lumine collustratus tota facie mirũ
in modum splendescebat: sed quia lucem ferre non poterat populus oculis cecuti/
entibus & noctuinis uelata facie illis uerba faciebat. Redeamus ad nostros. Scri/
Matheus pri psit Matheus primus euangeliũ: & ut inquit propheta ascondens in corde suo dei
mus euange eloquia ne peccaret: ita solũ quæ ad christi humanitatẽ attinebant historia prose/
lium scripsit. quutus est ne intercideret obliuione memoria rerũ gestarũ ut propterea in mysti/
Ioannes co Ezechielis spectaculo per hoĩem figuratũ illũ intelligamus. Ioãnes qui præ oĩ/
bus maxĩe diuinitatis secreta reuelauit tribus pridẽ uulgatis euangeliis & a domi
ni cruce multis exactis annis coactus loqui quæ diu tacuerat ad abolẽdã heresim
ebionitarũ quæ christũ hominẽ nõ etiã deũ asseuerabat de æterna filii generatiõe
Ebionitæ sed paucis: sed obscure pronũciauit. Inde exorsus. In principio erat uerbũ. Paulus
Paulus corinthiis negat solidũ cibũ propterea ꝙ adhuc carnis legibus uiuãt nõ autẽ spiri/
Dionysius tu: & sapientiã loquiẽ inter perfectos. Discipulus pauli Dionysius areopagita san/
ctũ & ratũ institutũ fuisse scribit ecclesiis ne dogmata secretiora per litteras: sed uo
ce tantũ hiis qui rite essent initiati cõmunicarenẽ: Hæc pluribus sũ prosequutus
qđ sunt multi q Moseos librũ ducto argumẽto derudi cortice uerboꝝ tanq̃ aliqd
de medio & triuiale contẽnant & aspernenẽ nihilq; apud eos minus credibile q̃ ha
Inter omnes bere illũ inrecessu diuinius aliqd q̃ qđ fronte promittat. Quod si satis ẽ confuta/
Moseos li/ tũ iã illud creditu facile sicubi de natura de totius opificio mũdi tractatũ ab eo. i.
bros hunc eẽ siqua in parte operis sui uelut agri cuiuspiam sint ab eo thesauri defossi omnis uete
precipuum philosophiæ: Factũ in primis hoc in hac parte ubi uel ex ꝓfesso de reꝝ oĩum ema/
natione a deo de gradu: de numero: de ordine partium mundanarum altissime

philosophatur. Propterea fuit decretum ueterũ hebreorum cuius etiã meminit hieronymus ne hãc mũdi creationé quisq̃ nisi matura iã ætate attingeret. Videbor igitur fortasse fecisse operepretiũ si imoratus diutius exactiore cura & operosiore ut licuit p nostrã imbecillitaté studio rimatus sũ intellectũ Mosaicæ lectionis. In cuius enarratione cũ p multos elaborasse latinos græcosq; uideré: Præterea caldeos & hebreos interp̃tes ueteres nouosq; prope innumerabiles ne cogitare quidé audebã nouũ aliqd super hac re uel scribere uel cõmentari Ceterũ memineram cautũ Mosaica lege ne quis agrũ suum penitus totumq; demeteret: Sed in tactã ex eo portioné pauperibus & egenis relinqueret q mergites inde & manipulos ad famé tollerãdã sibi acciperent. Hoc cũ uenisset in mentem sagacibus oculis lustrare cæpi latissimos prophete cãpos indagaturus an cũ doctissimi interp̃tes nõ minus cultores legis fuerint q̃ interpretes iuxta legis edictũ intactam partem aliquam reliquissent: nobis ut pote infirmioribus demetendam: Vnde mihi ego quoq; uel pauculas spicas decerperem imponendas aris ecclesiæ quasi primitias frugum ne a priuilegiis templi ceu non uerus israelita ceu penitus asymbolus eliminarer. Successit ex uoto res nõ q̃ possum equidem quicquã quod illi non potuerunt: sed quod & illi de legis precepto noluerunt industriæ posteriorũ uiam prestruere: & ea insuperest agri uastitas ea fecunditas ut par illi frumentatorum numerus nullus esse possit: ut q̃q̃ & infinitæ fere & ualentissimæ opere in eo se totis uiribus exercuerint: dicere tamen euãgelicũ illud adhuc possimus: Messis multa operarii pauci. Quæ igitur super hoc libro uiri sanctissimi Ambrosius & Augustinus: Strabus item & Beda & Remigius & ex iunioribus Egidius & Albertus: Quæ item apud græcos Philon Origenes Basilius Theodoritus Apollinarius Didymus Dyodorus Seuerus Eusebius Iosephus Gennadius Chrisostomus scripserunt intacta penitus a nobis relinquentur: Cum & temerarium & superfluum sit in ea se agri parte infirmum hominem exercere ubi se pridé robustissime mentes exercuerũt. De his ité quæ uel Ionetes uel anchelos uel Simeon antiquus Caldaice tradiderunt uel ex hebreis aut ueteres Eleazarus Aba Ioannes Neonias Isaac Ioseph: aut Iuniores Gersonides Sadias Abraam uterq; Moses Salamon & manaem conscripserunt nullam nos in presentia mentionem habebimus. Afferemus auté preter hæc omnia septé alias expositiones nostra inuẽta & meditata: in quibus illud primum curabimus: euincere si poterimus tres difficultates cum quibus uidetur his omnibus q enarrandum librũ hunc susceperunt magna & difficilis fuisse colluctatio. Prima est ne quid aut minus sufficienter aut parum docte & sapienter a Mose dictum uideatur. A qua se quidam hoc pacto exoluerunt: quod idcirco neq; dixit de omnibus neque attulit grãdia & sublimia quia rudi populo loqueretur qui non erat intelligentiæ omnium satis idoneus. Nos credere possumus satisfactum rudibus auditoribus si lumen scientiæ quod introspicerent sapientes crassioribus uerbis quasi cornea testa circundatum obduxerit ne hebetiores inde oculi perstringerentur: Attulerit ergo lumen ut sanis oculis proforet: indusum tamen & uelatum attulerit ne lippientibus officeret. Neq;

Hieronymus

Cur ausus scribere post tot interpretes.

Latini interp̃tes

Græci interp̃tes

Nil se allaturum ex his q̃ alii attulerũt

Caldei interpretes

Hebrei interpretes

Septem nouæ expositiones

Tres difficultates in huius libri enarratione

Prima

Secunda difficultas

Secunda difficultas

enim minus ille aut debuit aut potuit aut uoluit iuuare doctos q̄ indoctos. Secūda eſt difficultas ut tenor idem ſit interpretamenti ſibi conſentiens ex ſe aptus & uno quaſi ductu tota ſeries a quo primitus ſenſu proficiſcitur in eundē illum quaſi memor propoſiti referatur. Nec ſi fortaſſe hic de ideis loquentem introducamus proxima clauſula de elementis agere uel de homine illum uelimus. Arbitrarium hoc & uiolentum genus expoſitionis. Quod euitare tamen in huius libri enarratione impoſſibile multis ne dicam difficile operoſum profecto omnibus uiſum ē.

Quam difficile factu qđ aggreditur

Tanta eſt perplexitas: tanta ambiguitas: tanta uarietas uniuerſe lectionis. Vide quanti laboris q̄ non factu ſit facile id quod animo nos concepimus (utinā conſequamur) ut non uno duntaxat ſed ſeptemplici ſenſu a capite ſemper nouum opus exorſi perpetuæ & impromiſcuæ expoſitionis ordine totam hāc mundi creationē: nihil uſi priorum opibus interpretemur.

Tertia difficultas

Tertia difficultas in hoc uerſatur ne extraneum aliquid uel prodigioſum uel alienum a rerum natura quæ nunc conſpicitur & a ueritate quam a philoſophis melioribus conpertam noſtri etiam receperūt aſſerentem prophetam Immo per prophetam diuinum ſpiritum faciamus. Cur autem ſeptem a nobis allatæ expoſitiones: qua ratione ſuſceptæ: quod noſtrum cō

Quæ ratō ſuſceptæ cōmētationis

ſilium: & quæ neceſſitas nos ad eas impulerit: Quid omnino ſit nouum hoc quod afferre molimur ſequenti capite palam faciemus. In quo illius qui de hac materia .i. de mundi creatione abſolutiſſime: ad nature ipſius emulationem ſit ſcripturus ideam pingentes conabimur tum in ſequentibus re comprobare: prophetam noſtrum ab illa nihil quaſi ab archetypo decidiſſe: Sed aſſequutum omnibus nume

Moſem ideā eſſe recte ſcribendi de natura

ris ita ut nihil aliud pro tali idea q̄ ipſemet proponendum ſit omnibus & magnitudinem eius admirari omnes facilius q̄ eſtimare pro dignitate poſſimus. Debentur autē tibi hæc noſtra qualiacunq; ſint adhuc rudimenta noſtræ iuuentutis Laurēti uir clariſſime uel quia ſunt mea qui tibi me ipſum iampridem dedidi & uoui uel quia hoc ipſum tu nobis in quo ſunt nata feſulani receſſus ociū paraſti. Quod

Angelus politianus

interuentu etiam crebro uel aſſiduitate potius Angeli Politiani familiaris tui conditur: cuius amœnum & fertile ingenium q̄ antea flores litterarum uarios extulerat tam nūc ut arbitror ſolidam philoſophiæ maturamq; adeo frugem pollicetur. Accedit ꝙ conſuetum eſt cum his quos amamus uel colimus feſtum aliquid aut letum euenit non ſolum uerbis congratulari ſed aliquo etiam munere fauere ut ſic dixerim illorum fœlicitati & teſtatam apud eos facere letitiam animi noſtri. Opor

Ioannes Medices cardinalis

Innocentius viii.

tune igitur noſtra hæc lucubratio ad te uenit quo tempore Ioannes filius ea ætate qua nemo antea ſummo chriſtianorum ordinum collegio a Pontifice ſummo Innocentio. viii. deſtinatus eſt: & indole ipſius quæ de ſe bona omnia promittit & tuis meritis tuaq; auctoritate id ſibi iure & merito poſtulantibus. Reliquum ut optemus dignum ſe ille exhibeat hac dignitate. Quod fecerit ſequem & patrem & dignitatis auctorem habuit eundem uitæ exemplar ideſt prudentiæ totiuſq; uirtutis habuerit. Vale.

ALIVD PROHEMIVM TOTIVS OPERIS.

t RES Mundos figurat antiquitas: Supremum omnium ultramundanum quem theologi angelicum philosophi autem intellectualem uocant: quem a nemine satis pro dignitate decantatũ Plato inquit in phedro. Proximum huic cælestem: postremum omnium sublunarem hũc quem nos incolimus. Hic tenebrarum mundus: ille autem lucis: cælum ex luce & tenebris temperatur. Hic per aquas notatur fluxa instabilisq; substãtia: ille p ignẽ lucis candore & loci sublimitate: cælũ natura media idcirco ab hebreis a sciamaim quasi ex es & maim. i. ex igne & aqua quæ diximus compositum nũcupatur. Hic uitæ & mortis uicissitudo: illic uita perpetua & stabilis operatio: in cælo uitæ stabilitas operationũ locorũq; uicissitudo. Hic ex caduca corporũ substantia: ille ex diuinæ mentis natura: cælum ex corpore: sed in corrupto ex mente sed mãcipata corpori constituitur. Mouetur tertius a secundo: secũdus a primo regitur: & sunt præterea inter eos differentiæ plurimæ quas hic enarrare non est consilium ubi hæc p̃terfluimus potius q̃ inundamus. Hoc non pretermiserim figuratos hos mundos tres a Mose euidentissime in admirabilis illius tabernaculi sui constructione. Partitus est enim tabernaculum in partes tres: quarũ singule singulos quos diximus mundos representare expressius nullo modo possent. &. n. prima pars nullo defensa tecto uel umbraculo imbribus niui solibus calori frigoriq; obuia erat & oportuna: & q; est nostri. i. sublunaris mundi euidentius simulachrum inhabitabant eam non modo homines mundi & inmundi sacri & prophani: sed & omnifarii generis animalia eratq; in ea uel ob sacrificia iugesq; imolationes uitæ & mortis perpetua uicissitudo. Relique due partes ambe obtecte & undique ab omni peregrina iniuria libere quemadmodum & uterq; mundus tam celestis q̃ supercelestis: nec iniuriæ capax nec cõtumeliæ. Ambe itẽ sanctitatis nomine honestatæ ita tamẽ ut quæ erat secretior sancti sanctorũ: reliqua sancti tantũ titulo decoraretur sicuti quãuis & celestis & angelicus mundus uterq; sanctus: quoniã supra lunã post luciferi casum nec macula nec peccatũ aut est aut esse potest: angelicus tamen cælesti longe sanctior & diuinior habetur. Sed qd remotiores has similitudines proseqmur? Nã si postrema pars tabernaculi erat hominibus & brutis cõmunis: secũdã: quæ tota auri splendore fulgebat candelabrũ illuminabat septẽ lucernis distinctũ quæ ut dicũt oẽs ĩterpretes latini græci & hebrei septẽ planetas significãt: In parte tertia omniũ sacratissima: alata cherubin erãt nõ ne nostris tres mũdos oculis subiciunt? & hũc quẽ & bruta & homines incolũt & celestẽ in quo planetæ corruscant & supercelestẽ habitaculũ angelorũ. Admonemur autẽ hinc etiã altioris euangelici sacramẽti. Nã quoniã nobis ad mũdũ supercelestẽ ad angelorꝫ cõsortiũ reserata est uia per xp̃i crucem & sanguinẽ idcirco illo occumbente scissum est uelum templi quo sancta sanctorũ per quæ angelicũ diximus mũdũ significari ab aliis partibus discludebãtur. Quod fuit inditio patere iam aditũ homini ad dei regnũ ad deum ipsum

Triũ mũdorũ gradus & differentia

Mundus angelicus

Cælestis

Sublnuaris

Cur cælũ ab hebreis a sciamaim dictũ

In tabernaculo Moseos tres mundos figuratos

Intarpretas latini græci & hebrei

quid ueli scissio in Christi morte significet

qui uolat super cherubin aditum ab initio ob peccatum primi parentis iustitiæ legibus occlusum. Hæc satis de tribus mundis in quibus illud in primis magnopere obseruandum unde & nostra fere tota pendet intentio esse hos tres mundos mūdum unum: non solum propterea quod ab uno principio & ad eundem finem omnes referantur: aut quoniam debitis numeris temperate & armonica quadam naturæ cognatione atq; ordinaria graduum serie colligētur: Sed quoniam quicquid in omnibus simul est mundis id & in singulis cōtinetur: neq; est aliqs unus ex eis in quo non omnia sint quæ sunt in singulis quam Anaxagoræ credo fuisse opinionem si recte eū sensisse putamus explicatā deinde a pythagoricis & Platonicis. Verum quæ in mundo sunt inferiori in superioribus sunt: sed meliore nota: quæ itidem sunt in superioribus: in postremis etiam uisuntur: sed degeneri conditione & adulterata ut sic dixerim natura. Est apud nos calor qualitas elementaris: est ī celestibus uirtus ex calfactoria: est in angelicis mentibus idea caloris. Dicā aliquid expressius. Est apud nos ignis quod est elementum. Sol ignis in celo est: est in regione ultramundana ignis saraphicus intellectus. Sed uide quid differant. Elementaris urit: celestis uiuificat: supercelestis amat. Est aqua apud nos: est aqua in celis hiuus motrix & domina uestibulū.s.celorum luna: Sunt aquæ & super celū mentes cherubice. Sed uide quæ in eadem natura disparilitas conditionis humor elementalis uitæ calorem obruit: celestis eundem pascit supercelestis intelligit. In primo mundo deus unitas prima nouem angelorum ordinibus quasi spheris totidem præest in mobilisq; ipse omnes mouet ad se. In mundo medio.i.celesti celum empireum nouem itidem spheris celestibus quasi dux exercitui præest quæ cū singule motu incessabili uoluantur illud tamen deum imaginans in motum est. Sūt & in mundo elementari post materiam primam ipsius fundamentum nouē spheræ formarum corruptibilium. Tres.s.corporum uitæ expertium que sunt elementa & mixta tum inter hæc media: que mixta quidem sed imperfecta quales in sublimi que fiunt impressiones. Tres uegetabilis naturæ: que in tria primum genera diuiditur. herbarum fructicum & arborum: Tres animæ sensualis que aut īperfecta est qualis quæ in Zoophitis aut perfecta quidem: sed intra terminos irrationalis phantasiæ aut quod summum in brutis est humanæ etiam capax eruditionis: quod quasi medium est inter hominem & brutum sicut Zoophitum mediū est īter brutum & plantam. Sed de his plura q̄ opus sit. hoc tantum addiderimus mundorum mutuam continentiam sacris etiam litteris indicari: Cum & scriptum in spalmis sit qui creat celos in intellectu & angelos dei legimus spiritus esse & ministros eius flammā ignis urentis. hinc sepe diuinis celestia cognomenta sepe etiā terrena: dum nunc per stellas nunc per rotas & animalia. nunc per elementa figurantur: hinc & terrenis sepe celestia nomina. Quoniam.s.astricti uinculis concordie uti naturas ita etiam appellationes hi omnes mundi mutua sibi liberalitate cōdonant. Ab hoc principio (siquis fortasse hoc non dum aduertit) totius sensus allegorici disciplina manauit. Nec potuerunt antiqui patres aliis alia figuris decenter

Quemlibet mūdū ī quolibet esse

Tres causæ q̄r mundus est unus

Anaxagoras

Pythagorici

Platonici

Quomodo mūdi sunt in se inuicē

Exēplar ꝓpositæ ueritatis

Decē spheræ mundi intellectualis

Decē spheræ mūdi celestis

Decē spheræ mundi elem̄taris

Corpus

Natura

Anima

Hoꝝ quodlibet trifariā diuiditur

Testimonia ex sacris litteris

Non posse nisi uiros doctissimos recte allegorias uel scribere uel īterp̄tari

representare nisi occultas ut ita dixerim totius naturæ & amicitias & affinitates edocti. Alioquin nulla esset ratio cur hoc potius hac imagine aliud alia q̃ cōtra rep̄sentassent. Sed gnari oīum rerũ & acti spiritu illo q hæc oīa nō solũ nouit: sed fecit naturas unius mũdi p ea q̃ illis in reliquis mũdis nouerāt respōdere aptissime figurabāt. Quare eadē opus cognitiōe (nisi idē adsit & spiritus) his q illoꝝ figuras & allegoricos sensus interpretari recte uoluerint. Est aũt preter tres quos narrauimus quartus alius mũdus in quo & ea oīa inueniātur que sunt in reliquis. hic ipse est hō qui & ꝓpterea ut catholici dicũt doctores in euāgelio oīs creaturæ appeltione censetur: Cũ predicandũ hominibus euangeliũ: nō aũt brutis & angelis: predicandũ tamē omni creaturæ a Christo demandatur. Tritũ in scolis uerbum ē eē hominem minorem mundum: in quo mixtum ex elementis corpus & cælestis spiritus & plantaꝝ anima uegetalis & brutoꝝ sensus & ratio & angelica mens & dei similitudo cōspicitur. Quattuor igitur hos mũdos si statuamus credibile ē Mosem dicturũ de mundo sufficienter: de his oībus disseruisse: & cũ naturam scriptor effigiet si sit naturæ consultus qualem hunc nostrum siquem alium credimus: credibile doctrinā de illis nō aliter dispositam q̃ in se ipsis illos omnipotens deus opifex disposuit: ut sit uere scriptura hæc Moseos imago mũdi expressa: quēadmodũ legimus etiā ei preceptũ in monte ubi hæc didicit ut omnia faceret secundum exēplar quod in monte uiderat. Primum igitur quod est omnium maximum sicut ostēdimus quæ sunt in omnibus mũdis cōtineri in singulis: debuit Moses emulator naturæ de nullo usquā ex illis mũdis agere: quin sub eisdē uerbis eodēq; contextu de oībus simul pariter ageret. Vnde quadruplex statim totius mosaicæ lectiōis expositio nascitur ut primo loco quicquid ibi est scriptũ: de angelico mũdo & inuisibili nullā omnino de aliis mētionē habētes enarremus. Secũdo loco itidem omnia de cælesti mũdo: Tum de sublunari hoc & corruptibili: Quarto de natura hominis: Nam si nusquā de intelligibili puta tractabitur: quin sicut ille in se postremas oēs naturas cōtinet: ita & eadē de reliquis mundis nos scriptura admoneat: possumus certe immo debemus omnes particulas de omnibus interpretari. Rursus sicut naturæ q̃q̃ in se ipsis promiscuæ inuicem cōtineantur discretas tamē proprias sedes: & peculiaria quædam iura sortitæ sunt: ita & si singulis in partibus presentis operis de quadruplici natura eadem serie litteræ disseratur credēdũ tamē prima ī parte de prima agi natura peculiarius atq; eodē ordine deinceps in reliquis: Vnde & quintæ exoritur expositiōis necessitas. Accedit quod qua ratiōe hæc sũt distincta: quia tamen nulla est multitudo quæ non sit una discordi quadam cōcordia ligantur & multiformibus nexuũ quasi cathenis deuinciũtur. Quod cũ toto etiā opere agere Mosem sit uerisimile ad sextam iam nos interpretationē uel inuitos uocat. In qua ostendemus quindecim esse modos: Quibus rem aliā alii cognatā uel cōiũctā itelligere possumus: & cum neq; plures sint ita eos oēs & sufficienter & dilucide a propheta expressos: ut nihil expressius unquam de rerum natura scripserit aristoteles. Postremo quēadmodũ sex diebus geneseos sabatũ succedit idest quies.

Quartus mũdus homo omnis creatura

Quo pacto hō est minor mundus

De his omnibus mundis tractasse Mosem

Scripturam hāc imaginē esse naturæ

Nullā eē pticulā opis in q̃ simul nō tractetur de oībus mũdis

Radix q̃druplicis expositionis

Radix quintæ expositiōis

Radix sextæ expositiōis

Radix septimæ expositionis

Congruũ ut & nos post precedentiũ a deo rer̃ ordines distributos : & explicatam
eorum unionem & differentiam fœderaq; & habitudines septima iam & sabbata/
ria(ut sic dixerim)enarratione de creaturarum fœlicitate:deq; reditu ad deum qui
per Mosaicam:& christianam legem elongato inde ob peccatum primi parẽtis ho
mini contigit aliqua perstringamus:referãtes quæ de his in presenti scriptura Mo
ses apertissime occultauit ut fiat palam de christi aduentu de ecclesiæ profectu de
gentium uocatione expressissimum hic uaticinium legi. Vt sit uere hic liber:siquis
alius talis:liber septẽ signaculis obsignatus:plenus omni doctrina:oĩbus misteriis.
Nõ autẽ imitabimur eos qui aggressi aliquando hanc mũdi creationẽ exponere.
Quicquid usq̃ apud philosophos & apud theologos de deo de angelis de materia
de celo deq; tota natura disputatum est huc congesserunt. Quod apud hebreos
Isaac persa — maxime Isaac Persa & Samuel ophinides peccauerunt:Sed solum quid sibi Mo/
Samuel ophinides — saica littera uelit : Quid uerborum cõtextus uel indicet uel significet declarare pro
uiribus annitemur.Nec si ostendemus per firmamentum puta octauam spheram
significari statim de illa exordiemur disputationem quo pacto rapiat ceteras sphe/
ras:quot signis distincta : quod imaginibus:simplici ne motu:an potius duobus
an uerius tribus indiuersa rotetur. Aut sicubi dictione aliqua indicari hominis ani/
mum dixerimus digrediemur ad omnia quæ scribuntur de anima enucleanda sed
ea tantum de unaquaque re strictim etiam & cursim annotabimus de quibus mẽ
Scribi hæc eruditis nõ rudibus philosophiæ — tionem auctor expressam facere uideatur. Dixi strictim etiam & cursim:quia nõ
illud hoc opere est consilium ut qui hæc alibi non didicerunt hic primum discant:
sed ut quæ sciunt iam esse uera in prophetæ uerbis agnoscant:& quæ immensis uo
luminibus digesta a theologis & philosophis legerunt:quo pacto hic paucis & cõ/
prehenderit & occultauerit intelligentes : reuelata facie legis latorem loquentem
audiant. Quod siquis etiam forte actus spiritu sanctæ rusticitatis non tam petita
hæc altius mysteria non probauerit q̃ simpliciorem potius & sibi acommodatio/
Paulus — rem optauerit sacri contextus enarrationem Iubebo eum prius meminisse Pauli
præcipientis ne aut qui manducat non manducantem spernat:aut qui non man/
Augustinus — ducat manducantem iudicet : Tum ipsum non meis sed Augustini in ipsa etiam
sua in genesim expositione alloquar uerbis in hunc modum. hæc tu si potes apprẽ
das:si non dum potes relinquas ualentioribus. Tu uero cum scriptura non dese/
rente infirmitatem tuam & materno in cessu tecum tardius ambulante proficias:
Virtus scripturæ — Illa enim sic loquitur ut altitudine superbos irrideat : profunditate attentos terre/
at:ueritate magnos pascat:affabilitate paruos nutriat. Sed redeamus ad nos &
ab ipso corruptibili mundo quem habitamus exordientes prestemus quantum sci
licet possumus quod polliciti sumus. Alioquin & in magnis est satis uoluisse : &
Pomerius — ut inquit Pomerius magnarum rerum magnus conatus profectus est.

Mosaica uerba exponenda.

Verba ipsa prophetæ quæ exponenda suscepimus hæc sunt.

i N principio creauit deus cælum & terram: terra autem erat inanis & ua/ Dies primus
cua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi: & ſpiritus domini ferebatur ſup
aquas: & dixit deus fiat lux & facta eſt lux: & uidit deus lucẽ ꝙ eſſet bo/
na: & diuiſit lucem a tenebris appellauitq; lucẽ diẽ & tenebras noctem: factũq; ẽ
ueſpere & mane dies unus. Dixit quoq; deus fiat firmamẽtũ in medio aquarum:
& diuidat aquas ab aquis: & fecit deus firmamẽtum diuiſitq; aquas quæ erãt ſub
firmamento ab his quæ erant ſuper firmamentũ: & factũ eſt ita: Vocauitq; deus
firmamentũ cælum. & factum eſt ueſpere et mane dies ſecundus. Dixit uero deus Dies ſecũdus
congregentur aquæ quæ ſub cælo ſunt in locum unum & appareat arida: & factũ
eſt ita & uocauit deus aridam terram: congregationeſq; aquarum appellauit Ma
ria: & uidit deus quod eſſet bonum: & ait germinet terra herbam uirentem: & fa
cientem ſemen & lignum pomiferum facientem fructum iuxta genus ſuũ: cuius
ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terrã: & factum eſt ita & protulit terra herbam uiren
tem & facientem ſemen iuxta genus ſuum lignumq; faciens fructum: & habens
unum quodq; ſementem ſecundum ſpeciem ſuam & uidit deus quod eſſet bonũ:
& factum eſt ueſpere & mane dies tertius. Dixit autem deus: Fiant luminaria in Dies tertius
firmamento cæli & diuidant diem ac noctem & ſint in ſigna & tempora & dies &
annos ut luceant in firmamento cæli: & illuminent terram: & factum ita fecitque
deus duo luminaria magna luminare maius ut præeſſet diei: & luminare minus
ut præeſſet nocti & ſtellas & poſuit eas in firmamẽto cæli ut lucerent ſuper terrã:
& præeſſent diei ac nocti & diuiderent lucem ac tenebras: & uidit deus quod eẽt Dies q̄rtus
bonum: & factum eſt ueſpere & mane dies quartus. Dixit etiam deus producant
aquæ reptile animæ uiuentis & uolatile ſuper terram ſub firmamento cæli: Crea/
uitq; deus cete grandia & oẽm animam uiuentem atq; motabilem quas produxe/
rãt aquæ in ſpecies ſuas: & omne uolatile ſecũdũ genus ſuum: & uidit deus quod
eſſet bonum benedixitq; eis dicens. Creſcite & multiplicamini & replete aquas
maris: aueſque multiplicentur ſuper terrã & factum eſt ueſpere & mane dies quin Dies quintus
tus. Dixit quoq; deus producat terra animam uiuentem in genere ſuo: iumenta
& reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas: factumque eſt ita: & fecit deus
beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas: iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo: & ui/
dit deus quod eſſet bonum & ait. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudi Dies ſextus
dinem noſtram & præſit piſcibus Maris & uolatilibus cæli & beſtiis uniuerſæ terræ
omnique reptili quod mouetur in terra: & creauit deus hominem ad imaginem et
ſimilitudinem ſuam ad imaginem dei creauit illum.

Hactenus exponẽdũ Moſem ſuſcepimus. Totã autẽ expoſitionẽ ĩ ſeptẽ libros ſiue
tractatus partitus ſum: potius ut imitarer Baſiliũ & Auguſtinũ quã propterea q̃d
hac crebra diſtinctione quaſi interiungẽs legentis intẽtio recreaẽ. Accedit quod cũ
ſeptẽ ſint expoſitiones ſeptem libris digeſtæ ſinguliq; libri ſeptem capitibus diui/
dantur ſeptem creationis diebus omnia reſpondent. Factum item a nobis ratione

congruentissima: ut queādmodū septima dies apud Mosem sabatū ē & dies quietis: Ita expositio quelibet nostra septimo semper capite in Christū deriuetur qui & finis est legis: & nostrū est sabatū nostra quies nostra fœlicitas.

EXPOSITIO PRIMA DE MVNDO ELEMENTARI.

Libri primi Caput primum.

De principiis rerū corruptibilium · Materia · Priuatio · Dimensiones materiæ · Efficiens cā · Finis

n ATVRALES Philosophi qui de natura rerū corruptibiliū disserunt de principiis earū sic statuūt in uniuersum: esse materiā rudē formaꝝ expertē idoneā quidē omnibus formis suscipiendis sua tamen natura omnibus priuatā: Quare præter materiā priuationē etiā faciunt principium rerū naturaliū. Adiecit Auerrois esse materiam trino dimensu in longitudinē latitudinē altitudinēq; ꝓtensam: ne scilicet res corporeæ de in corporeo subiecto fieri dicerent. Tum afferunt trāsmutātē causam quā uocant efficientē. Cuius ui tractata materia: quod est potentia actu fiat aliquando queādmodū mollis cera & indefinita ductu manus atque tractatu in diuersas figuras pro tractantis arbitrio transformatur. Quoniam autē nihil natura temere agit sed boni alicuius cōsequendi gratia finalis causa se statim infert: & proximus quidē finis agentis causæ forma est quam de materiæ gremio eruit. Hoc enim illam consilio agit & uersat ut ad perfectum habitum formæ illam perducat: unde & forma tertium principium ab Aristotele statutum. Hæc autem de materiæ sinu educi non potest nisi affectæ prius & preparatæ congruis qualitatibus: Circa quas totus opificis labor tota actionis mora consumitur ipsa scilicet specie indiuiduo momento quasi præmio laboris statim effulgente. Opificem ipsum causam potius q̄ principium uocant peripathetici. Diuinorum autem memores semper diuini Platonici admonitos nos uolunt naturales agentes causas: & si solæ appareant nobis quæ corpora agant forment & transmutent haud tamen primarias esse causas eorū quæ fiunt: sed instrumenta potius diuinæ artis cui obediunt & famulantur. Quemadmodū fabri manus & si ipsæ totam domus materiam ligna lapides cementa componant ordinent & trāsmutent nihilque uideatur præter eas cui factura domus accepta referatur nouimus tamen organum illas esse obediens arti & seruiens quæ constituta in animo architecti domum quam simul concepit particulatim digerit explicatque insensibili materia: hinc factum ut ipsi duas causas adiciant organicam & exemplarē. Quod neq; negant peripathetici: Immo confirmant apud quos tritū illud: Omne opus naturæ opus esse intelligentiæ. hæc sunt quæ in commune dicuntur de rebus corruptibilibus: quæ omnia ita in opere primi diei complexus est Moses ut neque certius neque aptius de his quicquam dixerint philosophi probatissimi.

Forma · Materiæ dispositiones · Naturales causas organa esse diuinoꝝ · Causa Organica Exēplaris · Cōsensus platonicoꝝ & peripatheticoꝝ · enarratio uerborū moseos

Caput secundum.

Cælum · Terra · Stoici

Principio igit̄ duas statuit causas agētē & materiā eā. s. q̄ actu et eā q̄ ē potētia illā cælū hāc terrā uocat cui nostræ expositiōi attestat̄ primū auctoritas stoicoꝝ q agē

tē cām cælū materialē terrā uocauerūt ut ſcribit Varro ne græcos cōmemorē. Atte
ſtatur & ratio. Nam & materia deſpicatiſſima omnium naturarū uti eſt terra om
nium elementorum: & ſimili omnino proportione reſpondent: ut probant peripa
thetici agens materiæ & terræ cælum. Terra autem hæc ideſt materia inanis & ua
cua ut tranſtulit Hieronymus uel ut ſeptuaginta inuiſibilis & incompoſita: & hæc
quidem omnia rudi materiæ informiq; conueniunt quæ & expers formarū omni
um merito inanis & uacua dicitur & omnino in cōpoſita & inuiſibilis eſt. Verū he
briacæ dictiones tou & bou quæ hoc loco leguntur a pluribus hebreis aliter expo/
nuntur. Tou quidē rē brutam interpretātur ſtupentem attonitam. Quod ad ma
teriæ etiam tenebricoſam deformemque faciem ab illis refertur: ob eam cauſam ꝙ
intendentes nos in illius cognitionē attonitos reddit: propter quod & Ariſtoteles
proportione: & Plato notha ratione cognoſci a nobis illam dixerunt. Bou autem
ex ui dictionis incohationē & rudimentum formæ multi exponunt. Idem enim
ſi uerbū uerbo reddamus eſt bou ac ſi dicamus in eo eſt ſiue eo aliquid eſt. Quod
ſi ſequamur præter ſubiecti potentiā incohatā in eo formā intelligemus. Quod
non ſolū Albertus et plures peripathetici ſed ueteres etiam hebrei crediderunt ut
ex monumentis antiquiſſimi Simeonis aperte colligimus. Verum quo pacto
hæc ſit incohatio accipienda declarat adiiciens. et tenebræ erant ſuper faciē abyſſi.
Abiſſum uocat terram ideſt materiam trino dimenſu in altiſſimas profunditates
extenſam. Super hanc tenebræ ideſt priuatio eſt: principium apud peripatheticos
in primis celebre cui nulla magis appellatio quam tenebrarū congruerit. Eſt au
tē priuatio qua differt a negatione ut magnus Albertus conſtantiſſime uult ipſa
hæc de qua dicimus incohatio formæ de qua re idem philoſophus copioſe & ſubti
liter diſſeruit. Præterea ſi ſubeſt terra aquis & irrigata inde parturit quæ poſtre/
mo & pariat: nonne aquæ hoc loco accidentes materiæ qualitates & affectiones
ſignificabunt? quæ uel ſuo fluxu tractabiliq; natura aquarum ſpeciem gerunt:
Quibus ut ita dixerim humectata materia parturit formam quam extremo tem
poris momento edit in lucem. Super has aquas ſpiritus domini ideſt uis cauſæ ef/
ficientis domini organū & inſtrumentū merito ferri dicitur. neque dicitur ferri ſup
terrā quia non attingit agens ſubiectum aut permeat niſi mediis illis intercedenti
bus qualitatibus: quas dū uerſat & agit oritur lux ideſt formæ ſpecies & decor te/
nebrarū quas diximus ideſt priuationis expultrix & fugatrix; fitque dei uoce ſic ī/
perantis: quia nihil agunt cauſæ naturales: quod nō diuinæ artis ordo præceperit.
Tū fit ex ueſpere & mane dies unus: Cū ex potētiæ actuſq; natura ſubſtātia tertia
quod cōpoſitū dicimus diſſultauit: eſtque rō iā manifeſta iuxta hunc ſenſum cur
dies unus dixerit nō primus & merito lucē uidit quoniā bona. Cū nihil ſit aliud
natura formæ quā primi boni imago tenuis & umbratilis ſimilitudo. Hactenus ī
uniuerſum de corruptibili ſubſtātia qualis omnis quæ infra lunā ē: ubi & calum
& terrā ideſt tranſmutantē naturā & eā quæ tranſmutatur & terrā eandem ideſt
materiam uidimus inanem omni ſpecie ſubſtantiæ uacuam item omni forma

Varro
Peripathetici
Terra inanis & uacua.
Hebrei
Tou
Bou
Materia cog/nitu difficilis
Ariſtoteles
Plato
Formæ inco/hatio.
Albertus
Antiquus Si meon
Tenebræ
Abyſſus
Priuatio idē qd̄ formæ in/cohatio.
Diſpoſitioneſ materiæ.
uis cauſæ agē tis organū di agēs materiā nō attingit ni ſi mediis qua litatibus
Exoritur lux
Dei imperio fit lux
Fit ex ueſpe & mane dies unus
ex materia et forma cōpoſi tū unū
Lux bona
Epilogus

accidentali: Superque eam in trini dimensus abyssos extensam priuationis tene/bras insidentes: non quidem illi intimas (Neque enim priuatio materiæ essentia ē ut probat Aristoteles) sed extremam eius faciem occupantes. Vidimus item super aquas idest fluxas dispositiones materiæ quasi terræ præsentes ferri spiritum domini idest uim causæ agentis nō uti causam principalem: sed uti spiritum domini idest organum diuinæ artis quomodo spiritus noster uitalis organum animi est. & statim tractante spiritu aquas illas & peruadente subiectum iussu dei artificis exorta est lux idest formæ decus & splendor.

Cur sup faciem abyssi tenebræ.

Caput tertium.

Quoniam autem a cōmunibus generalibusq; ad specialia recto ordine descendimus ut probat Aristoteles: facturus hoc idem Moses: postquam dixit de his quæ communia sunt rebus omnibus elementaribus: elementalem totam substātiam secunda die trifariam diuidit. Primo autem intelligendum materiales omnes formas: aquarum appellatione ab illo hic designari quæ congruere magis ne possit q dem. Est enim in sphera hac rerum generabilium & corruptibilium stāte materia quasi alueo maris uti fluxus refluxusque undarum perpetuus indesinens abeuntium & aduentantium formarum commeatio. Generatio scilicet præterit ut inqt Salamon: & generatio aduenit: terra autem stat in æternū. Vocantur enim & formæ istæ apud platonicos imitatores semper hebraicæ disciplinæ generatiōes potius quam formæ quod fieri quam esse dici uerius possint. Ob quam etiam causam factum ut quo supra nomine: aquarū scilicet: materiæ qualitates & accidentales formas uocauit: eodem hic uocauerit etiam ipsas materiales substātias: scilicet ut admoneret non id qdem quod credidit Alexander esse qualitates ipsas elementis formas substantiales: sed quod platonici magno opere confirmant esse speciem omnem quæ ī materia est ad accidentis fere potius q̄ ad ueræ substātiæ conditionem referendam. Quem titulum sibi illa legittime uendicant quæ per se stant sibi ipsis innixa & id quod sunt uera sūt ratione: inimixta rebus peregrinis & minime adulterata Heraclitus sensibiliū rerū substantiam uocauit mare & apud poetas in uolucris fabularū uelantes philosophiam: Cum post saturniam unitatem idest mundi intelligibilis unionem intra se omnia implicantis in tres partes sensibilem mūdū partirērur: cælestéq; ad scriberēt regionē Ioui: subterraneā Plutoni: Neptunno aūt mediā hāc. s. q̄ a luna ad terrā ꝑtēditur; de q̄ nūc agimus: Neptūnū maris dominū dixerūt: q idē aꝑ Platonicos ꝑ ea uirtute accipiſ: quæ generatiōibus præest. Sed redeamus ad Mosem diuidētē aquas ab aquis medio firmamēto. Triplex enī partitio corporum sublunarium. Alia supra mediam regionem aeris sūt suprema scilicet pars eiusdem elementi & purissimus ignis quod totum etheris nomine designatur: Ibi pura ī mixta & legittima elementa: Alia infra ipsum aeris meditulliū quæ apud nos sunt ubi elementū purū nullū (Neq; enim purū elementū sensibile) sed mixta omnia ex fœculenta crassioreque parte mundani corporis constant. Intercedens regio aeris quæ hic dicitur firmamentū: unde & aues sub firmamento

Quid p aq̄s secūda die intelligamus

Salamon

Platonici hēbreorū imitatores

Alexander

Heraclitus

Poetæ

Triplex partitio corpoꝝ sublunarium

Elemētū puꝝ

Mixtū impfectum

Mixtum pfectum

cœli ab eo uolantes introducũtur: ea est regio in qua sublimes illæ impressiones ap parẽt: pluuiæ: niues: fulgura: tonitrua: cometæ: & cætera id genus. Vide autẽ quã recte nõ solũ situ: sed & naturæ ꝓprietate hoc firmamẽtũ supiora elemẽta ab infe rioribus quasi aquas ab aquis discriminat & distinguit. Supra eã pura sunt elemẽ ta: infra eã perfecta mixtione ab elemẽtali simplicitate discedũt: inibi mixta sunt sed imperfecta mediaq; ut dicaẽ uerissime ĩter mixtoꝝ elemẽtoꝝq; naturam.

Caput quartum

Sed uideamus quid ultra Moses philosophetur cõgregentur inquit aquæ quæ sũt sub cœlo in locum unum: & appareat arida. Arida materia ẽ uti iam cõstituimus nec apparet materia aut conspicitur nisi formarum speciem induta: sed neq; appa/ret induta speciẽ elemẽti: quia ut diximus & probant philosophi elementum sim/plex nec uideri nec tangi nec sub ullũ omnino sensum cadere potest. Si igitur quæ inuisibilis olim fuerat terra futurũ ẽ ut sub cõspectũ ueniat necesse est aquas quæ sub cœlo sunt idest sub media aeris regione cõgregari ad locum unũ idest ad cõem mixtionis colluuiem cõfluentes certis legibus tamẽ quasi litoribus præscriptam in unam mixtionis formã coalescere. Quod aquis inferioribus ut ostẽdimus nõ item superioribus accidit: ubi aut nulla prorsus aut imperfecta mixtio. Quod si anima uegetalis mixtionis formam statim consequitur: Quid aliud a nostro philosopho expectabamus quam ut post illam aquarum congregationẽ induceret statim ter/ram herbarum fructicum arborumq; fœcundam.

Cõgregãtur aquæ ĩ locum unũ & appa/ret terra

germinat ter ra plantas

Caput quintum.

Quãquam hinc uidebatur ordine cõsequẽti ad animalia trãseũdũ quoꝝ aĩa uege tali proxime iũcta ẽ: tamẽ quoniã ab animalibus ad hominẽ ĩtur: ĩ quẽ desinit de mũdo corruptibili omnis tractatio: idcirco interiecit Moses aliqua de his quæ fiũt in firmamẽto: & q̃bus ipsum ornatur uti terra ornatur his quæ in ea fiũt metallis plãtis & animãtibus. Sũt autem hæc impressiones illæ quæ ĩ sublimi idest ĩ media regiõe aeris fiũt. hãc supra & cælum & firmamẽtum uocauit: hic autẽ firmamẽtũ cæli: ut sciamus nõ illud esse quod uere est cælum: sed quod cælo subest. Quare et Ennius ĩ achille hãc partẽ subiices dixit: ꝓpterea quod cælo proxime sit subiecta. has autẽ impressiões secũdarias stellas & sydera & astra a philosophis nũcupari notius est quã ut pluribus cõprobetur aut duriusculum uideri alicui possit nos de illis exponere quæ de syderibus hic dicũtur. Quoniã aũt horũ oĩs diuersitas ad du as primas causas refertur caliditatẽ & frigiditatẽ referemus cõueniẽter quæ a cau/sa sunt calida ad solẽ quæ uero a frigida ad lunã. Neq; ob id solũ & solis & lunæ et reliquoꝝ sydeꝝ hæc sibi appellationẽ uindicãt q̃d idẽ sint ipsa inferiori cælo q̃d illa sũt suo quãquã diuiniori: uel ꝙ itẽ simili facie se ostẽdãt hominibus lucẽtia pari/ter & coruscãtia: quã q̃d alia ex illis aliud ĩ cælo sydus tãquã prĩcipẽ & ducẽ sequã tur. Vnde & signa earũ sunt rerũ: quæ sydera a q̃bus fuerint excitata portẽdere in ferioribus soleãt. huic rei argumẽto est illud q̃d motũ syderũ sequũtur quorũ ui et influxu de terrestri cõfecta materia idest uaporoso halatu cõsistunt.

Ennius

Caput sextum:

Pythagorici

Timeus

Manifesta iam quæ sequũtur de animaliũ deque hominis ꝓductiõe. Post plantas eni ea sũt mixta quæ sentiũt & mouẽtur: quãquã & plãtis stupidũ sensum adscribãt Pythagorici: qđ in ea quã parturimus cõcordia lõgioris subsellii ope discutiemus. Hæc aũt animãtia quæ citra oẽm cõtrouersiã motu sensuq; participãt: & hic a Mose & ĩ Timeo inuolatilia et ĩ aqs degẽtia & terrestria distinguũtur. Sup̃mus oĩum & princeps homo: quo mũdi corruptibilis natura progressa sistit pedẽ & receptui canit.

Caput septimum:

Christus nostra fœlicitas

Quẽadmodũ aũt ĩferioꝝ oĩum absoluta cõsumatio ẽ hõ: Ita oĩum hominũ absoluta ẽ cõsumatio christus. Quod si ut dicũt philosophi ab eo qđ uno quoq; in genere ẽ pfectissimũ ad cæteros eiusdẽ ordinis quasi a fonte oĩs pfectio deriuat: Dubiũ nemini ẽ a christo homine ĩ oẽs homines totius bonitatis pfectionẽ deriuari: Illi scilicet uni datus spiritus nõ ad mẽsurã ut de plenitudine eius oẽs accipemus. Vide quã haud dubiæ hæc ei prærogatiua debeatur deo & homini: quæ etiã qua homo est peculiari ei & legittimo priuilegio conuenit.

EXPOSITIO SECVNDA DE MVNDO CAELESTI.

PROHEMIVM.

Tres causæ quare Moses figurate scripsit.

Vrgamus ab elemẽtis ad cælũ: a corruptibilibus ad incorrupta corpora: ut palã oĩbus sit eisdẽ uerbis qbus de elemẽtali nobis tot natura mõstrata sũt: de cælestibus itẽ altissima dogmata a ꝓpheta cõprehẽsa. Quod cũ nobiscũ aĩo reuoluemus: erit p̃ter ea q̃ diximus ĩ ꝓhemiis alia nobis ĩprõptu ratio. Cur gratia exẽpli dicturus Moses de agẽte cã & de materia nõ illã agẽtẽ expressis uerbis hanc materiam uocauit: sed cælum & terram: & materiæ dispositiones: nõ qualitates ut dicunt philosophi sed aquas: & formã lucẽ potius q̃ formã appellauit: Cometas itẽ & fulmina & cætera id genus nõ ꝓpriis cognominibus: sed astra & stellas nominauit atq; ita de reliquis. In exordiis quidem allata fuit a nobis cũ ueterũ consuetudo scribendi res grãdes phisicas & diuinas occulte & figurate: tum ruditas auditorũ qui cum splendorem disciplinæ Mosaicæ ferre non possent oportuit uelata facie uerba facere illis: ne qui illuminandi suscipiebãtur: nimio lumine obcecarẽtur. Nũc tertiæ ratiõis habemus occasionẽ: quia scilicet si materiã & formam & qualitates & causam agentem nominasset poterant illa quidem corruptibilis mundi tractatibus deseruire: non autem & reliquis.

Mirũ moseos artificiũ

Absolutissimũ scribendi genus

scriptura mosaica ĩtelligẽtiæ angelicæ emulatrix

Quare illud est incogitatum & mirum Moseos artificium diuinaq; uere non humana industria eis uti dictionibus itaq; orationem disponere: ut eadem uerba idem contextus eadem series totius scripturæ figurandis mundorum omnium & totius naturæ secretis apte conueniat. Hoc illud est in quo Moseos liber omnem gentium & doctrinã & eloquẽtiam & ingenium superat. hoc nouum illud & intactum adhuc quod nos afferre tẽptauimus: ut scilicet factũ a Mose id nostris hominibus re ipsa cõprobaremus. Hæc ẽ idea hoc ẽ exẽplar absolutissimi scriptoris: nõ ob id solũ ꝙ huiuscemodi scribẽdi genus ut supra demõstrauimus naturam effigiat & emulatur: q̃ ꝙ sicut inter

mentes angelicas auctore Dyonisio et diuo Thōma splēdore nostræ theologiæ illa est suprema: quæ paucissimis ea notiōibus & formis p ītelligētiā cōprehēdit: quæ īferiores uariis & multiplicibus: ita īter scripturas illa est sūma illa apicem tenet oīs pfectionis quæ paucissimis uerbis oīa ueluti singula & cōgrue & pfunde cōplectitur. Sed qd prophetam prodeuntem reuelata facie moramur ultra: ut de cælestibus nos mysteriis alloquatur: prius tamē q̄ loquentē ipsum audiamus: ut simus uerbo℞ illius capatiores prefari paucula quædā de cælo decimo utile fuerit.

Dyonisius
Diuus Thōmas

Caput primum.

Supra nouem cælo℞ orbes idest septem planetas & spherā octauā quā uocāt inerrātem nonumq; orbem qui ratione nō sensu deprehensus est: primusq; est īter corpora quæ mouentur creditum esse decimum cælum fixum manens & quietū: qd' motu nullo participet. Neq; hoc tm̄ creditū a nostris maxīe iunioribus Strabo & Beda sed a pluribus etiā hebreorum: pretereaq; philosophis & mathematicis quibusdam. E quibus satis duos sit attulisse Abraam hispanū astrologum maximum & Isaac philosophum: quo℞ uterque hoc attestatur. Quin & hic Isaac decimū orbem ab Ezechiele designatum intelligit p Zaphirum in similitudinem throni: ut color Zaphiri lucis nitorem: throni similitudo īmobilitatem eius significet. Figuratas item ītelligit decē spheras a Zacharia p cādelabrum aureum distinctum septē lucernis: & lāpadē sup caput eius: tum sup lāpadē oliuas duas. Cum enim septē lucernæ septē planetas indicent: & lāpas circulum octauum tot luminibus fulgētem: uult per duas oliuas indicari nonam & decimam spherā: ppterea q ex oliuis oleum defluit ad lāpadem & lucernas: ad luminis nutrimentum. Quare p rōnis similitudinem cū cælo℞ quos nos uidemus lux a supremis illis emanet & cōseruetur (qui enim dat lucem idē cōseruat) Merito illi quidem oliuis: hii autem lucernis & lāpadi cōparantur. Ve℞ si nō possunt eiusdē aquæ duo primi fontes cōstitui necesse est ex illis duabus supremis spheris alterā esse: quæ sit pricipium totius lucis. Quod si ad alterā ad primā utique idest ad decimā referēdū est: ut sit ipsa q̄si unitas luminum: tum proxime lumen tota essentia suæ substātiæ nona recipiat: Inde tertio ad solem plena participatiōe pueniat: a sole autem quarto iam ideoque postremo gradu ī oēs stellas partibiliter diuidatur. Supra igitur nouē cælos decimū statuamus quē theologi uocāt empyreū. Dubitatū aūt a qbusdā natura ne esset corporea an īcorporea potius. Nā & unitatem forte decet ut numero coelementatali respondet analogia naturæ: ita nō esse genere eodem. Sed quicquid de hac q̄stione statuatur remaneat in cōcussum inibi esse thesauros lucis: & inde quicquid habetur luminis uisiturque ī corporibus q̄si a primo fonte in cætera deriuari. Neq; enī obstat siquis credere ptinacius q̄ uerius uelit nō eē illū natura uere corporea: quādo in phœnicū theologia est: ut scribit Iulianus Cæsar in oratiōe de sole: emanare lucē corporeā ab incorporea natura Præest hic igitur nouē sibi serie cōsequēti succedētibus cælis quasi dux exercitui q̄si forma materiæ & Monados typū gerens denarium implet.

Cælū empyreum
Strabus
Beda
Abraā astrologus
Isaac philosophus
Ezechiel d' cælo empyreo
Zacharias
Fons & unitas lucis
Tres gradus pticipatæ lucis
Vnitas
Numerus coelementaris
Phœnicum theologia
Iulianus

Caput secundum.

Enarratō uer borꝝ ꝓphetæ | Veniamus ad Mosem q dicturus de oībus hūc tāquā primū & principalē cæli peculiariter appellatiōe dignatus est: quēadmodū licet nouem choros angelicos: qa participāt diuinitate uocare deos possumus: Vnde illud deus deorꝝ: Absolute tam cū deū dicimus nō aliquē ex eis: sed in diuiduā trinitatē accipimus p̄sidentem illis quēadmodū & empyreū cælū nouem sibi subiectis orbibus p̄sidet. Terrā autē uocauit octo spheras postremas: neque id sine causa: sed ob id factum qm̄ huius numeri extrema sibi terræ appellationem uendicant. Ea sunt luna & cælum stellatū: quorꝝ utrūque terram uocare & ueterum auctoritate & ratiōe præterea cogimur. De sphera enim octaua frequentissimum in achademia dare illi terræ appellationem. Lunam item Aristoteles terræ similem dixit imitatus scilicet Pythagoricos q eam & terram cælestem & terrestre cælum appellant. Sed uide quæ ratio ad utrūq; nos ducat: Si.n. ī cælo querimus elemēta lunā terrā statuimus infimā ignobilissimâque oīum sydeꝝ: uti est terra oīum elemētoꝝ opacitate itidē substātiæ & maculis illi p similem: Tum aquā Mercuriū uersipelle sydus & trāsformabile ideoq; apud Lucanū undæ arbitrū appellatū: Venerē aerē tempato calore uiuificā solem ignē rōne manifestissima: Tum ordine īuerso martē ignē: Iouē aerē cognatū Veneri natura: Saturnū aquā senem.s. dānate frigiditatis: reliquū ut spherā octauā: & nō erraticā terrā uocemus: uel sic ipso cōputatiōis ordine postulāte. Recte igi͂ hoc totū qđ binis utrinque terris cōcluditur: supra qđ nihil uisibile nobis: terrā uocauit. Tum subdit & terra erat inanis & uacua inanitate.s. lucis nō dū a prīo cælo ꝓpagatæ ad eā: & reliquaꝝ uirtutū: quaꝝ uehiculū est lux. Neque hoc dicimus ex nobis: sed ipse auctor declarat cuius rei dicat inanitatē adiiciens & tenebræ erāt sup faciē abyssi: altitudinem tātā tot numero orbiū & mirā ꝓfunditatē iure abyssum uocās. Verꝝ ne crederemus īter octauā spherā & sedes empyreas nihil mediū esse: ut crediderūt multi sequuti īditia tantūmodo sensuū: admonuit nos orbis intercedentis: quem p aquas ipse cū figurauerit cōsone a iunioribus christallinum cælum est nuncupatum. Sup hunc ferebatur aut ut ueritas habet hebraica: & Syrus Effren trāstulit īcubabat huic spiritus domini idest ꝓxime adherēs spiritalis olympus sedes spirituū domini fouebat eū sua luce uiuifica. & recte est factum ut q attinens est principio lucis toto corpore & tota sui mole lucem cōbiberet: ꝓpterea nobis inuisibilem qa corpulentia solidiore non terminatur. Illi igitir primum incubās suā lucē largiebatur empyreus: quæ mox et in reliquas spheras quas p terrā & per abyssum dicimus designatas excussis tenebris deo sic iubente est deriuata. & factū est uespe & mane dies unus: qa p lucis & supni īfluxus receptionē fæderāt primis cæli inferiores. Summatim igitur prima die & primi cæli eminentia in reliquos & deriuatio inde lucis ad eos: & per aquæ ac terræ cognomina de noni orbis & alioꝝ multa proprietatibus indicantur.

Caput tertium.

Iam uero de motis orbibus particularius ꝓnuntiās docet nonerraticā spherā quā dicimus firmamētū mediā esse īter duas aq̄s: cuius dicti rō manifesta ex his q̄ diximus, nā & nonus orbis & saturni planetes ut declarauimus aq̄rū sibi appellationē

Margin notes: Cælum; Terra; Sphera octaua; Academici; Luna; Aristoteles; Pythagorici; Quo pacto elemēta ī cælo; Lucanus; Inane & uacuum; Tenebræ; Abyssus; Nonus orbis; Aquæ; Effren; Spiritus domini; Cur inuisibile nonū cælū; Dies unus; Epilogus; Firmamentū inter aquas

uẽdicāt. Positū ergo a deo ẽ firmamẽtū ĩ medio aquaꝝ. & aquæ q̃ sunt sub cælo cõ-
gregatæ sunt ad locū unū & factū ut appareret arida .i. terra totūq; hoc ꝓcuratū
ad salutẽ uiuẽtiū. Videamus quid hæc sibi uelint Moseos dicta. Aquæ quæ sub cæ
lo sunt septem sydera sunt quæ sunt subfirmamẽto qđ uocauit cælū : quoꝝ primus
Saturnus. hæ aquæ cõgregatæ in locum unum ideo sunt: quia oĩs planetaꝝ uirtus
in uno sole collecta est: qđ oẽs philosophi oẽs mathematici uno ore cõfirmāt: & si
hæc cõgregatio aquaꝝ dicta est mare nõ absurde hic ille erit oceanus q pater deoꝝ
& hominum ab illis dr̃ qui planetas deoꝝ noĩe dignati sunt. Terrā autem quid ali
ud dicemus q̃ lunā sic ab Aristotele & Pythagoricis nuncupatā: quæ cum tota p̄di
cti maris undis obruitur nec utilis nobis nec uisibilis item est: sed tunc & animali-
um & nostris usibus idonea: Cum ab eo secedens mari magis magisq; sub aspectū
uenit. Tūc fertilis tunc fecunda eoꝝ p̄sertim quæ a uegetali natura sūt: Cuius mu
nera auctio nutritio & generatõ. In hæc.n. p̄cipua uis lunæ ut dixẽt chaldei. Qđ
& hic a Mose aptissime demõstrat̃: Cū eā simul atq; apparet & herbaꝝ & fructicū
& arboꝝ parẽtẽ facit. Vide ut nobis naturā lunæ & solis paucissimis figurateq; sub
indicauit. Sed cur tacet de reliquis quẽ tractatuꝝ de oĩbus sufficienter & docte ĩ ꝓ
hemiis nr̃is ꝓmittebamus. Cur ĩ quā cū de decima nona octauaq; sphera de Sa-
turno itẽ sole & luna fecerit mentionẽ de q̃tuor qui supsunt Venere & Mercurio
Ioue itẽ & Marte ne uerbū quidẽ. Dixeris forsan ideo factū quia rudis populus so
lẽ tm̃ nouit & lunā. Sed hoc pfugiū ipse mihi met ademi nec possum nõ erubescẽs
isthuc diuertere qui supra sum attestatus nihil ꝓpterea obmissum a Mose qđ ad ꝑ
fectam mundoꝝ omnium ĩtelligentiā faceret. Dicat alius qđ sole ac luna egit egis
se de reliquis: qđ hii regnū obtinent cæli & cum particularis alioꝝ sit uirtus uniuer
sali hæc duo sydera influxu pollent. Sed neq; hoc nobis satisfacit : & debuit eadem
rõne omisisse Saturnū de quo tam̃ nos factā mentionem ostendimus . Altius cre-
do latere mysterium ueteris hebreoꝝ disciplinæ: inter cuius de cælo dogmata hoc ẽ
præcipuū cõcludi a sole Iouẽ & Martem: a luna uero Venerem & Mercuriū. Nec
si hoꝝ naturas sydeꝝ pensitemus obscura est ratio opinionis q̃q̃ ipsi rõnem nullam
sui dogmatis afferant. Calet Iuppiter calet Mars: calet & sol: sed martis calor acer
& uiolentus Iouis beneficus: in sole est acre illud ac uiolentum Martis & Iouis be-
neficam proprietatem uidemus idest mixtā ex hiis temperatāq; mediā quandā ut
ita dixerim naturam. Iuppiter fœlix Mars infaustus sol ptim quidem bonus ptim
est malus radiatiõe bonus copula malus. Est aries Martis domus cancer dignitas
Iouis: sol in cācro sublimitatẽ ĩ ariete dignitatẽ adeptus manifestā cū utroque sy-
dere cognationẽ ostendit. Veniamus ad lunā quæ & aquis Mercurii manifeste pti
cipat & quantam habeat cum Venere affinitatem presertim hinc indicat ꝙ ita in
tauro Veneris domicilio sublimat̃ ut nusq̃ fœlicior aut magis benefica iudicetur.
De cælo igitur empyreo de nono orbe dˀ firmamẽto de sydere saturni deque sole ac
luna qui reliqua complectuntur ipso silentio huius complexus nos admonẽs suffi
cienter hactenus dixit.

Caput quartum.

Aquas sub cælo congregatas ad locum unum

Oceanus

Terra apparet

Inque uis lunæ præcipua Caldei

Cur de quatuor planetis nulla mentio

Solutio pr̃a

Confutatio

Solutio scđa

Confutatio

Solutõ tertia

Dogma ueterum hebreorū de syderibus

Affinitas solis cū Ioue & Marte

Affinitas lunæ cū Venere & Mercurio

Epilogus

Timæus

Motus

Illuminatio

Restabat ut postq̄ de natura syderum dixerāt de opibus deque eoꝝ officio differeret declarans ī quē usum fundata & cui muneri delegata a deo fuerint. Scito aūt agi adhuc de cælo ut de lucido corpoř. nihil de ītellectu nihil de motrice ui eius adhuc dictū a propheta quem ordinem etiā timæus sequitur: Primo corpus fabricās tum corpori absoluto animū apponens. cælestiū corpoꝝ duæ in uniuersum manifestæ opationes motus & illuminatio. Motus duplex statuitur: alter mundi totius quo cælū & ether. xxiiii. horis p totū spatiū uniuersi pfecto ambitu circumuoluuntur: alteꝝ sydeꝝ proprius multiplex & uarius īter quos principalis est motus solis q spatio. xii. mensium Zodiaci signa oīa circuit. Ille diē facit unde & diurnus dicitur: hic aūt annū reliqui sydeꝝ motus uariis tempoꝝ interuallis peragūtur. Recte igitur & breuiter nos oīum admonuit Moses: cum dixit posita sydera infirmamēto ī dies annos & tēpora. Addidit in signa qđ quia satis ab aliis interpretibus exponitur ego p̄tereo. Indicauit p̄terea expresse reliquā opationem sydeꝝ quæ est illuminatio cū dixit statuta illa ut lucerent in cælo & terrā illuminarent. Quāq̄ aūt diuerse sint sententie ueteꝝ quid cælestia influant īferioribus in quālibet tam̄ apte cadunt Moseos uerba. Nā si nihil aliud influunt q̄ lucem qđ uidetur Aristoteles uoluisse si religiose & nō pro nostro arbitrio illius uerba īterpretemur nihil poterit cogitari mosaicis dictis cōuenientius. si p̄ter lucem calorem etiā īfluunt nihilque p̄terea aliud ut Auerrois arabs & Abraam iudeus uolunt satis fuit dixisse de luce a qua idem auctores prouenire calorem fatentur. Si item plures aliæ uirtutes atque multiplices isthuc cælitus demittūtur ut Auicenne ut Babilloniis uisum nō temere de sola luce mentio facta: quādo ut ipse scribit Auicenna sola est lux quæ reliquas oēs uirtutes de cælo uehit ad nos. In hæc igitur ministeria & lunæ & solis & stellarū sūt corpora distributa.

Quid cælestia influant inferioribus

Aristoteles

Auerrois

Abraam

Auicenna

Babillonii

Caput quintum.

Signa octauæ & nonæ spheræ.

Reliquū erat ut & signoꝝ quæ spectabilia sunt ī Zodiaco: & eoꝝ quæ q̄q̄ inuisa nobis longe tamen efficatiora in cælo sunt christallino mentionem faceret. De his enim nihil hactenus dictū. hoc igitur sibi uolūt animalia quæ & aquæ pducūt & terra pducit: utiq; illæ aquæ quæ sunt sup cælos & terra quæ ipsum est firmamētū ut supra est cōprobatū. Signa enim quæ in illis solis duobus orbibus uisuntur in speciē animaliū qualia quæ apud nos ab egyptiis & indis notata sunt: quæ potuerūt illi & facilius & rectius q̄ nostri deprehēdere adiuti ab ipsa soli planitie & cæli serenitate. Alioquin animaliū q̇ hic sunt caduca pductio nō magis attinet ad hæc duo elementa terram & aquam q̄ ad reliqua uidelicet. ignē & aerē. & qm̄ aquæ dedit appellationem orbi christallino congruenter quæ ibi animalia pisces: rursus quæ in firmamento quod terram dicit iumenta & bestias uocauit.

AEgyptii

Indi

Caput sextum.

De ui cælorū motrice

Plotinus

Timæus

Hactenus de corporea caloꝝ natura. Nūc pdita ea aīo rōnali declaraturus allegorice hominis meminit nō utiq; illius q est caducus & terreus & quē uidemus sed a quo ut inqt Plotinus is regitur homo q uidetur. Ille ipse animus est rōnalis: quē ex eisdē elemētis: & ī eadē patera ex qbus & cæli aīam cū Timæus cōstituat non in

congrue quæ dicuntur de hominis animo ad cæli etiam animũ transferuntur. Asti pulantur nostræ expositioni litteræ sacræ: in quibus sæpe angelica omnis natura et rationalis per hominem designatur. Frequẽtissimum hoc in prophetis de bonis angelis: Et de malo etiam demone: qui nihil natura differt ab illis scriptum est ĩ euãgelio inimicus homo hæc fecit. Adiecit igitur deus cælesti machinæ uiuam substantiam & rationalem participem intellectus: Ideoq; ad imaginem & similitudinem suam. hanc uoluit præesse his de quibus Paulo ante diximus animantibus. i. sydereis omnibus signis & planetis quæ illius ita nutu uersantur: ita dicto obediunt ut nulla mora nulla sit contumacia: Quod brutis elementorum corporibus non pariter accidit. Neq; temere aliud inuenies in quo magis desudent peripathetici q̃ ut ꝓbent nihil reluctari cæleste corpus suo motori quemadmodum nostra nobis corpora reluctantur. Quare neq; illis ut nobis ex perpetuo motu aut tedium aut difficultas aut fatigatio. hoc est imperium quod tetigit Moses cælestis hominis in animalia. Non item uacat mysterio ꝙ illum hominem marem & feminam creauit. Est. n. hæc prærogatiua animorum cælestium ut simul utrunq; obeant munus & contemplandi & regendi corpora: neq; aut hoc illi aut huic illud obstrepat impedimento ue esse possit. Vsurpatum autem maxime a ueteribus: ꝙ in orphicis etiam hymnis obseruamus duas has uires in eadem substantia quarum altera contemplatur altera præest corpori cognominibus maris & feminæ designare: hæc de cælesti mundo de diuino. s. corpore de numero orbium de natura de proprietatibus de officio. Postremo de motrice ui eius rationali substãtia deq; eius ingenio a propheta traduntur.

Sacræ litteræ — *Obedire cælestia suis motoribus* — *Quo pacto cælestis homo mas & femina* — *Epylogus*

Caput septimum.

Quatenus a nobis honorãdũ cælũ — *Plato*

Nobilis hæc creatura & a nobis suspicienda & celebranda. Sed si uel platonicæ sensentiæ ut theologos taceam cuius modo meminimus non sumus obliti temperatos animos nostros ob opifice deo in eodẽ cratere ex iisdẽq; elementis cũ cælestibus animis: uideamus ne nos illorum seruos uelimus: quoꝝ nos fratres esse natura uoluit. Neq; nostrã cõditionẽ de hoc ĩfirmo corpore metiamur. Neq;. n. hõ ut scriptũ in alcibiade hoc qđ uidemus fragile & terrenũ: sed aĩus ẽ: sed intellectus qui omnem ambitum cæli oẽm decursum temporis excedit. Cauẽdũ igitur ne qđ multi faciũt plus cælo dãtes plus tribuẽtes q̃ sit necesse & uolũtati opificis & ordini uniuersi repugnemus: simulq; ipsi cælo cui dei cõsilia & mũdi ordo maxĩe cordi sunt: dum studemus placeṙ displiceamus. Hoc admonẽt Chaldei dicẽtes. Ne augeas fatũ. hoc p̄dicat Hieremias. Ne timeatis inq̄t signa cæli q̃ gentes timẽt. hoc p̄cipit alibi ꝓpheta noster admonens cauẽdũ homini ne suspiciẽs solẽ lunã & stellas colat ea q̃ deus creauit in ministeriũ cunctis gentibus. Quod si in eum sensum quis nõ accipiat quasi illa seruiant nobis uti ignobiliora & mortua corpora: significari tam̃ ĩtelligamus auctorẽ aut dominã naturæ nostræ eã substãtiã eẽ nõ posse: cuius uel altera pars ẽt uilior aliq̃ pte q̃ sit ĩ nobis ignobilior ĩueniatur. Neq; enim in opere pfectuis aliqd esse aut potest aut debet his q̃ sunt ĩ opifice. Illum igitur timeamus amemus & ueneremur. In quo ut inquit Paulus creata sũt oĩa siue uisibilia siue i

Chaldei — *Hieremias* — *Moses* — *Nõ posse cælũ esse hominis auctorẽ* — *Christus unus colendus a quo omne bonum*

uisibilia: Quod est principiũ ĩ quo fecit deus cælũ & terrã: hoc aũt est Christus. Ipse enĩ pcunctatus qs esset optime sui gnarus respõdit. Ego pricipiũ qui loquor uobis. Quare neq; stellaꝝ imagines in metallis: sed illius idest uerbi dei imaginem in nostris animis reformemus: Neq; a cælis aut corporis aut fortunæ quæ nec dabũt: sed a domino cæli domino bonoꝝ oĩum cui data oĩs potestas in cælo & in terra & præsentia bona quatenus bona sunt & ueram æternæ uitæ fælicitatem queramus.

EXPOSITIO TERTIA DE MVNDO ANGELICO ET INVISIBILI. PROHEMIVM TERTII LIBRI.

h Actenus de cælesti mũdo ꝑ uiribus nostri ingenii misteria Moseos reuelãtes disputauerimus. Nũc aũt quis dabit mihi pennas sicut colũbæ pennas de argẽtatas & rutilas pallore auri: & uolabo insupercælestẽ regionẽ ubi uera ẽ qes uera pax uera tranquillitas: pax utiq; quã hic uisibilis & corporeus mundus dare nõ põt. Reuelate uos oculos meos ultramundani spiritus & cõtẽplabor miracula uestræ ciuitatis: ubi reposuit deus timẽtibus se: q̃ nec uidit oculus nec auris audiuit neq; cor cogitauit. Cũ aũt de hac natura angelica & inuisibili ab hebreis ueteribus multa: multa itẽ a Dyonisio tradãtur erat cõsiliũ Moseos uerba exponerẽ iuxta doctrinã utriusq; familiæ. Sed qm̃ quæ ab hebreis dicũtur cũ sint inusitata apud latinos ĩtelligi a nostris hominibus facile nõ possent nisi a gemino qđ aiũt ouo exorsi plurima & fere oĩa ueteris disciplinæ hebraicæ gẽtis dogmata enarraremus: Cogitaui differẽdũ donec de his alibi latius scripserimus: & nostratibus notas fecerimus illoꝝ opiniones: ubi quãtũ egyptiis monimentis: quãtũ platonicæ philosophiæ: quãtũ catholicæ ueritati cõsonẽt examinãtes: sicubi qdẽ cõcordabũt nobiscũ iubebimus hebreos stare ĩ antiquis patrũ suoꝝ traditionibus: sicubi dissonabũt instructi catholicis legionibus ĩpressionẽ faciemus ĩ eos. Deniq; qcqd alienũ ab euãgelica ueritate deprehendemus cõfutabimus ꝑ uirili: qcqd sãctũ & uerũ: a synagoga ut ab ĩ iusto possessore ad nos legitimos israelitas trãsferemus. Interea Dyonisii uestigiis insistentes aut Pauli potius & hierothei quos ille ẽ sequutus conabimur tenebris legis quas auctor legis spiritus dei posuit suũ latibulũ ꝑ nr̃a ĩbecilitate lucẽ ĩ uehere.

(Margin: Dyonisius; Antiqua dogmata hebreorum; Dyonisius; Paulus; Hierotheus)

Caput primum.

(Margin: Vnitas; Numerus; A mathematicis ascensus ad diuina)

Quicquid est post unitatẽ numerus unitate pfectus & cõsumatus ẽ. Sola unitas omnino simplex a se pfecta nõ egreditur se: sed in diuidua simplicitate & solitaria sibi coheret: quia superest sibi nullius indiga plena suis diuitiis. Numerus sua natura cũ sit multitudo unitatis beneficio fit simplex q̃ntũ ipe simplicitatis capax q̃q̃ ãt numerus quisq; quo magis ab unitate fit ꝑcul ĩ maiorẽ semp incidat multitudinẽ plusq; ĩ eo dissimilitudinis plus partiũ plus cõpositurræ fit nullus est tam̃ ita unitati ꝑximus qui multitudo nõ sit aduentitiã habens unitatẽ unaq; non natura: sed cõpositiõe. trãsferamus hæc ad diuina more Pythagorico. Solus deus qui a nullo a quo sunt omnia simplicissima essentia & indiuidua ẽ. quicquid habet a se habet: eadẽ re qua est eadem sapit eadem uult eadem bonus eadem iustus. Neque rem

aliquā ītelligere possumus qua ipse sit p̄terquā ipsum esse qđ ipse est. Cætera nō illud idest ipsum esse: sed illo sunt. Igitur angelus nō est ipsa unitas: alioquin deus esset: aut plures essent dei qđ cōcipi ne pōt q̄dē. Quid enī erit unū si ne ipsa quidē unitas una? Reliquū ut angelus numerus sit. Quod si ē numerus alia sui p̄te multitudo ē alia multitudo una. Est aūt oīs numerus eatenus īperfectus q̄tenus multitudo: pfectus aūt q̄tenus unus. Quare q̄cq̄d ī angelo īperfectū est angelicæ multitudini: quā inde habet unde est numerus. i. creatura: & q̄cq̄d pfectū est accedenti unitati quā inde habet unde deo cōiungitur adscribamus. Imperfectionē ī angelo duplicem inuenimus: Alterā q̄a nō est ipsum esse sed essentia tm̄ cui participatu esse accidit ut sit: Alterā quia nō est ipsa ītellectio sed aduenit ei ut ītelligat: Cū ipse sua natura intellectus sit intelligentiæ capax. Pēdet aūt secunda ex prima: q̄m q̄ ex se nō est utiq; neq; intelligit ex se: cum ibi esse nihil possit ubi non est ipsū eē. Vtrūq; igitur hoꝝ euenit angelo qua multitudo est. Reliquū ut absolutio illi & cōsumatio ab accedente desuper fiat unitate. Deus aūt unitas: unde ad angelū & eē & uita & oīs pfectio deriuatur. Quemadmodum autem duplex est imperfectio q̄ si duplex multitudo: ita duplicem intelligamus unitatis accessum ut utraq; pficiatur. Prima ea est qua est essentia rudis ac in formis expers uitæ & esse. hæc est terra inanis & uacua quā & deus creauit: Ne forte crederes ut q̄dā crediderūt formationem tm̄ essentiæ ptinere ad opificem nō aūt & creationem. Simul cū terra creauit & cælum. i. actum illius essentiæ participatāq; unitatem in multitudine hoc ē ipsum esse: Vt sit quasi eadem creatio cæli & terræ ut pote cōparis cōplexus & duarum ad idem simili nexu cōuenientium naturaꝝ: Nec dissone a ueteribus ipsū eē participationem diuinitatis uocamus cælum: quādo & mūdū archetypum Zenophanes spherā appellauit & Saraceni quinimmo & nostri deum circulū uocant.

Angelus

Terra inanis

Zenophanes Saraceni

Caput secundum.

Est angelus p ea q̄ diximus iam suā naturā pfecte adeptus ītellectualēq; ꝓprietatē. Verūtam̄ nō dū habet unde sua munera īpleat ītelligendi. s. & cōtēplādi: nisi a deo prius formis intelligibilibus uestiatur. Propterea adhuc sunt tenebræ sup faciē abyssi. Abyssus ītellectualis ꝓprietas est ꝓfunda queq; penetrans & pscrutās. Sup hāc tenebræ sunt: donec spiritaliū notionū q̄bus oīa uidet et intuetur radiis nō illustratur. Scriptum est aūt sup faciē abyssi nō sup abyssum. q̄a idē locus tenebræ & lucis. Lux aūt. i. species ītelligibiles faciem tenent. i. extrema angelici ītellectus q̄a accidētes ei sunt q̄litates nō ad ipsius essentiā spectāt. Quid autem medium intercedat priusq̄ tenebra depulsa oboriatur lux statim annectit dicēs. & spiritus domini ferebatur sup aquas. Domini spiritus q̄d erit potius q̄ spiritus amoris? Neq; enī spiritū scientiæ ita ꝓprie domini spiritū dicemus. Quoniā & scientia quādoq; abducit a deo. Amor aūt ad deū semp adducit. Hic nisi sup abyssum illā feratur non fiet lux. Quoniā quēadmodū nō īplebitur luce oculus nisi ad solē cōuersus: ita neq; angelus spiritali luce īpletur nisi conuertatur ad deū Motus aūt hic cōuersiōis neq; ē neq; eē alīd pōt ī natura angelica q̄ motus amoris. Erat igiť spiritus domini

Tenebræ
Abyssus
Cur sup faciem abyssi nō sup abyssum

Spiritus domini

amatorius spiritus sup abyssũ .i. sup angelicũ ĩtellectũ (ĩtelligẽtiã .n. amor cõseqt)
[Fiat lux] quo dum acta & excitata angeli mens ad deũ cõuertitur: Dixit deus fiat lux & fa
[Dies unus] cta est lux ĩ angelo lux scilicet formarũ ĩtelligibiliũ & fuit ex uespere & mane dies
[Auerrois] unus: qa ut probat Auerrois ex ĩtellectu & ĩtelligibili fit magis unũ q̃ ex materia
[Moses egyptius] & forma quod ut idem affirmat: & scribit etiam Moses egyptius longe magis ĩ an
gelis q̃ in homine uerum deprehenditur. Cuius ut illos obmittamus hæc nobis sa
tis sit ratio q̃ species angelicæ mẽti indiuidua copula nõ ut humano intellectui ac
cidit uaga & translatitia perpetuis nexibus uniuntur.

Caput tertium.

Vidimus creatam a deo naturam angeli: eandẽ ad deũ cõuersam spiritu amoris:
tum ab eo illustratã & absolutã luce ĩtelligibiliũ rationũ. Videamus nũc quo inter
[Firmamẽtum ĩ medio aq̃rũ] se ordine angelici exercitus distingũtur. Legimus aũt positũ firmamẽtũ ĩ medio aq̃
rũ ubi tres nobis angelicæ hierarchie (sic .n. eas semp usitato uocabulo appellabi
bus) ĩdicãtur. harũ prima & ultima p aquas designatur: illa p supcælestes: hæc per
eas quæ sunt sub cælo: media illas diuidẽs dicit firmamẽtũ. Quæ oĩa si naturã triũ
hierarchiarũ & officia pensitemus cõsonare Dyonisii doctrinæ magis nequeãt. Su
[Aquæ supercælestes] prema hierarchia cũ ut scribit ille soli uacet cõtẽplatiõi merito p aquas figurata est
quæ sup cælos idest sup oẽm circa mũdana siue cælestia siue terrena actionẽ sunt
[Firmamentũ] cõstitutæ & deũ perhemni sono indesinenter laudãt. Medius aũt ordo cũ sit cæle
stibus officiis delegatus profecto nõ poterat cõgruẽtius q̃ p firmamẽtũ idest p cæ
[Aquæ subcælestes] lum significari. Postrema hierarchia & si natura supra omne sit corpus supraq; cæ
lum: curat tamen ea quæ sunt sub cælo: & cũ diuidatur in principatus archãgelos
& angelos omnium horum operatio omnis circa ea est tantum quæ sunt subluna:
principatuum circa res publicas & reges ac principes ut ex Daniele cognoscimus ar
changelorũ circa mysteria & sacras cerimonias. Angeli priuatis studẽt rebus & sin
guli singulis hominibus adhibentur. Recte igitur hic sub cælestis exercitus per sub
cælestes aquas est figuratus. Qui & rebus præest fluxis atq; caducis & illi ordini
subest qui uersatur circa cælestia.

Caput quartum.

[Aquarũ subcælestiũ collectio ad locũ unum] Quid autem sit aquas quæ sunt sub cælo colligi ad locũ unũ dubiũ eẽt fortasse ni
si hoc nobis Paulus declararet apud quẽ de hiis angelis q ad mundi huius obeun
da munera mittuntur legimus esse oẽs administratorios spiritus in ministeriũ mis
[Paulus] sos ꝑpter eos q hereditatẽ capiunt salutis. Vnde possumus intelligere sub cælestes
has aquas idest angelicos exercitus ad unũ locũ ad unius scilicet hominis bonũ sa
lutẽq; ꝓcurãdã cõgregatos ꝓ qua & mittũtur ad nos & nunc secũdũ quietẽ nũc ẽt
uigilãtibus nobis: aliis atq; aliis & formis & locis & tẽporibus apparẽt. Quæ sñia
quo pacto sit accipiẽda tũc demum cognoscemus cũ & quopacto id sit uerũ quod
dicit Moses: aquas scilicet ad locum unum fuisse congregatas: animum aduerteri
mus. Neque enim illud ita est uerũ ut nusquam distinctis disclusisq; in locis aquæ
inueniantur: cum indicum mare ab hircano hircanum ab adriatico adriaticum ab

euxino: innumera præterea fluuiorum fontiũ lacuũq; fluẽta longissima locorum inuicem intercapedine dispescantur. Sed ideo ad locum unum congregatæ aquæ dicũtur: quia particulares hæ atq; diuisæ aquarum collectiões uel marinæ uel fluuiatiles oẽs ut inquit Solamon ad primariũ mare tendentes ĩ unũ oceani locũ uniuntur & coeunt. haud aliter ẽ nobis de his angelis ĩtelligendũ: q sublunaria curãt. Diuersis enĩ diuersi corporalibus rebus aliisq; ab homine præsunt. Quoniã queadmodum platonici: ita & nostri crediderũt uariis mũdi huius corruptibilis rebus uarias spiritales substãtias a deo pfectas. Quo circa & Augustinus nullã esse uisibilẽ rẽ apd nos cui nõ præsit angelica potestas: & corpora oĩa p rõnalem spiritũ uitæ regi constãter asseruit: id qd & Gregorius postea cõfirmauit. Origenes similiter ĩ cõmentariis ĩ librum numerorum opus esse inqt mundo angelis: q bestiis præsint & aĩalium natalibus uirgultorũq; ẽt & plãtationũ & cæterarum rerum incremẽtis. In qua sñia cum esset & Damascenus credidit angelũ q peccauit ex his fuisse q despicatissimæ notæ sint: & terrestri ordini præsint. Verum quemadmodum hæc oĩa infra hominẽ ad hominem referuntur: ita & oĩs circa hæc angelorum cura illi potissimum subancillatur & seruit operæ & studio ut curent humana & nostræ auxiliãtes imbecillitati efficiant: quantum quidem patimur ipsi ut pie atq; fæliciter uitã uiuamus. Quare & qd sibi uelit illa aquarum collectio statim Moses intulit ut terra det fructũ herbas plãtas & arbores. Quæ autem hæc terra est præter eam de qua scriptum ĩ euagelio q alia qdem affert fructum centesimum alia sexagesimum alia trigesimum? Terra utiq; animi nostri: de qua Paulus hæc uerba. Terra excipiens frequenter uenientem sup se ĩbrem si generet herbã oportunã his qbus colitur pcipiet benedictionem a deo: quæ uero spinas & tribulos profert reproba ẽ & maledicto pxima: Cuius finis ĩ adustionem. Curemus igitur & nos det terra nostra fructũ ĩ tempore suo: det q̃si herbas purgatorias uirtutes: det scientiã & sapientiã q̃si maiores frutices: det absolutã pfectãq; uirtutẽ q̃si libani cedros: ut sit finis eius benedictio nõ sit adustio: Et audiamus dicentem patrem. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni quem benedixit deus. Nec miretur quispiam aliud cælum nobis & terram primo die significare: aliud nunc firmamentum & aridam id quod etiam in superioribus libris obseruauimus: quando & Origenes & Basilius & pleriq; alii uolunt aliud eẽ apud Mosem cælum et terram primo die: aliud aridã & firmamentũ die secũdo.

Præfecti angeli corporalibus rebus

Platonici

Augustinus

Gregorius

Origenes

Damascenus

Terra d̃ qua ĩ euãgelio

Paulus

Origenes

Basilius

Caput quintum.

Fauẽt aũt terræ huic nostræ cælestes etiã uirtutes. Posita enĩ ĩfirmamẽto & sol & luna & stellæ ut terrã nostrã illuminent. Vide q̃ hæc Dionysiacis mysteriis apte cõueniãt. Diximus de ultĩa hierarchia delegata curãdis rebus quæ sũt sub luna idest humanis. Nũc de media agitur: cui cælestium administratio demãdata. Neq; erit de tertia similiter expectãdũ ut dicat: de qua dicẽdũ nihil præter ea q̃ dicta sunt: esse scilicet eã supcælos idest supra oẽm actiõis motũ supraq; rerum oium mũdanarum administratiõem cõtemplatiõi tm̃ addicta. hoc aũt loco nec uiolentũ nec alienũ a sacris litteris existimemus q lunã & solem uocet nõ q̃ uidemus sydera sed rectores

Dionysiaca Mysteria

lunæ & solis angelicas uirtutes. Nã & scriptura cũ dicit hominem dei filiũ fieri per
grãm: hũc nõ ĩtelligit quẽ uidemus caducũ & fragilẽ: sed q regit hũc ipm quẽ nos
Historia re/gum uidemus. & ĩ regũ historia legimus iuxta hebraicam litteraturam Salamonẽ his
uerbis orantẽ. Exaudi o cælum: ubi non cælum tamen: sed cæli ac terræ rectorẽ &
dominum deum appellat. Ita & nos hoc in loco cum solem audimus & stellas nõ
sydera: sed syderum præsides angelos intelligamus: qui cum ipsi sint inuisibiles: in
uisibilem etiam terram illuminant: substantiam. s. animi nostri. Nec aut temere
aut uulgariter dictum statuta illa ut illuminent. Sed tam proprie tam consone his
quæ attulimus: ut si non aliunde: hinc certe expositio nostra maxime cõprobetur.
Tres angelo/rũ opationes Cum. n. (ut tradit Dionysius) tres sint actiones angelicæ: purgatio: illuminatio: &
perfectio: sic sunt distributæ: ut purget ultimus ordo supremus perficiat. medius
Purgatio autem hic: de quo nunc agimus illuminet. Purgant igitur terram nostram aquæ
Illuminatio inferiores: unde & nitida sub aspectum uenit: Purgatam cælestes illuminant. Sũp
Perfectio cælestes igneo quodam rore atq; uiuifico perficiũt & fœcundãt: ad tantam sæpe fœ
licitatem: ut non salutares iam herbas sed ipsum germinet saluatorem: & non una
Christus ple/nitudo omni/um uirtutũ. uirtus sed Christus plenitudo omnium uirtutum formetur in nobis.

Caput sextum

Sequitur dari ab elementis habitatorum multitudinem pisces aues & bruta: ubi
me magnæ profecto angustiæ tenuissent quales nusq̃ alibi in toto hoc nostro ope:
Esaias nisi præsto mihi esset & Esaias apud quem alata legimus Saraphin: & Ezechiel
Ezechiel apud quem si hebreis credimus & aues & bruta spiritales etiam nobis substantias
Veteres he/brei indicant: nisi accurrerent suppetiatum ueteres hebrei: qui omnes hoc loco angelicã
multitudinem insinuari uolunt a Mose. Dicamus igitur sectantes horum uesti/
Vnitates an/gelicarũ legio/num gia redargui hic a propheta errorem philosophorum: qui crediderunt principales
quidem aliquas esse substantias intellectuales: sed negauerunt singulas ex illis
(quod dicũt theologi) numerosæ deinceps multitudini ut legionibus duces præesse
Cũ ergo nouẽ ordĩes angelicos cogitamus sitq; unusq̃sq; ordo suũ ducẽ sortitus fin
gamus aĩo ducẽ illũ & principẽ q̃si maximã spherã tum sequacẽ exercitũ q̃si sphe
Daniel ræ illius habitatores & ornamentum sicut in aqua pisces in aere aues in terra besti
as in sphera octaua sydera cogitamus. & uerũ erit illud Danielis decies milia assi/
stebant ei. & mille milia ministrabant ei.

Caput septimum

Postremo hominis meminit nõ quia homo sit angelus: sed quia angelici mundi fi
nis & terĩus quemadmodum & de natura corruptibili agens hominem etiam attu
lit illius: naturæ: nõ partẽ sed principiũ & caput: Quo fit ut ad tres mundos trac
tatus hominis pertineat ad eum qui sibi est proprius & ad utrũq; extremum incor
poreum. s. & elementarem: quorum ita est medius ut alterius finis: alterius princi
pium statuatur. Sed uideo paratum laqueum nostræ expositioni: cum subiiciatur
præesse hominem piscibus maris auibus & brutis. Nam si illa nobis naturam an/
gelicam significãt: quo pacto uerum erit quod scribitur preesse hominem illis quẽ

deminutum ab angelis & sciunt philosophi & propheta testatur. Adsit ille nobis & laqueum conterat qui & contriuit Sathanā sub nostris pedibus Iesus christus primogenitus omnis creaturæ. hic laqueum profecto conterit & nodum omnem soluit & abrumpit: quoniam non solum in eo in quo tota diuinitas corporaliter habitauit adeo sublimata est natura hūana ut hō xp̄s qua hō est si credimus Dionysio angelos doceat illuminet & perficiat: tanto ut inqt Paulus melior angelis effectus quāto differentius præ illis nomen hereditauit: Sed & nos omnes quibus data potestas filios dei fieri: per gratiam cuius dator est Christus: supra angelicam dignitatem euehi possumus.

Iesus christus primogēitus oīs creaturæ
Dionysius
Paulus

EXPOSITIO QVARTA DE MVNDO HVMANO IDEST DE HOMINIS NATVRA.

Prohemium Libri Quarti.

P Ostq̄ de omnibus mūdi partibus deq; omni natura cælesti angelica & corruptibili tractatum satis a propheta ostendimus: reliquum (si promissi memores sumus) totam iterum lectionem de homine interpretari: hoc re ipsa comprobaturi: nullam esse in uniuerso hoc opere orationem: quæ uti de tribus mundis de quibus actum superius ita de hominis etiā natura reconditos sensus & ueritates altissimas non complectatur. Nec minus feceri mus operepretium si in hac quarta explicanda enarratione diligentes fuerimus q̄ factum in superioribus. Quam utilis. n. homini q̄ necessaria sit sui cognitio (ut pretercam litteram delphicam) ita est a Platone in primo Alcibiade demonstratum ut nihil fecerit reliquum posterioribus quod super hac re quasi nouum afferre tēptarent. & profecto improbum ac temerarium illius studium: qui adhuc sui ignarus adhuc nescius an scire aliquid possit: rerum tamen: quæ tam procul ab ipso sunt: cognitionem sic audacter affectat. Redeamus igitur in nos: & uideamus (ut ait p̄pheta) quanta bona fecit deus animæ nostræ. Ne si forsitan insemet agnoscēda minus diligens fuerit audiat patrem dicentem in canticis. si te ignoras o pulcherrima mulierum egredere & abi post uestigia gregum tuorum. Videtis quæ nos maneat pæna nostræ ignorationis. Abeundum est enim: a patre. s. quam abitionem & exheredatio sequitur: qua quid infœlicius? Egrediendum item est: utiq; ex nobis. Neq;. n. apud se est animus: qui se ipsum non uidet. Qui autem se exit a se diuellitur: quo quid acerbius? Eundum tertio post uestigia gregū nostrorum. i. post brutorum uestigia: quæ sunt in nobis: de quibus in expositione satis dicemus: quo qd miserius? quid despicacius & contēptibilius? fieri. s. pedissequos bestiaꝶ quaꝶ nos duces natura statuerat. Igiť nō post brutoꝶ sed post Moseos uestigia īcedētes īgrediamur nos ipsos: ingrediamur animi penetralia ipso nobis propheta aditum reserante: ut & in nobis cū mundos oēs tum & patrē & patriā fœliciter agnoscamus.

Littera dlphica
Plato
Triplex pæna ignorationis sui
Supra se
A se
Post se

Caput primum.

C

Priusq̄ iuxta uerba ordinemq; prophetæ expositiōem accuratius degeramus opor tet p̄fari aliqua de hominis natura obiterq; dictiōes aliquas exponere: ut totius de inde sensus apertior sit intellectus. Cōstat homo ex corpore & anima ratiōali. Ra/tionalis animus cælum dicitur. Nam & cælum animal a se ipso motum uocat Aristoteles: & animus noster (ut probant platonici) substātia est se ipsam mouēs: Cælū circulus est: & aīus itidē est circulus: quinimmo ut scribit Plotinus ideo cælū circulus: qa aīus eius circulus ē. Cælū in orbē mouetur. aīus rōnalis a causis ad effectus se transferens: rursusq; ab effectibus recurrens in cās ratiocinationis orbe circū uoluitur. Atq; hæc quidem si singula essent enarrāda his: qui alibi ea nō legerūt: nō Moseos iam: sed Aristotelis Platonisq; essemus interpretes. Corpus dicitur ter/ra: quoniam terrosa & graui substātia est. Quare & de humo factū (ut scribit Moses) homini dedit appellationem: Verum īter terrenum corpus & cælestem animi substātiam opus fuit medio uinculo: quod tam distantes naturas inuicem copularet. huic muneri delegatum tenue illud & spiritale corpusculum: quod & medi/ci & philosophi spiritum uocāt. Quem & diuiniore esse natura q̄ elementa & cælo proportiōe respōdere: Aristoteles scribit: hic lux nūcupatur: quæ cognominatio cō uenire magis nō posset philosophorum sententiæ & medicoꝝ: quoꝝ oīum cōmu/nis est cōsensus: esse illum substātia maxime lucida: & nulla re magis q̄ luce gau/dere foueri & recreari. Accedit q̄ quemadmodum oīs cæloꝝ uirtus (ut scribit Aui/cēna) uehiculo lucis ad terrā trāsfertur: ita omnis animi uirtus: quem cælum uoca uimus: oīs potestas uita. s. motus & sensus lucido spiritu intercedēte ad hoc corpus terrenum: quod terram uocauimus comeat & trāsfunditur. Descēdamus iam ad uerba prophetæ. apud quem primo uidemus creari cælū & terram extrema. s. no/stræ substātiæ uim rationalem: & corpus terrenum quæ postremo cum sit lux. i. lucidus accedit spiritus: sic uniuntur: ut ex uespere & mane. i. ex corporis nocturna & matutina animi natura unus sit homo. & qm̄ (ut ostēdimus) per hāc lucē oīs uitalis sensualisq; uirtus ad terram nostrā descēdit: merito ante lucis natale terra fuit inanis & uacua. Cui uitæ motusq; beneficia nisi per internūtiū lumen participare suū cælū non poterat. Quare & statim causam adiunxit inanitatis: quia. s. super eam adhuc tenebræ erant luce non dum exorta.

Animus rationalis — Aristoteles — Platonici — Plotinus — Corpus — Spiritus — Aristoteles — Auicenna

Caput secundum.

Sed restat adhuc quærēdū qd illud sibi uelit. & spiritus domini ferebatur sup aq̄s Traditur hic de aquis indiscreta & uniuersalis doctrina: quæ die sequēti magis distinguitur: cū alias docet esse quæ sunt sup cælū. alias quæ sunt sub cælo. Quorū oīum si ueꝝ sensum desideramus cōsulamus ipsam naturā quā noster ꝓpheta (ut sæpe diximus) adamussim effigiat & repræsentat. Factā uidimus mētionē de tripli ci partæ humanæ substātiæ uidelicet de rōnali de mortali hoc corpore & medio spiritu. Duæ reliquæ sunt. Nā inter partē rōnalē qua homines sumus & omne illud qđ corporeū est ī nobis siue sit crassum siue sit tenue & spiritale media ē ps sensualis qua brutis cōmunicamus. & qm̄ nō minor nobis cū angelis q̄ cū brutis cōmuni

Anima sensualis

catio queadmodū infra rōnem eſt ſenſus: unde cōmertiū cū animalibus ita ſupra rōnem ītelligentia eſt p quā dicere illud Ioannis poſſumus. Societas noſtra cū angelis ē. Vides qd īfra qd ſupra nr̄am ſit rōnē. Qđ ſi rō cælū dr̄ (ut cōprobauimus) manifeſtū iam q̄ ī nobis aquæ ſupcelæſtes: q̄ itidē ſubcæleſtes. Diuerſa aūt ratione utriq; parti intellectuali. ſ. & ſenſuali aquaꝝ cōgruit appellatio: illi qa diuinaꝝ illuminationū radiis maxime peruia: huic qa caducis rebus & fluxis inhiat & delectatur. Cuius diuerſitatis ſatis nos admonet: cū hāc ſtatuit ſub cælo ubi fluxa oīa atq; caduca: illā ſupra cælū ubi ſinceræ & ppetuæ ītelligentiæ adminiſtratio. Cum igitur primo die ſpiritum domini incubātem legimus aquis ſintq; aquæ biſariam diſcretæ utiq; de his aqs q̄ ſunt ſub cælo dictū nō accipiemus: qm̄ ſup has nō ſpiritus domini: ſed cælum potius defertur. Reliquū ut de his dictū ſit q̄ ſunt ſup cælū. Vnde nobis maximum dogma de anima reſeratur. Intellectū enī q eſt in nobis illuſtrat maior atq; adeo diuinus intellectus ſiue ſit deus (ut qdā uolunt) ſiue ꝓxima hōi & cognata mens ut fere oēs græci ut arabes ut hebreorum plurimi uolunt. Quā ſubſtātiā & iudei philoſophi & Abunaſar Alpharabius in libro quē ſcribit de prīcipiis expreſſis uerbis ſpiritū domini appellauit. Nec factū ſine cauſa ut priuſq̄ hominē ex aīo & corpore uinculo lucis cōſtituiſſet huius rei meminerit: ideſt delationis ſpiritus ſup aquas: ſed ob id factū ne forte crederemus nō adeſſe ſpiritū hūc noſtro ītellectui niſi cū eſſet corpori copulatus. Quod & Moſes egyptius & Abubacher arabs: & quidam alii falſo crediderunt.

Ratio
Intelligentia
Ioannes
Intellectus diuinus īparticipatus
Græci
Arabes
Hebrei
Abunaſar
Moſes egyptius

Caput tertium.

Reſtat ut exponamus qd ſit qđ ait aquas quæ ſunt ſub cælo ideſt ſenſuales uires q̄ ſub parte ſunt rōnali cōgregari ad locū unū. Manifeſtiſſimū aūt hoc nō oīno rudibus philoſophiæ. Nā ſenſitiuæ. oēs uirtutes ad ſenſum quē ex re ipſa uocamus cōmunē: hic aūt ſi Ariſtotelem ſequimur eſt in corde: uti flumina ad mare cōfluūt. Nec abſurde dixerimus ab eo mari quinq; corporis ſenſus: quos uidemus auditū uiſum guſtum tactū olfatū quaſi qnq; maria mediterranea diffuſos intrare corporis cōtinentem: q̄ apta in tehetheto platonis ſnīa fuit. & qm̄ ex pfectione ſenſitiuarū uiriū quā ex hac ad ſuū fontē collectione ītelligimus corpori qđ uocamus terrā & uita & ſalus & nutrimētū ꝓuenit: recte: poſt illā aquaꝝ cōgregationē terrā īducit ſtatim uiridē & floreſcētem. Præſtiti enim a natura ſenſus oībus mortalibus ad uitā corpori ſalutemq; ꝓcurādā: ut p eos cognoſcāt q̄ ſibi noxia quæ ſalutaria tum cognita p appetentiā ſenſibus annexā illa reſpuant hæc deſiderent: poſtremo p cōiugem poteſtatem motricem fugiant mala utilia ꝓſequātur. Videt oculus cibum: olfaciunt nares: accedunt pedes: capiunt manus: palatum experitur. Quæ omnia ideo dicimus ut cognoſcamus apte coniunctā ſtabilimento aquaꝝ. i. ſenſitiuaꝝ uirium: terræ quæ iamdiu nobis corpus ſignificat uberem fœlicitatem.

Abubacher arabs
Collectio aq̄rum ad locū unum
Ariſtoteles
Plato

Caput quartum.

At uero cū multis rōnalis natura & uiribus & potentiis diſtinguatur de nuda eius ſubſtātia ſupra eſt dictū. Nūc de ornatu atq; ut ita dixerim regia eius ſupellectile

dicendũ. Hoc est ꝙ scribit posita in firmamẽto lunã solẽ & stellas. & q̃dẽ philosophi iuniores solẽ ĩtellectũ q actu est lunã eũ q est potẽtia forte ĩterpretarẽtur. Sed q̃m nobis magna de hac re cũ illis cõtrouersia nos interim sic exponamus ut qua parte ad aquas supiores ad domini spiritũ aĩus uergit ꝓpterea ꝙ totus lucet sol nuncupetur: qua uero aquas ĩferiores idest sensuales potentias respicit: unde infectiõis aliquã cõtrahit maculã lunæ habeat appellationẽ. Solẽ hoc modo acceptũ græci pla-
Platonici tonici Διανοιαν lunã uero Δοξαν ꝓ suæ doctrinæ dogmatis appellarẽt. Quoniã aũt dum a patria pegrinamur: & in hac uitæ p̃sentis nocte & tenebris uiuimus ea pte plurimũ utimur quæ ad sensus deflectitur: unde & plura opinamur q̃ scimus: Cũ uero dies futuræ uitæ illuxerit alieni a sensibus ad diuina cõuersi supiori alia pte ĩtelligemus: recte est dictũ hunc nostrũ solẽ præesse diei: Lunã ãt præesse nocti. Itidẽ q̃a exuti nos moribundã hãc uestẽ unico solis lumine id cõtuebimur: q̃d ĩ hac corporis miserrima nocte plurimis uiribus atque potentiis uidere potius conamur q̃ uideamus: idcirco unico sole dies lucescit: nox contra plurimas stellas componendi. s. uim & diuidendi ratiocinandi item definiẽdi & quæ sunt reliquæ: lunæ quasi minus potenti auxiliares corrogat & counit.

Caput quintum.

Hactenus de uiribus animi cognoscentibus. Nunc ad eas se trãsfert quoꝝ opus appetere iræ uidelicet & libidinis. i. cõcupiscẽtiæ sedes. has p bestias designat & irrationale genus uiuentiũ: q̃a sunt nobis cum bestiis cõmunes: & q̃d est infælicius ad
Caldei brutalẽ sæpe nos uitã ĩpellunt. Hinc illud caldeoꝝ Vas tuum inhabitãt bestiæ ter-
Plato ræ. & apud Platonẽ ĩ re. p. discimus haberẽ nos domi diuersa genera brutoꝝ: ut nõ
Pythagorici sit creditu difficile paradoxon pythagoricũ (si recte intelligatẽ) ĩprobos hoĩes migra-
Theocritus re ĩ bruta. Intus. n. atque in nostris adeo uisceribus bruta sunt ut nõ ꝓcul pegrinã-
Circe dũ sit ut migremus ad illa. hinc fabulæ Circeæ: & Theocriti illud: quos deæ aspexerint uirtus. s. & sapientia Circeis poculis labefactari nõ posse. Sed uideamus q̃ hoꝝ brutoꝝ differentiã Mosaica lectio nobis insinuet. Alia ab aquis quæ sunt sub cælo: alia a terra ꝓducuntur. Aquæ ut diximus significãt sensualẽ ptem quæ ẽ sub cælo: q̃a subest rõni: & illi ꝓxime famulatur. Terra est hoc ipsum corpus terrenũ & fragile quo circũdamur. Cõsideremus igitur an ex affectibus q̃bus mouemur: alii ad corpus: alii ad sensum interiorẽ: quẽ phantasiã uocãt philosophi: magis attineãt. Ad corpus spectare mihi uidentur qui uel ad cibũ uel ad uenerẽ ĩpellunt. Nã hii nobis dati a deo tum ad tutelã corporis q̃d nutrimus: tum ad liberorũ pro-
Paulus creationẽ: ĩ q̃bus simus supstites cũ ĩ nobis ipsis occũbimus. hiisdẽ nos abutimur allecti plusq̃ decet uoluptatis illecebra: p gulam & p libidinẽ curã carnis ut inquit Paulus faciẽtes ĩ desideriis. In cuius uerbis id annotãdũ nõ eẽ dictũ ne carnis curã feceritis. sed ne feceritis in desideriis: quia. s. utendũ illis ad necessitatẽ: nõ ẽt ad uoluptatẽ: multo minus nostra fœlicitas in eis cõstituenda. hos ergo affectus p iumẽta & feras intelligamus: q terræ potiusq̃ aquaꝝ fœtus dicũtur: quia p crassioris huius corporis mẽbra & explẽtur & excitãtur & nobis ad eius salutem ꝓcurati a deo

fuerūt: q̄q̄ illis fiāt exitio: q & crapulis marcescūt & uenere dissoluūtur. Ad aquas aūt. i. sensum imaginatiōis affectiōes illas referamus: quæ spiritales magis & nostræ potius cogitatiōis q̄ carnis soboles dici possunt. Quod genus sunt quæ ad honores ad irā ad ultionē & cognatas hiis reliquas affectiōes nos uocant. Necessaria hæc & utilia modice utentibus. Irascendū. n. sed intra modū. & ultio sæpe opus iustitiæ: & sua unicuiq; tuēda dignitas: nec recusandi honores: q honestis artibus cōparātur. Quod ideo: dico ne cū hæc bruta quæ sensuales appetentias indicāt deus creauerit creatisq; benedixerit: si sit mala ex sua natura credamus cum manicheis a malo pricipio & nō a bono potius deo cōdita fuisse. Bona igit̃ illa oīa & homini necessaria: sed nos inde ad ambitionē furorē excādescentiā superbiamq; excedentes: mala facimus nostra culpa: quæ ille optimus optima instituerat. Manichei

Caput sextum.

Videte aūt q̄ his quæ diximus adamussim cōueniat q; subiicitur factū a deo hominē ad suā imaginē ut præesset piscibus auibus & bestiis q̄ tum aquæ tum terra ꝑduxerāt: & qdē de homine iā supra disputabamus: sed nūc primū ī eo dei imaginē ītelligimus: Vnde illi in bruta dictio & īperiū. Sic & enim a natura īstitutus homo ut ratio sensibus dominaretur frenareturq; illius lege oīs tum iræ tum libidinis furor & appetētia: sed oblitterata imagine dei p maculā peccati cepimus miseri & infœlices seruire bestiis nostris: & cum rege chaldeo diuersari inter illas humi procumbere cupidi terrenoꝝ obliti patriæ obliti patris obliti regni & date in nobis ī priuilegium pristinæ dignitatis. Scilicet homo cum in honore esset non intellexit: sed comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. rex chaldeus

Caput septimum.

Verum sicut oēs in primo Adā qui obediuit Sathanæ magis q̄ deo: Cuius filii secūdū carnē deformati ab homine degeneramus ad brutū: Ita in Adam nouissimo Iesu christo qui uolūtatē patris impleuit & suo sanguine debellauit nequitias spiritales: Cuius filii oēm secūdū spiritū: reformati p gratiā regeneramur ab homine ī adoptionem filiorum dei: si modo uti in illo ita in nobis princeps tenebrarum & mundi huius nihil inuenerit. Iesus christus Adā nouissimus

EXPOSITIO QVINTA DE OMNIBVS MVNDIS DIVISIM ORDINE CONSEQVENTI.

Prohemium libri quinti.

q Vemadmodū Moses uti ostēdimus singulis ī ꝑtibus sui cōtextus de omnibus simul mūdis ītellectuali: cælesti: elemētari: hūanoq; disseruit: imitatus naturā: īmo natur̃ artificē deū: q̄ ī singulis mūdis oēs cōplexus est: ita ad eiusdē naturæ exēplū: q̄ ꝓprias sedes ꝓpria iura & peculiares unicuiq; leges distribuit: ꝓpheta ēt nr̃ mirabili & ꝑfecto diuinæ artis magisterio scripturā suam ita disposuit: ut q̄q̄ ubiq; de oībus eadē facie eodēq; uerboꝝ uelamine disputaret:

peculiariter tamen singulis mundis singulas sui operis partes consequenti ordine adiudicaret. Quod ostensuri incipiemus primam particulam de primo mundo.i. angelico interpretari: tum deinceps reliquas de reliquis auream illam homericam catenam & Platonicos annulos a uiua opificis uirtute quasi a uero lapide indomiti herculis appensos in Moseos uerbis sagaciter speculantes.

Homerica catena

Platonici annuli.

Caput primum.

Dicturi autem de natura angelica: quæ purus est intellectus: id primum animo concipiamus mentes esse quasi oculos quosdam. Quod enim est oculus in rebus corporeis: id ipsum est mens in genere spiritali. Oculus & si mixtura suæ substantiæ intimæ aliquid lucis possideat: ut uisionis tamen munere fungatur externa indiget luce: in qua rerum colores: & differentias speculatur. Nec est ꝓpterea ꝙ sua natura non sit uisus: & si non uideat nisi beneficio lucis. Nam & aures: ne dicam in animata: & reliquæ omnes corporis partes collustrãtur luce: nec tamen uident. Id igitur uidendi naturam sortitum est & per essentiæ suæ ratiõem est uisus: quod recepta luce uidere potest. Consideremus hæc eadem in intellectibus: Intellectus oculi sunt: intelligibilis ueritas lumen est. & intellectus ipse intelligibilis cum sit in time aliquid lucis habet: Qua se ipsum potest uidere: sed non potest & reliqua. Verum indiget formis ideisq; rerum: quibus uti radiis quibusdam inuisibilis lucis intelligibilis ueritas indubie cernitur. Nec propterea dicendum est ut per exemplũ oculi declarauimus non esse illos natura intelligentes: atq; ex accidenti pari cũ nostris animi conditione intellectualem proprietatem sortitos. hinc illorum manat sententia qui intellectus appellationem deo indignam existimant. Quia si intellectum quasi oculum capimus qui non ex se: sed lucis participatione uidet: cum deus sit lux (lux enim est ueritas) & uisio actio sit qua oculus lucem attingit non eget deus hac operatione qui est ipsa lux: tanto a rerum omnium ignoratõe q̃ angeli remotior quanto abest magis a tenebris lucis natura q̃ oculi. Sed redeamus ad angelos. Oculus idest substantia intellectualis non omnino est simplex: alioquin aduẽtantis lucis compositionem non pateretur. hinc commune proloquium cõstare angelos ex actu & potentia: q̃q̃ anxia est disputatio quid ille actus quid illa potẽtia: & quæ ratio compositionis: quid item Auerrois arabs uoluerit: cum utrũq; intellectum & eum qui actu & eũ qui potentia est in omnibus citra deum intellectibus esse dixerit: sed sufficit nobis quantum attinet ad hunc locum cõmunis sententia ut cumq; accipiatur. Hæc quæ diximus omnia aperit nobis Moses in primo die. Partitur enim substantiam angeli in cælum & terram naturam. s. actus & naturã potentiæ. Eadem autem res uti diuersas proprietates: Ita & diuersa habet cognomina. Quare hic idem actus dum uti uirtus uisum oculo largiens utq; potentiæ consumatio accipitur dicitur cælum ꝙ ea sit habitudine ad potentiam: qua est cælum ad terram. Rursus qua lucis indigus est nec obire per se proprium munus intelligentiæ potest per aquas figuratur: Corpus luminis quidem capax sua tamen natura minime lucens. Est & alia ratio similitudinis ꝙ iste actus potentiæ: quam

Angeli constant actu & potentia

Auerois arabs

terram uocat: uti aqua terræ proxime adest. Sed iam uerbis prophetæ congrediamur. Creauit deus cælum & terram: naturam actus & naturam potentiæ: ex quibus angelum conflat. & terra quidē idest potentia inanis est & uacua: inanis actu & uacua luce: quam non nisi aquis intercedentibus excipit: & quoniam circa idē fiunt contraria ad idemq; pertinet hospitari lucem & tenebras: adiūxit & tenebræ erant super faciem abyssi. Neq; dixit super terram. Abissus enim nihil est aliud (nisi uocabulo abutamur) q̄ aquarum profunditas. Super has aquas ferebatur spiritus domini: spiritus utiq; qui ab apostolo Iacobo pater luminū dicitur: a quo mox super eas idest super angelicas mētes lux intelligibiliū formarum exoritur. Quod intellexerunt forte & saraceni dicentes eductos angelos a deo de tenebris ad lucem adimpletosq; æterna lætitia. Intelligentiam enim uoluptas consequitur: qua nulla maior qua nulla uerior nulla est permanentior.

Abyssus qd sit

Iacobus apostolus

Saraceni

Caput secundum.

Huic mundo proximus est cælestis. Cuius illa prima proprietas q̄ interstitium est utriusq; mūdi intelligibilis scilicet de quo nunc diximus: & sensibilis huius quē nos incolimus. Nec possumus mediæ alicuius naturæ essentiam euidentius indicare: q̄ si exprimamus quibus concludatur extremis: quando quidem de extremis natura media temperatur. Maximam igitur de cæli conditione nobis scientiā aperit: cum inter aquas & aquas idest angelicas & corruptibiles substantias medium cælum non tam situs q̄ essentiæ ratione positum dicit. Per aquas autem iam diximus intelligi formas: quæ potentiæ quasi terræ proxime adsunt: essentiamq; perficiunt. Quemadmodum autem alia angelorum alia elementorum terra: quia diuersa in utrisq; potentia: Ita alia atq; alia aquarum utrobique ratio idest formarū est: Inter has uere medium cælum inde diuinam uitam hinc corporationem: inde in corruptibilem: hinc uisibilem substantiam: inde essentiæ firmitatem: hinc loci mutationem: inde quicquid idem est simplex & uniforme: hinc quicquid uariū mixtum & dissimile habet: sic opificis prouidentia disponente sortitum est:

Caput tertium.

Post hæc de elementorum integritate & positura & ordine nos breuiter admonet per collectionem aquarum ad locum unum & præscriptas mari leges ne terram obtuat. Nihil est enim quod magis indicet esse in elementis præter corporeæ bruteq; naturæ inclinationem inditas leges ab intelligente causa: a qua & reguntur & suis in sedibus detinentur: q̄ hæc aquarum repagula: quibus cohercitus occeanus: cuius ad totum se terræ ambitum impetus ferret: quemadmodū ignis totus toti aeri incubat quasi tamen uirga admonitus pedagogi pedem refert: nec se ulterius pfert q̄ nostra salus & uita omnium animantium postulat. hoc neque ad materiæ necessitatē quæ ad globi figurā oīa potius elementa pariter inclinat: nec ad fortuitū atomorū concursum: qualem somniat epicurus: nec ad uim seminariā naturæ mutæ: ut ait Straton: ignare totius finis referri pōt: sed ad solā finalē causam: ad quā

Epicurus

Straton

dirigere solius est mentis & prouidentiæ intellectualis. Propterea factũ ut & hic Moses tractaturus de ordine elementorum huius tm̃ rei meminerit: & a prophetis totiens hoc quasi potissimũ argumentũ diuinæ potentiæ & sapientiæ afferatur in mediũ. Hinc in puerbiis cũ certa lege & giro uallabat abyssos. hinc illud qui circũdedit mari terminũ suũ: & apud Hieremiã Me ergo nõ timebitis ait dominus: qui posui harenam terminum mari. Et illud Terminum posuisti: quem non transgrediẽtur: nec operient terram. Quoniam autem tota elementorum constitutio ordinatur admixta ea presertim quæ sunt uiua: idcirco post terræ aquarumq; ordinẽ & firmamentum subiecit statim præceptũ terræ ut germinaret plantas. cuius alioquin operis tractatus ad quintum potius diem spectabat.

Hieremias

Caput quartum.

Postquã egit de sphera cælesti & elementari: ppterea q; de tota ĩtegritate corporeæ uniuersitatis: restabat dicendũ de incolis & ciuibus (ut ita dixerim) ciuitatis huius mondanæ cũ cælestibus: de quibus agendũ primo quasi de senatu p̃fectisq; urbis: tum ẽt terrestribus quasi de plebe & populo. Cælestiũ igitur primo meminit: q̃ posuit deus in firmamento ut essent in signa & tempora ut lucerent in cælo: & terram illuminarẽt. solem dico lunã & stellas. Altissimæ hic per tractandæ essent quæstiones: & quæ sibi singulæ iustũ uolumen exposcerent: quo pacto hæc sint sydera ĩ firmamento? an uti partes eius nobiliores: qd̃ sentiũt peripathetici: an ut aĩalia ĩ suis spheris: ĩ aqua pisces iumenta ĩ terra: qd̃ Eusebius Medus & Dyodorus uolũt. Cõgressum hic itẽ locus cũ genethliacis sibi exposceret diuinandi p astra & prænoscẽdi futuros euentus scientiã hinc cõfirmãtibus q Moses sydera in signa posita a deo dixerit: scientiã nõ modo a nostris ut a Basilio: qui recte eã occupatissimã uanitatem uocauit: & ab Apollinario & a Cyrillo & Dyodoro acriter taxatã: sed quã & boni peripathetici respuunt & Aristoteles contempsit: & q est maius & a Pythagora & a Platone & ab oĩbus stoicis repudiatam fuisse auctor est Theodoritus. Querẽdũ hic etiã de natura sydeꝶ: de motu: de principatu: de lunæ maculis deq; omni syderali scientia aliquibus forte uideretur. Verum ad hæc si descendamus q̃q̃ sint pulchra & digna cognitu: audiemus fortassis horatianum illud. Sed nunc nõ erat his locus. Quare ad opus hæc destinatũ differimus: quo Aristotelẽ Platoni cõciliãtes uniuersam philosophiã pro uiribus tractandã examinandamq; suscepimus.

Peripathetici
Eusebius medus
Dyodorus
Contra genethliacos
Basilius
Apollinarius
Cyrillus
Dyodorus
Peripathetici
Aristoteles
Pythagoras
Plato
Stoici
Theodoritus
Horatius
Cõcordia platonis & Aristotelis

Caput quintum.

Veniamus igitur ad Mosem: qui postq̃ de cælestibus dixit: terrestriũ animalium meminit ordine congruenti: quæ uel aquas uel terrã uel aerẽ inhabitant: si tamẽ inhabitare aerem uolucres dici possunt. Nemo hic expectet aut exigat a nobis disputationẽ quo pacto corpora animaliũ ex elementis aut qd sint inditæ a deo naturis rerũ seminariæ rõnes: sit ne itẽ uita brutoꝶ de sinu educta materiæ: an a diuino potius principio oĩs uita proueniat: ut cõstãtissime asserit Plotinus: quẽ mox latine legẽdũ dabit ĩ publicã utilitatẽ Marsilius Ficinus noster lõgioribus ẽt argumẽtis illuminatum. Cui sententiæ suffragari fortasse uidebitur hoc loco ppheta: cũ post

Plotinus
Marsilius Ficinus

quā dixit: pducant aquæ reptile animæ uiuentis. adiecit postea creauit deus omnē aīam uiuētē: ubi nō id dūtaxat qspiā obseruaret: q & aquæ pducāt deo iubēte: et deinde ēt deus pducat. Verū & illud qđ ubi de dei opere agitur scriptū est creauit deus animam uiuentem: ubi autem de aquis nō animam: sed reptile animæ uiuentis: quasi aquis uehiculum potius animi idest corporis mixtio accepta referatur: deo autem idest diuino principio animæ substantia: quæ uitæ datrix motus & sensus tēperato iam corpori extrinsecus illucescat. Sed de his alias. Inter animalia terræ tria memorat Moses iumenta reptilia & bestias: in quibus tres differētias brutoꝝ irrationalium: quibus nec plures sunt: in cōmune nobis insinuat. Sūt enī bestiæ quæ pfecta sunt phantasia medium inter irrationalia locum sortitæ: erudiri autem ab homine aut mansuescere nesciunt. Sunt reptilia quæ imperfectā habēt phantasiam media quasi inter bruta & plantas. Sunt iumenta: Quæ & si carent ratione disciplinæ tamen humanæ quoquo modo capaces cum sint: rationis aliqd participare uidentur mediam quasi sortita conditionem inter bruta & homines.

Tres generales differētiæ brutorum

Caput sextum.

Hactenus de tribus mūdis supercælesti cælesti & sublunari. Nūc agendū de homine: de quo est scriptū. Faciamus hominē ad imaginē nostrā: qui nō tam quartus est mundus quasi noua aliqua creatura q̄ trium quos diximus cōplexus & colligatio. Est aūt plerūq; cōsuetudo a regibus usurpata & pricipibus terræ: ut si forte magnificam & nobilem ciuitatē condiderint Iam urbe absoluta imaginē suā in medio illius uisendam oībus spectandāq; cōstituant. Haud aliter Principē oīum deū fecisse uidemus: qui tota mūdi machina cōstructa postremū oīum hominem in medio illius statuit ad imaginē suā & similitudinē formatū. Sed ardua est quæstio cur hoc priuilegium sit hominis imaginem habere dei. Nam si Melitonis explosa insania: qui humana effigie deum figurauit: ad rationis mentisq; naturam recurramus: quæ uti deus intelligens est inuisibilis item & incorporea inde utiq; cōprobabimus esse hominem similem deo præsertim qua parte ī animo trinitatis imago representatur. Verum agnoscemus hæc eadem quanto in angelis sunt q̄ in nobis & potiora & contrariæ minus naturæ ad mixta tanto cum diuina natura plus similitudinis & cognationis habentia. Nos autem peculiare aliquid in homine quærimus: Vnde & dignitas ei propria & imago diuinæ substātiæ cum nulla sibi creatura cōmunis cōperiatur. Id quid esse aliud potest: q̄ q hominis substantia (ut græci etiam aliqui interpretes innuunt) omnium in se naturarū substantias & totius uniuersitatis plenitudinem re ipsa complectitur: Dico autem re ipsa quia & angeli & quæcunq; creatura intelligens in se quodammodo continet omnia: dum plena formis & rationibus omnium rerum omnia cognoscit. At uero quemadmodum deus non solū ob id qđ oīa intelligit: sed quia in se ipso ueræ rerū substātiæ pfectionē totā unit & colligit: Ita & hō (q̄q̄ aliter ut ostēdemus alioquin nō dei imago: sed deus eēt) ad ītegritatem sue substātiæ oēs totius mūdi naturas corrogat et counit. Qđ de nulla alia creatura siue angelica siue cælesti siue sensibili dicere possumus.

Melito

Qua in parte hō dicitur similis deo

Græci īterpretes

Diuersitas inter deũ & hominem

Est aũt hæc diuersitas ĩter deũ & hominẽ: q̃ deus in se oĩa cõtinet: uti oĩum principium: hõ aũt in se oĩa cõtinet uti oĩum mediũ: quo fit ut ĩ deo sint oĩa meliore nota: q̃ in se ipsis: in homine inferiora nobiliori sint cõditiõe: supiora autẽ degenerẽt. Sunt ignis aqua aer & terra p uerissimã ꝓprietatem naturæ suæ incrasso hoc & terreno hominis corpore: qđ nos uidemus. Est p̃ter hæc spiritale aliud corpus diuinius (ut inqt Aristoteles) q̃ elementa: qđ cælo ꝓportiõe respõdet. Est p̃terea in homine uita plantaꝝ oĩbus his apud eum q̃bus & apud illas muneribus fungens nutriendi augendi & generãdi. Est sensus brutoꝝ tã intimus q̃ externus. Est cælesti animus rõne pollens. Est angelicæ mentis participatio. Est haꝝ oĩum simul in unum cõfluentiũ naturaꝝ uere diuina possessio: ut libeat exclamare illud Mercurii. Magnum o Asclepi miraculũ est hõ. hoc p̃cipue nomine gloriari humana cõditio põt: quo etiã factũ: ut seruire illi nulla creata substãtia dedignetur. Huic terra: & elementa: huic bruta sunt præsto & famulãtur: huic militat cælũ: huic salutẽ bonũq; ꝓcurãt angelicæ mẽtes: si qdẽ ueꝝ est: qđ scribit Paulus: esse oẽs administratorios spiritus ĩ ministeriũ missos propter eos qui hereditati salutis sũt destinati: Nec mirum alicui uideri debet amari illũ ab omnibus: in quo omnia suum aliquid immo se tota & sua omnia agnoscunt.

Aristoteles

Mercurius

Suprema hominis dignitas

Paulus

Caput septimum.

Homo terrestrium & cælestiũ uinculũ & nodus ẽ

Homini mancipantur terrestria: homini fauẽt cælestia: qa & cælestiũ & terrestriũ uinculũ & nodus est: nec possunt utraq; hæc nõ habere cũ eo pacem: si modo ipse secũ pacem habuerit: qui illoꝝ ĩ se ipso pacẽ & fœdera sancit. At caueamus quæso ne in tanta dignitate cõstituti nõ ĩtelligamus: Verũ illud ante oculos semp animi habeamus uti & certã & exploratã & indubiã ueritatẽ: sicuti fauẽt oĩa nobis eam legẽ seruãtibus q̃ nobis est data: ita si p peccatũ p legis p̃uaricationẽ de orbita defecerimus: oĩa aduersa ĩfesta inimicaq; habituros. Rationabile enim ut quẽadmodũ nõ modo nobis: sed uniuerso: qđ in nobis cõplectimur: sed auctori ipsius mundi omnipotenti deo iniuriã facimus: experiamur ẽt oĩa: quæ in mũdo sunt: & deũ in primis potentissimos uindices & acceptæ iniuriæ grauissimos ultores. Hinc extimemus: quæ pœnæ quæ supplitia maneant transgressores diuinæ legis. Hi sunt: qui (ut dixit oraculum) Δαιμονεσ οι φοιτωσι περι χθονα και περι ποντον ακαματοι δαμνανται υπαι μαστιγι θεοιο. idest q pergunt circa terrã & circa pontum & infessi domãtur sub uerbere dei. hos cælũ. hos terra: hos tota mundanæ rei. p. incõcussa iustitia fulminat & psequitur. Rei sunt enĩ uiolatæ uniuersitatis: & læsæ maiestatis diuinæ: Cuius imaginẽ fœdissima iniqtatis macula đturparunt. Hinc factum fortasse: ut apud ꝓphetas cũ qd a deo aut p̃ceptum aut uetitum promulgatur citentur cælum & terra testes. s. quia & precepti trãsgressio illa etiã uiolet: & de cõmuni accepta cõtumelia ipsa quoq; de improbis dum deo ministrant pœnas sunt acceptura. & omnino omnem insaniam superat adduci ut credamus cuipiam in ciuitate aliqua posito decorato summis honoribus licere in principem: in uniuersam rem. pub. de se optime meritam impune delinquere: ac

Oraculum

nõ potius dari illũ torquẽdũ statim & cruciãdũ litoribus & carnifici: aut totius populi cõsensu lapidibus obruẽdũ. Sũt aũt carnifices: Sũt litores ĩ hac dei re. p. ĩprobi demones uilissimo ministerio addicti ĩ pœnã antiq̃ sceleris. hinc illud Pauli Tradidi illũ Sathanæ ĩ ĩteritũ carnis. hinc demonis ultoris ẽt apud Orpheũ cognominatio: si forte nostris minus credamus. Quẽadmodũ aũt scelera hominũ oĩs creatura odit & execratur: ita recta illius uita & institutio oĩbus grata ẽ: oĩbus placet. Neq; enim (ut ita dixerim) nõ admitti ĩ participatũ et boni eius & mali oĩa possũt: quæ tam arctu nexu illi implicita & cõiũcta sunt. hinc illud euãgelicũ: Si pœnitu it peccator exultare lætitia oẽs angelos: hinc mysterii illius apta ratio: qđ ascõditũ fuit a seculis: ut corrupta in primo Adã & de turbata de suo statu natura nostra p Christi crucẽ instauraretur. Scilicet nostra cã filius dei & hõ fit & cruci affigitur. Nã & cõgruũ fuit ut q̃ est imago dei inuisibilis primogenitus oĩs creaturæ in quo cõdita sunt uniuersa: illi copularetur unione ineffabili: qui ad imaginem factus ẽ dei: qui uinculum est omnis creaturæ: in quo cõclusa sunt uniuersa. Nec erat si cũ homine tota natura periclitabatur eius iactura aut negligenda aut reparanda per alium q̃ per quem tota fuerat instituta natura.

Improbi demones
Paulus
Orpheus

EXPOSITIO SEXTA DE MVNDORVM INTER SE ET RERVM OMNIVM COGNATIONE.

Prohemium Libri Sexti.

d EVS unitas est ita ternario distincta: ut ab unitatis simplicitate nõ discedat. Est trinitatis diuinæ ĩ creatura multiplex uestigiũ. Nos hoc unũ dũtaxat hic attulerimus adhuc q̃ sciã a nemine allatũ: q̃ quã ĩ creaturis unitatẽ uidemus: dispartitã triplici rõne deprehẽdimus. Est. n. primũ ea ĩ rebus unitas: q̃ unũ quodq; sibi ẽ unũ sibiq; cõstat atq; coheret. Est ea secũdo: p quã altera alteri creatura unitur: & p quã demũ oẽs mũdi ptes unus sunt mũdus. Tertia atq; oĩum principalissima ẽ: q̃ totũ uniuersum cũ suo opifice q̃si exercitus cũ suo duce ẽ unũ. Adest trifaria hæc unio unicuiq; rei p suã unã simplicẽ unitatẽ deriuatã ab illo uno qđ & primũ unũ & trinũ simul atq; unũ ẽ: a patre inquã filio & spiritu sancto. Nã & patris potestas oĩa pducẽs suã oĩbus largitur unitatẽ: & sapiẽtia filii rite oĩa disponẽs oĩa inuicẽ unit & copulat: & spiritus amor ad deũ oĩa cõuertens totũ opus opifici nexu caritatis adiũgit. Quẽadmodũ aũt ut magis intimus: Ita magis unus ẽ nobis deus q̃ ipsi nobis: rursus una quæq; res arctius sibi q̃ aliis mundi partibus iũgitur: ita uniuersæ caritatis ordinẽ edocti si legẽ diuinã naturæ tabulis inscriptã seq̃ uoluerimus primo deũ ipsum supra nos supraq; oĩa: secundo loco nos ipsos: Tertio pximũ diligemus. Propheta aũt noster de ea unitate: q̃ unũ quodq; sibi est unum: tunc satis dixit: cum rerum omnium sigillatim naturam examinauit. De illa autem: qua deo unimur: tractatu proximo agetur: Vbi de fœlicitatis summa disputabimus. Reliqua ea est: qua diuersæ partes mutuo fœdere inuicem copulantur: de qua in præsentia a nobis agendum est.

Vestigiũ trinitatis
Triplex in rebus unitas
Pater
Filius
Spiritus
Radix totius ordinatæ caritatis

Caput primum.

Poſtquam igitur diſtinctas rerũ naturas uidimus: & ſeparatis (ut ita dixerim) ſtationibus diſpoſitas: ne crederemus idcirco tantum ex his omnibus unum fieri uniuerſum quia ſingula a ſingulis (ut ſupra oſtendimus) pro ſuæ naturæ conditione cõtineantur indicare in ſuo etiam cõtextu propheta uoluit: qui & quot modi eſſent: quibus naturæ rerum inter ſe inuicem copularentur non ſolum ad curioſam hanc intelligentiam nos uocans: ſed per hoc inſtruens & demonſtrans qua nos uia & ratione his: quæ nobis ſunt meliora: copulari poſſimis. Cogitanti autem mihi priuſquã accederem ad uerborũ enarrationẽ quot modi aut eẽt aut cogitari poſſent: quibus res aliquæ inuicem uel affinitatem uel copulam nanciſcerẽtur: & diſcurrenti p omnia dogmata philoſophorum: quibus a pueris inſudaui: haud ultra quam quindecim genera occurrerunt. Quæ deinde accedens ad Moſem ita dilucide ita appoſite ſub indicata ab eo uidi: ut nuſquam melius erudiri de illis quenquam poſſe crediderim.

Caput ſecundum.

Eſſẽtia rei cuius eſt
Proprietas eſſentiæ
Forma: Subiecto
Trãſmutans' trãſmutato
Ars: materiæ
Cælũ: Terra
Terra: inanitas.
Abyſſus: Tenebræ
Spiritus dei: aquæ
Lux: corpora

Statim igitur in prima die neſcio breuius an dilucidius quinq; modos complectit̃: quibus coniungi aliquid alicui poteſt. Quod enim alteri coniuctum eſt: aut eius eſſentia eſt aut eſt eſſentiæ proprietas: aut ineſt ei uti forma ſubiecto: aut eum attingit uel ſicut tranſmutans id quod tranſmutatur: uel ſicut ars ſubiectam ſibi materiam. Similiter quinq; a Moſe legimus inuicem quaſi comparata & connexa cælum & terram: terrã & inanitatem: abyſſum & tenebras: ſpiritũ dei & aquas: lucem & corpora. Primum igitur coniunctionis modum deſignat nobis terra inanis & uacua: quoniam terra .i. materia ſua natura inanis eſt: niſi aliũde formis ad impleatur. Secundum indicant tenebræ ſuper faciem abyſſi. Nam abyſſus ſua quidem natura nec lucidus nec tenebroſus: ſed illius tamen naturam tenebræ conſequuntur niſi accedens lumen illas fugauerit: quemadmodum & materiæ informitatem inanitatemq; priuationis tenebræ conſequuntur: donec adueniens eas ſpecies expulerit. Tertium oſtendit lux oborta corporibus. Eſt enim in eis lux uti forma in ſubiecto. Quartum cælum & terra: quoniam non inheret terræ cælum uti forma uel accidens ineſt rei quam perficit: ſed coniungitur ei uti efficiens patienti & tranſmutans cauſa corpori quod trãſmutatur. Poſtremi exemplum eſt ſpiritus domini: qui fertur ſuper aquas. Artifex enim domini ſapiẽtia & ſpiritalis natura omnino abiuncta a comertio corporis haud aliter iungi corporibus intelligitur: quam ars: quæ in mente eſt architecti: cemento lignis & lapidibus iungatur. Rurſus autem & hanc conſidera conſequentiæ rationem: eſſe terram ex ſe inanem domeſticas habere tenebras: tum proxime luci iungi per lucem cælo: per cælum ſubſtantiæ ſpiritali. Sed uideamus qualiter hæc ſe habeant in nobis. Terra terrenũ eſt corpus inane uita uacuum ſenſu: ſuperq; ipſum ſunt tenebræ mors torpor in efficacia immobilitas in ſenſatio: lux uita eſt: quæ illud uegetat excitat agit mouet & ſenſu

preditum reddit: cælum est animus fons illius lucis & spiritus dei est intellectus lumen diuini uultus. & de his hoc loco plura etiam q̃ opus sit.

Caput tertium.

Examinemus quid sibi Moses insequentibus uelit: & uidebimus decẽ alios modos ab eo insinuari: in quibus mutuã inter aliqua fœderationem intelligamus. Præter enim eos quos diximus sunt rursus & hi: quos numerabimus: quoniam aut ps aliquid est alterius aut effectus: itẽ si est pars aut pars indiuidua est a suo toto quo pacto & sol & luna & stellæ infirmamento sunt aut separabilis queẽadmodũ aquæ partes ab integritate sui elementi: ad quod confluxerunt. Si est effectus aut a seminaria ratione intrinseca pululat sicuti plantæ e terra pululant: ipsi tamẽ suæ parenti affixe: & naturalibus uniculis ligamentisq; connexæ: aut ex suis principiis constat & conflatur: ut mixtum ex elementis: Quo pacto ex aquis & terra animaliũ corpora fiunt: aut causam habet extrinsecam: quæ trifariam diuidi potest in efficientem exemplar & finem. Quorum trium exempla habemus a Mose: dum & hominem deus creat & efficit: & creat ad suam imaginem tãquam ad exemplar: & bestiæ homini subsunt fiuntq; propter hominem ut propter finem.

Caput quartum.

Diximus de parte & effectu: eademq; ratione de toto & causa. Respondent enim hæ inuicem rationes. Sed neq; impleuimus omnia genera cognationis. Nam & de causa ea est reliqua species affinitatis: qua causa secundaria primariæ obedit & adiungitur: sicut cum deus producit aquæ producunt: & hæ quidem primo: quia ꝓxima sunt causa: sed non aliter q̃ deo præcipiente quia causa primaria magis influit q̃ secunda. Similiter est finis secundarius principali appendẽs & annexus: quod sapienter significat dicens posita sydera ut lucerent in cælo & illuminarent terram. Neq; enim bonum inferiorum primarius finis est cælestium. Sed id primum intendunt: ut sibi luceant: Tum postremo ut & nos illuminent. Quapropter & apud Homerum cum auroram tum solem immortalibus primum tum & mortalibus exoriri ac lucem ferre legimus. Est item præter hæc omnia & homo homini & leo leoni cognatus: & tamen leo neq; pars neq; effectus leonis est: si ab illo genitus nõ sit. hoc propheta significat: cum simul pisces: simul aues: simul bestias terræ colligit & adunat. Est ultima ratio affinitatis: quæ ẽ mediæ naturæ ad extrema. Nam conuenit homo homini animal animali: quia eandem participant essentiæ rationẽ uel spetialem uel generalem. At medium non eadem est essentia qua & extrema: sed temperatum quoquo modo ex illis: ita ab utroq; dissentit: ut cum utroq; communicet. Quod indicatum nobis a Mose: cum ponit firmamentum aquarum medium diuidens supercælestes aquas ab aquis: quæ sunt sub cælo: ubi quæ sit medii natura sufficienter aperit: quemadmodum nos in prohemio primi libri & secundo capite quinti abunde declarauimus.

Cã primaria magis influit q̃ secunda.

Homerus

Caput quintum.

Admonemur autem & hinc quid facto opus sit nobis: ut naturis melioribus uniamur: in quo uis tota & summa posita est nostræ fœlicitatis. Nam & docet nos prima dies tunc primum aquis depulsa nocte obortam lucem cum spiritus domini eis incubuit: Vnde illud Iacobi significatur. Omne optimum donum desuper esse a patre luminum. Quod ne nostros commemorem: Ita confirmat Iamblicus: ut nihil quasi uel mediocre promittere sibi posse de se humanam naturam uelit: nisi maiori .i. diuino numine sit adiuta. Quod si est uerum & non modo a nostris: sed a philosophis etiam comprobatum profecto omne studium nostrum in eo esse debet: ut conuersi ad supera: quod fit per sacram religionē per mysteria per uota per hymnos preces & supplicatiōes: inde nostræ infirmitati uires quæramus. Hinc platonicæ & Pythagoricæ disputationes a sacris præcibus exorsæ desinunt in easdem. quibus & Porphirius & Theodorus & omnes achademici nihil utile magis: immo necessarium homini esse uno ore confirmant. Indorum bragmanes & magi persarum nihil aggressi unquā leguntur nisi oratione præmissa. Quæ ideo gentium testimonia afferro: ut quibus a malo demone persuasum: ut gentibus potius credāt q̄ ecclesiæ: uel ab his discant quibus adhibent fidem neque ridendam neque inutilem neque indignam rem esse philosopho operam sūmere & quidē magnā atque assiduam in sacris præcationibus in mysteriis in uotis in hymnis deo iugiter decantandis. Quæ res si quod hominum genus & iuuat maxime & decet: illis præsertim utilis & decora. qui studiis litterarum & contemplandi ocio se dederunt. Quibus nihil necessarium magis q̄ ut quos in diuina identidem mentis oculos intendunt: & uitæ integritate depurent: & petita per ferulam orationis desuper luce largius illuminent admonitique propriæ semper imbecillitatis cum apostolo dicāt sufficientia nostra ex deo est.

Iacobus
Iamblicus
Quid precipue obseruādū in uita
Quā utiles q̄ necessariæ sacræ p̄catiōnes
Platonici
Pythagorici
Porphirius
Theodorus
Achademici
Indi
Persæ
Apostolus

Caput sextum.

Rursum examinemus quid nos aquæ: quid terræ dispositio doceat. Discamus a terra non edituros nos frugem: quam parturimus: nisi inuadentis nos fluxæ materiæ atque caducæ impetum represserimus: depulerimusque & e sedibus nostris exturbauerimus irruentium in nos quasi aquarum uoluptatum gurgites & torrentes. Discamus ab aquis non prius illas existimatas idoneas piscibus procreandis q̄ in unam totius sui elementi integritatem collectæ fuerint. Nam neque nos si diuulsi distractique ad diuersa fuerimus: si non toti collectis omnibus uiribus ad unam feremur intentionem: sobolem dare aliquam dignam nostra diuinitate in lucē poterimus. Continetur autem & hic altius mysterium: quemadmodum scilicet guttis aquæ ea est fœlicitas: ut ad occeanū: ubi aquarum plenitudo: accedant: ita esse nostram fœlicitatem: ut quæ in nobis intellectualis luminis portio est ipsi primo

Altius mysterium

omniũ intellectui primæq; menti ubi plenitudo: ubi uniuersitas omnis intelligentiæ aliquando coniungatur.

Caput septimum.

At maximum illud omnium quod firmamenti nobis doctrina significat: ubi uidemus non posse aquas inferiores superiorum aquarum beneficio aliquo locupletari: nisi cælo intercedente: quod inter eas medium est collocatum. Ita nos animo ꝑponamus extremorum copulam non nisi per eam naturam fieri posse: quæ media extremorum cum sit utrumque in se complexa Ideo illa idest extrema inter se cõmode unit: quia in se ipsa illa per proprietatem suæ naturæ prius uniuit. Admonemur hinc magni illius sacramenti: quod gentibus stultitia hebreis scandalum nobis dei uirtus & sapientia est: non posse hominem deo coniungi: nisi per eum: qui cum in se ipso hominem deo coniunxerit uerus mediator effectus potest ita homines deo annectere: ut sicut in eo filius dei hominem induit: ita per eũ homines dei filii fiant. Quod si uerum est quod dicimus: non copulari extrema inuicẽ nisi per medium: id autem uere medium dici: quod in se ipso iam extrema uniuit: profecto si dispensatio illa ineffabilis in solo contingit Christo: ut uerbum fieret caro solus etiam est Christus per quem ad uerbum caro potest ascendere: nec est (ut recte scripsit Ioannes) aliud sub cælo nomẽ in quo oporteat saluos homines fieri. Quod diligenter aduertant qui cum Christo se dicunt credere: communem tamen religionem aut suam unicuique: in qua est natus: credunt sufficere ad consequendã fœlicitatẽ. Non mihi non ipsis rationibus credant sed Ioanni Sed Paulo sed Christo ipsi: qui dixit. Ego sum uia. Ego sum hostiũ: & qui per me nõ intrat fur ẽ & latro.

Nõ posse homines deo cõiungi nisi per Christũ deũ & hominẽ

Ioannes

Paulus Christus

EXPOSITIO SEPTIMA DE FOELICITATE QVAE EST VITA AETERNA.

Prohemium Libri Septimi.

S I TOTIVS mundi gradus ordinem & naturam sexta absoluta expositione quasi sex diebus exegimus: Reliquum: ut septimo hoc tractatu quasi sabbato nostræ commentationis de sabbato mundi & quiete creaturarum: quarum naturã in superioribus instituimus idest de earum fœlicitate tractemus: aut (ut dicam rectius) tractantem Mosem ut uerum uatem futurorũ omniũ audiamus. Est autem fœlicitas (ut theologi predicant) alia: quam per naturam alia: quam per gratiam consequi possumus. Illam naturalẽ: hanc supernaturalẽ appellant. De prima idest de naturali satis dictum a Mose: quoniam rerum cognita natura naturalem quoque earum fœlicitatem cognoscimus. Reliquum igitur ut doceat de secunda prophetã se potius exhibens q̃ doctorem: quoniam cum scripsit Moses non dum erat gratia: sed futurum erat ut esset.

Duplex fœlicitas

Verum quoniam mihi uideor uidere sciolos quosdam dixerim an uappas potius
& nebulones : qui se uocant philosophos cum nihil sint minus : ridentes statim &
gratiam & fœlicitatem super naturalem : quasi uana hæc nomina & aniles fabulæ
sint: uolui breuiusculam hac de re cum illis disputationem sicuti prohemium face
re septimi libri: rem & seorsum omnibus utilem & necessariam ualde operi: quod
Quã uera et stabilis theologorꝝ opinio de fœlicitate supnaturali | suscepimus: ubi altissimis philosophiæ radicibus nixam & stabilitam stare senten
tiam theologorum dilucide comprobemus. Fœlicitatem ego sic desinio reditum
uniuscuiusq; rei ad suum principium. Fœlicitas enim est summum bonum: sum
mum bonum id est quod omnia appetunt: quod autẽ omnia appetunt: id ipsum
est: quod omnium est principium: ut Alexander aphrodisiensis in commentariis
Alexander | primæ philosophiæ & græci interpretes in aristotelis ethicen attestantur. Idem igi
Græci ĩterpretes | tur finis omnium quod omnium principiũ deus unus omnipotens & benedictus
optimum omnium quæ aut esse aut cogitari possunt. hinc duæ illi præcipue appel
Pythagorici | lationes apud Pythagorigos unum. s. & bonũ. Vnum. n. cognominatur: qua om
Duo dei nomina | nium est principium: quemadmodum unitas principium est totius numeri: bonũ
autem: qua omnium finis omnium quies & absoluta fœlicitas est. Videre iam pos
Radix duplicis fœlicitatis | sumus: si simus paulo sellertiores: rationem duplicis fœlicitatis. Fœlicitas enĩ pos
sessio atq; adeptio ẽ huius primi boni. Bonum hoc adipisci dupliciter possunt res
creatæ: aut in se ipsis: aut in ipso. Nam & in se ipso hoc bonũ est super omnia exal
tatum suæ inhabitans diuinitatis abyssos: & per omnia diffusum in omnibus in
uenitur: hic quidem perfectius: illic imperfectius pro rerum conditione a quibus
Poetæ | participatur. Vnde (ut scribunt poetæ) Iuppitet est quodcũq; uides: & Iouis omnia
Quæ sit naturalis fœlicitas | plena sunt: Vna quæq; igitur natura cum in se deum habeat aliquo modo: quia tã
tum dei habet quantum habet & bonitatis (bona autem omnia quæ deus fecit) reli
quum: ut cum perfectam omnibus numeris suam habet naturam: se adepta deũ
quoq; in se adipiscatur: & si dei adeptio: ut cõprobauimus: est fœlicitas: in se ipsa
aliquo modo sit fœlix. hæc est naturalis fœlicitas: quam & maiorem & minorẽ di
uersæ res pro naturarum diuersitate sortitæ sunt. Ignis res est anima carens: parti
Quo pacto ignis deũ participat | cipat autem deum multis rationibus. Nam primo est: & unum quodq; ꝙ est par
ticipatu dei est: qui est ipsum esse: item qua ignis species certa & actus est: deo est
similis: qui prima species primus est actus: & dum ignis ignem producit diui
nam fœcunditatem: dum se intra terminos suæ continet spheræ iustitiam: dum no
bis deseruit beneficentiam pro suæ naturæ modulo imitatur. Hæc ignis dum agit
suam adeptus perfectionem fœlix est quantũ capax ipse fœlicitatis. Fœliciores plan
tæ: quæ præterea uitam: fœliciora animantia: quæ etiam cognitionẽ sortita ut plus
Optima omniũ mortaliũ cõditiõe ẽ hõ | perfectionis ita plus etiam in se ipsis diuinitatis inueniunt. Optima omnium mor
talium conditione homo: qui sicut natura: Ita naturali fœlicitate aliis præstat: præ
ditus intelligentia & libertate arbitrii præcipuis dotibus & ad fœlicitatem maxime
conducentibus. Suprema inter creaturas angelica mens & substantiæ nobilitate &
finis consecutione: cuius maxime particeps: quia illi & iuncta & proxima est. At

uero ut supra diximus per hanc fœlicitatem nec plantæ nec bruta nec homo nec angelus deum: qui est summum bonum: in ipso deo: sed in se ipsis attingunt. Quapropter & pro naturarũ capacitate gradatim fœlicitatis rõ uariaẽ. Quare & de hac solum loquuti philosophi fœlicitatem uniuscuiusq; rei in optima operatiõe suæ naturæ collocauerunt. & de angelis quidem quos uocant mentes & intellectus: etiã si summam illorum perfectionem hanc faterentur quod deum intelligerent. cognitionem tamen dei: quam habent: haud aliam statuere præter eam: qua se ipsos cognoscunt: ut de deo tantum intelligant: quantum de dei natura in eorum substantia repræsentatur. De homine autem & si diuersi diuersa senserint: omnes tamen ĩtra humanæ facultatis angustias se tenuerunt: uel in ipsa tantum ueri uestigatiõe quod academici: uel in adeptione potius per studia philosophiæ: quod Alpharabius dixit: fœlicitatem hominis determinantes. Dare aliquid plus uisi Auerrois Auicenna Abubacher Alexãder & Platonici nostram rationem in intellectu: qui actu est: aut aliquo superiore: nobis tamen cognato quasi in suo fine firmantes: sed neque hi hominem ad suum principium neq; ad summum bonum adducũt. Quas ego eorum disputationes atq; sententias. nec reprobo nec aspernor: si de naturali se tantum fœlicitate dicere profiteantur. Certum enim per eam nõ posse hominem aut angelos altius euehi q̃ ipsi dicant. Quod uel hac ratione maxime cõprobatur: quoniam si nixum propria fortitudine nihil supra se ipsum potest assurgere (alioquin se ipso esset ualidius) utiq; nihil nitens per se ipsum ad fœlicitatem maius aliquid uel perfectius sua natura assequi poterit. Sed dicant mihi philosophi si hæc ĩ rebus sola fœlicitas: cur uel ipsi fatentur inter animalia solum hominem natum ad fœlicitatem. Cum enim alia præter hominem ad suos quoq; fines perueniant. possumus dicere esse aliorum q̃ hominis minorem fœlicitatem: at nullã esse quo pacto defendemus? Quinimmo cum a fine a natura statuto reliqua infra hominem nunq̃: homo fere semper exorbitet: uidebitur nisi alio se priuilegio iactet infœlicissima omnium humana conditio. Audiamus igitur sacros theologos dignitatis nostræ nos admonentes: & quæ ultro nobis a patre liberalissimo diuina bona præstãtur: ne quæso ipsi crudeles ĩ nostros animos & male grati erga deum opificẽ reiiciamus. Diximus supra summam fœlicitatis in dei esse adeptione: quod est summũ bonum & principium omnium. Dupliciter autem illam posse contingere: quoniam uel in creaturis: quibus se deus participat: uel in ipso deo deum assequimur. Ostendimus item: quod & ostendemus: res creatas non posse uiribus suis ad hanc postremam: sed ad illam dumtaxat accedere. Est autem illa: si animaduertimus: umbra potius fœlicitatis quam uera fœlicitas: quemadmodũ creatura: in qua deũ attingis: non summa bonitas: sed summæ bonitatis idest diuinæ tenuis umbra est. Adde q͛ res per illam se ipsis potius q̃ deo restituũtur: nõ id assequutæ: ut ad suum principiũ redeãt: sed hoc tantũmodo ne a se ipsis discedãt. Vera aũt & consumata fœlicitas ad dei faciẽ contuendã quæ est omne bonũ: ut ipse dixit: & ad perfectã cũ eo principio: a quo emanauimus: unionẽ nos reuehit & abducit. Ad hãc angeli

Impfectõ naturalis fœlicitatis

Philosophorum de fœlicitate opinio

Academici

Alpharabius

Auerrois

Auicenna

Abubacher

Alexander

Platonici

Nõ posse hominẽ uiribus propriis deo coniungi

Astruit supernaturalẽ fœlicitatem

Theologi

Quid differat supernaturalis fœlicitas a naturali

Naturalẽ fœlicitatẽ nõ habere rationẽ ueræ fœlicitatis

attolli quidem possunt: sed non possunt ascendere: Quare peccauit Lucifer dicens
Supernaturalis fœlicitatis qui sint capaces et quomō
Ascendam in cælū. Ad hanc ire homo nō potest: trahi potest unde christus de se: q est ipsa fœlicitas dixit. Nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit illum. Bruta autem et quæ infra hominem nec ire nec trahi ad illam possunt. Ideoq; solus hō & angelus ad eam sunt facti fœlicitatem: quæ est uera fœlicitas. Potest uapor consendere in altum: sed non nisi attractus radio solis: lapis & corpulenta omnis substantia neq; radium usq; quaq; admittere neq; per illum tolli in sublime potest. Hunc radium hanc uim diuinam hunc in fluxum gratiam appellamus: quia deo & homi/
Exēplū utriusq; fœlicitatis in corporibus
nem & angelum gratos efficiat. Habent autem philosophi huius doctrinæ manifestum exemplum in corporibus. Corporum enim aliqua in rectum: aliqua in orbem feruntur. Motus rectus: quo elementa ad proprias sedes uehuntur: figurat fœlicitatem: per quam in propriæ naturæ perfectione res stabiliuntur. Motio circularis: per quam corpus adeundem unde absedit terminum circunuoluitur: expressissima imago est ueræ fœlicitatis: per quam creatura ad idem principiū redit: a quo processerat. Sed uide q̄ omnia utrinq; conueniunt. In orbem non mouentur nisi immortalia & incorrupta corpora. Ad deum non redit nisi immortalis & æterna substantia. Elementa ut suos motus perficiant non alia indigent ui q̄ indito sibi a genitura uel grauitatis impetu uel leuitatis: quemadmodum etiam ad naturalem fœlicitatem singula proprio impetu propria ui feruntur. At uero cælestia & si idonea sint motui circulari non ipsa tamen sibi sufficiunt ad hunc motum explendum: sed diuino opus motore: qui illa uerset & circumuoluat. Denique sic perpetue apta circuitioni illa corpora sunt. ut non facere eam. sed suscipere possint. Haud aliter nobis atque angelis accidit. Tales enim sumus natura: ut non circumagere nos & reflectere: sed circumagi motrice ui gratiæ & reflecti in deum possumus. Hinc illud. qui aguntur spiritu dei hii filii dei sunt. Qui aguntur dixit: non autem qui agunt. hoc distamus a cælo q; illud naturæ necessitate: nos pro nostra libertate mouemur. Pulsat enim assidue animum tuum spiritus motor. Si ob audias tibi relinqueris tuo torpori tuæ infirmitati miser & infœlix. Si admittas statim deo plenus per orbem religionis ad patrem ad dominum reportaris: in eo uitam semper
Summa ueræ fœlicitatis
possessurus: in quo & semper etiam anteq̄ fieres uita fuisti. Hæc est uera fœlicitas ut unus cum deo spiritus simus: ut apud deum non apud nos deum possideamus cognoscentes sicut & cogniti sumus. Ille enim nos non per nos: sed per se ipsum cognouit: Ita & nos cognoscemus illum per ipsum & non per nos. Hæc est tota merces: hæc est uita æterna: hæc est sapientia: quam sapientes seculi non cognouerūt: ut ab omni multitudinis imperfectione redigamur in unitatem per copulam indis
Christus
solubilem cum eo qui est ipsum unum. Pro hac fœlicitate Christus orabat ad patrem hoc modo. Pater fac quemadmodum ego & tu unum sumus: ita & hii nobi/
Paulus
scum unum sint. Hanc Paulus sperabat dicens cognoscam non ex parte: sed sicuti
Casus dæmonis
est: & si sperabat non ne iure dicebat Quis me separabit a caritate Christi? & cupiebat dissolui ut cum Christo fieret unum. Ab hac cecidit dæmon: quoniam ad

illam ascendere nõ rapi uoluit: Ideoq; illud amisit: quod habuisset si permansisset. Ex hac radice notum quæ sors infantium: qui decessere non dum initiati. Scilicet apud se manent: nec suis bonis exuti: nec diuinis locupletati. Nobis in alterutram partem cadendum: aut summam miseriam: aut summam fœlicitatem. Quoniã qui in causa est ne motorem recipiat: non solum ĩmunem se facit gratiæ: sed & naturam uitiat: ad cuius integritatem hoc attinet: ut agnitum spiritum quærat non recuset. & proculdubio recta esse natura non potest: quæ maioris boni propositi spem aut reiicit aut contemnit. Quare postquam Christus est agnitus siqui Christum non induuntur: non solum prima fœlicitate: sed & secunda idest naturali iure priuantur: quia gratiam nolle non nisi corruptæ est & labefactatæ naturæ. Quẽadmodum autem nos uiuentes sub euangelio: Ideo Christum dei uirtutem & sapientiam in nobis recipimus: quia uti iam datum humano generi amamus & retinemus: Ita & patres sub lege uetere illum recipiebant: cum futurum aduentum & credebant indubie & sperabant alacriter & ardenter desiderabant. Sed sicut nõ ut præsentem iam: sed ut futurum recipiebant: ita neq; præsentem quasi iam spiritus inhabitantis nisi postquam aduenit fructum experti sunt. Cum post peractũ in ara crucis in effabile sacrificium descendente ad eos Christo ab eo uti motore circumacti momento turbinis ad libertatem: & euecti ad summæ fœlicitatis gradum fuerunt. Ad hãc fœlicitatem religio nos promouet dirigit & impellit: quemadmodum ad naturalem duce utimur philosophia. Quod si natura rudimentum ẽ gratiæ: utiq; & philosophia incohatio est religionis: neq; est philosophia quæ a religione hominem semouet. Recte igitur & nos cum a Mose: post quam sex dies de natura sumus philosophati: septimo die diuinis uacantes de supnaturali fœlicitate dicemus.

Sors infantiũ qui decedunt nõ dũ initiati

Philosophia ĩcohatio est religionis neq; hominem a religione se/mouet

Caput primum.

Duplex (uti ostendimus) supremæ huius fœlicitatis natura est capax: angelica & humana. Illa cælum: hæc terra dicitur: quia angeli cælum: nos terram inhabitamus. Et de cælo non est q̃ dicat amplius: quia non angelorum: sed hominum legem scripturus est. Ad homines igitur descendens inquit. Terra erat inanis & uacua: & tenebræ erant super faciem abyssi. Non creat deus inanitatem: non creat tenebras: Sed terra (inquit) erat inanis & tenebræ erant. Non dicit hæc fuisse creata: sed fuisse. Quod cur sit dictum patebit simul cum cognouerimus quæ hæc inanitas: quæ hæ tenebræ sint. Natura humana: quæ terra dicitur angelis comparata: statim abinitio: quia statim peccauit: inanis erat & uacua originali iustitia: & peccati tenebris facies eius idest ratio obducebatur. Neque hæc fecit deus: sed hominis malitia: qui uolens se his bonis priuauit: quibus illum deus ditauerat.

Natura angelica & humana capax ẽ supernæ fœlicitatis

Sic naturæ corruptæ status a propheta describitur: quæ quo pacto deinde a deo per Abraam per Mosem per prophetas nouissime uero per unigenitum

filium suum & pristinæ dignitati restituta: & ad summã fœlicitatem parata fuerit in sequentibus demonstrabit. Verũ & quo tẽpore aquæ obductæ tenebris erãt infectæ scilicet primæuis sordibus notæ originalis: spiritus tamẽ domini fouebat eas. Quod est dupliciter intelligendũ: & ꝙ lumine diuini uultus quod signatũ est sup nos idest lumine naturalis intelligentiæ homines regebãtur: & ꝙ diuinæ tum prouidẽtiæ cura humanũ genus destitutũ nõ erat: sed spiritus domini fouebat aquas

Apostolus spiritus ille: qui(ut ait apostolus)ĩtercedit ꝓ nobis gemitibus ĩ enarrabilibus & tũc assidue cogitabat quo pacto illas a uenenis purgaret quibus antiquus serpens eas

Abraam infecerat. & ecce statim iubet oriri lucem: & orta est lux: Abraam scilicet ille sapientissimus fundator primus ueræ religionis. Primus: qui & naturæ legẽ absolueret: & de diuina lege meditaretur: Primus qui cultum unius dei aduersus idola & gentes hominibus ꝑsuaderet. Primus qui & tenebras erroris depellere: & malis dæmonibus qui principes tenebrarũ dicuntur bellum indicere est aggressus: unde merito lux cognominatus. Quod quia & discipuli domini oẽs fecerunt oẽs a domino lux mundi sunt appellati. Hæc est lux prima quæ mũdo affulsit: & inter dæmonũ uerique dei religionem quasi inter lucem tenebrasque distinxit.

Caput secundum.

Lex Mosaica Hunc sequuta est lex: quæ merito cognomẽto dicitur firmamentum statim in sui exordio hoc ipso scilicet ꝙ nũc tractamus annuntiãs nobis opera manuũ dei(ut cecinit Dauid. & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ). Data igitur lex per angelum Mosi firmata uerbo dei: quæ adhuc magis q̃ superior lux gentes ab israelitis idest in pietatem a pietate quasi aquas supercælestes ab aquis quæ sunt sub cælo

Hieremias discriminauit. Dicũtur aũt iudei aquæ supercælestes quia soli(ut inquit Hieremias)signa cæli non timent: quæ gentes timent soli nõ aut stellas aut cælum: sed stellarum & cæli auctorem ac dominum & agnoscunt & agnitum colunt ac uenerantur. Gentes autem contraria ratione aquæ sub cælo sunt quando & dæmones caliginosi aeris incolas: quæ regio supra aquas est: adorant & colunt: & uisibile cælũ sydera & planetas sibi deos ac dominos faciunt.

Caput tertium.

Erat autem futurum: ut nisi maior aliqua uis & misericordia dei obstaret aquæ q̃ sunt sub cælo. i. idolis seruientes totam terram inuaderent & occuparent. Sic infectio totius mundi de prima macula: Sic sathanæ ultoris imperium & ius in nos reos antiquæ noxæ & huiusmodi seruitutis pœne obnoxios postulabat. Sed benefica semper & salutaris prouidentia dei unam ex terræ partibus & si exiguam quantum iustitiæ leges patiebantur ab aquarum iniuria liberam esse uoluit. hæc est iudea uocata terra promissionis: quia & Abraæ & posteritati a deo promissa fuit.

Cui nostræ expositioni prophetæ omnes astipulantur: apud quos totiens gentium impetus in israelitas aquarum & maris incursionibus comparatur. hinc illud eleuauerunt flumina uocem suam: & mirabiles elationes maris: & illud sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: & non timebimus dum turbabitur terra & transferētur montes in cor maris. & profecto non aliter iudeam intra haud magne regionis terminos conclusam circūuallabant gentes: q̄ nunc terræ hanc portionem utique modicam quam habitamus undiq; circumuallet oceanus. Sed & pluribus in locis euidentissime in litteris christianis per aquas gentes designantur. Nam & scriptū est aquæ quas uidisti gentes sunt: & cum dominus Iesus uinū fecit ex aqua: qđ in pharisei domo defecerat: figurate ut nostri scribunt significauit aquas idest gentes ad eam fidem esse uocandas: Quæ apud iudeos apud quos fuerat antea imposterum deficeret. Itidem in mysteriis tradunt idcirco aquam uino misceri ꝙ aquæ. i. gentes sanguinem Christi per fidem crucis hauriant & combibant. Illa igitur pars afferta a iugo aquarum dei prouidentia fuit: ut si reliqua terra obruta undis spiritalis nequitiæ inutilis & deserta erat futura nec idonea fructibus ueræ religionis: hæc saltem esset: quæ luce suscepta quam protulit prima dies & rore cæli quod secunda statutum est idest doctrina legis ad ubertatē adiuta germinaret interea quasi herbas plantas & arbores iudicia cerimonias & bonos mores: donec cum temporis plenitudo uenisset ipsum etiam quod Esaias optabat saluatorem fœlicissima germinaret.

in litteris christianis p aq̄s gentes designantur

Dominus Iesus.

Quare ĩ mysteriis aq̄ uino misceatur

Esaias

Caput quartum.

Et ecce iam temporis plenitudo. Si enim numerus quaternarius plenitudo est numerorum non ne erit & dies quartus plenitudo dierum? Videte igitur quid nobis afferat quartus dies. Cælum secundo die firmatū idest lex sine sole ac luna ac stellis erat: capax quidem futuræ lucis: sed obscurum adhuc nec insigni aliquo lumine illustratum. Aduenit dies quartus: quo sol dominus firmamenti idest Christus dominus legis & lunaris ecclesia Christi compar & sponsa: & qui multos ad iustitiam erudirent apostolici doctores in firmamento uti stellæ in perpetuas æternitates elucescerent ad æternam scilicet uitam mundum uocantes. Sol firmamentum non dissoluit: sed perficit: & Christus legem non uenit ut dissolueret: sed ut perficeret. Lux primi diei Abraam pientissimus uidit diem quartam: quæ est dies Christi & gauisus est. Vidit radium sue lucis idest ueræ religionis: quem mundo intulerat per solem iustitiæ per lucem ueram illuminantem omnes homines in uniuersum orbem latissime diffundendum. Vidit Iesum christum splendorem paternæ substantiæ illucescentem his qui in tenebris & in umbra mortis sedebant: & principem tenebrarum principem mundi huius eiici foras: & de mentibus hominum exterminari. Hæc uidit & exultauit: uidit diem quartam & letatus est. Hæc dies quā fecit dominus. qua dominus homo fit qua deus habitauit in no/

Messias

Abraā pientissimus

Iesus christus splendor paternæ substātiæ

bis: exultemus & nos & letemur i ea. Quã aũt uera q̃ solida sit nr̃æ rõ expositiõis attendaits quæso paulo diligentius christiani fratres. Unde & uobis potentissima tela contra lapideum cor hæbreorum de armamentariis eorum petita subministra buntur. Probabimus autẽ illud primo ex testimoniis iudeorũ per opera diei quarti aduentum Christi nobis significari. secundo ostendemus nobis Messiam repræsentari per nullam rem congruentius q̃ per solem: colligemusq; euidentissime ex temporum ratione non uenturum in posterum Christum: sed Iesum ex Nazareth filiũ uirginis promissum hebræis Messiam fuisse. Est inter decreta ueteris hæbraicæ disciplinæ per sex dies geneseos sex mille annos mundi sic designari: ut sint quæ hic dicuntur opera primi diei uaticinium eorum: quæ primo mundi millenario futura erant ut contingerent: opera item secundi eorum quæ in secundo: & sic deinceps eodem semper utrobiq; successionis ordine seruato: cui sententiæ etiam attestatur inter iuniores Moses gerundinensis theologus primæ celebritatis apud hæbreos. Meminit & Diuus Hieronymus in expositione psalmi illius: qui Mosi inscribitur: uideturq; opinio hæc fundamento præcipue illi inniti q̃ mille anni (ut inqt propheta) unus dies sunt apud deũ. Quartus igitur dies: si uera est hæc doctrina: uaticinium est eorũ: quæ quarto millenario mundi euentura sunt. Age nunc ostedamus iuxta annales hæbreorum & quam approbant ipsi annorum supputationẽ quarto mundi millenario Iesum apparuisse. computant illi ab Adam ad diluuium annos mille quingentos quinquaginta sex: a diluuio ad Abraam annos ducentos & nonoginta duos: atq; ita ab Adam ad Abraam colliguntur anni Mille octingenti. xlviii. A genitura autem Isaac ad ruinam secundi templi: quæ fuit post Christi mortem numerant annos circiter (neque enim reseco ad uiuum) mille sexcentos sexaginta. Supputant enim ab Isaac ad exitum ex egypto annos quadringentos & triginta: ab exitu ad templum quod Salamon ædificauit totidem fere. a Salamone ad templi desolationem per Babylonios annos quadringentos & decem a templi instauratione sub Esdra ad hanc sub tito captiuitatem annos quadringentos .xx. Itaque si omnes simul collegeris: computabis a mundi exordio ad Christum iuxta ipsorum hebreorum mentem annorum tria milia quingentos & octo: ut & in ipso quarti millenarii medio Christus aduenerit & intra eiusdem millenarii quasi intra terminos quarti diei & lunæ. i. ecclesie lux toti mundo affulxerit: & innumerabilis martyrum apostolorum doctorũq; multitudo qui intra quingentos annos post Christi mortem omnes claruere: & firmamenti. i. legis obscuritatẽ & nostræ noctis tenebras illuminauerint. At dicent hæbrei Esto per hæc tempora Iesus aduenerit. Non dum habes Iesum christum fuisse nisi ostenderis creditum a nostris futurum ut per ea tempora Cristus ueniret. Bene res habet & æquum postulant. & nos præstare facile possumus quod iure postulant. Manifesta enim uulgata publica apud eos feruntur Heliæ oracula citra omnem figuram citra uelamen ex professo dicẽtia quarto mũdi millenario uẽturũ Messiã: quæ ne uel ficta uideantur a me uel pro arbitrio interpretata afferã testimonia ipsorũ talmutistarũ: cũ

Dogma hæbreorũ

Moses gerundinensis

Diuus Hieronymus

Dies dei mille anni

Quo tẽpore Iesus apparuit iuxta annales hæbreorũ

Heliæ oracula

Talmutistæ

quibus nobis est controuersia: qui & illorum faciunt mentionẽ & ipsa ueritate co/gente fatentur præteriisse tempus ab Helia prædictum de aduentu Messiæ. Ver/ba hæc sunt in particula quæ inscribitur Anodazara capite libne edeem Tana dbe elihau seleth alaphim sana haue haolam. Sene alaphim tohu: usne alaphim tho/ra: usnæ alaphim Iemoth hamas sihi uba hauonothema serabu iashu meon mase/ias. hæc sic latine interpretemur uerbum uerbo reddentes. Dixerunt filii siue disci/puli Heliæ. Sex mille annorum mundus. Duo mille inane: Duo mille lex: Duo mille dies Messiæ: & propter peccata nostra quæ sunt multa præterierunt de eis q̃ præterierunt. Hæc illi. Age nunc ipsis uerbis ante omnium oculos propositis post quam nec commentitium nec arbitrarium ego quicquam afferre possum discutia mus examinemusq; uerba oraculi & statim propositi compotes erimus. Sex mil/le annorum inquit est mundus: quod uel sic interpretemur Post sex mille annorũ curricula: quod etiam ex nostris multi crediderunt: consumationem mundi quasi sabbatum futuram: uel si (quod est uerius) illam diẽ nemo nouit: in hunc sensum accipiamus: de ulteriori scilicet tempore nullum in lege uaticinium haberi: sed hoc ad propositam non attinet quæstionem. Videamus quod sequitur. Duo mille ina ne Duo mille lex tum Messias. inane uocat (ut hebrei omnes interpretes dicunt) tẽ pus ante traditam a deo hominibus ullam legem. Sed uideo insultantem Iudeum dicentẽq; si duo mille anni sunt ante legẽ & duo mille legis uẽturus ergo Messias non quarta die idest dum quartus agitur millenarius: sed die potius quinta quia post quartum scilicet millenarium: Sed enim responsio facilis: ut quam ueritas ani mosa suppeditat. Quod enim dicitur ab Hælia duo mille inane. Duo mil/le lex: haud sic accipiendum quasi integrum tempus duo mille annorum futurus sit mundus absq; lege: similiterq; duo mille annos permansura sit lex: sed q & tem pus legis naturæ ad secundum perueniet millenarium: & tempus legis ad quar/tum usq; perueniet. Sed & anteq̃ secundus exactus sit lex: & antequam quartus elabatur: erit Messias. Quam ego expositionẽ mihi ipse nec fingo nec somnio: sed eam me ipse Helias docet: ipsimet docent & Talmutistæ. Quod tibi etiam iudea aspis (nisi aures occludas) mox erit manifestum. Inquit Helias duo mille inane. & duo mille lex. Videamus in quẽ sensum fuerit uerũ quod dicitur de inani: indeq; discamus rationem exponendi id: quod dicitur de lege. Principium legis aut a Mo se accipimus aut ab Abraam. A mose accipi non potest quoniam fuisset inanitas su pra quam per duo mille & tercentos annos aut circiter. Totidem enim fere ab Adã ad Mosem. Accipiendum igitur legis principium ab Abraam: cui datum fœdus circuncisionis totius antique legis radix & firmamentum: ab Adam autẽ ad Abra/am si suas consulant historias haud integrum spatium duo mille annorũ: sed mil/le duntaxat octingentos quadragintaocto effluxisse inueniunt. Quo fit ut non post secundum millenarium: sed intra eius terminos inanitati: legis plenitudo suc/cederet. Quare eadem ratione non post quartum millenarium: sed dum quartus ageretur inanitati legis: plenitudo euangelica succedere debuit. quod si ĩpudenter

Hebrei inter pretes

Helias Thalmutistæ

Principiũ le/gis quomõ ac cipi debeat

Talmutiste

etiam & pertinaciter negare pertendant audiant suos thalmutistas nostram sentē
tiam maxime roborantes. Fatentur enim ipsi iam tunc cum scribebant præteriisse
tempus ab Helia predictum de aduentu Messiæ: idq; suis imputant peccatis. Q đ
si uerba Heliæ sic acciperentur: ut post quartum millenarium Christus esset uen/
turus nō intra fines ipsius quarti: nec dixissent nec dicere potuissent Thalmutistæ
præteriisse tempus promissi a prophetis Mesiæ: quoniam quo tempore scripta est
doctrina thalmutica: quam nos attulimus: non dum a mundi exordio fluxe/
rant anni quatuor milia. Apparuit enim ut supra ostendimus Iesus post annos a
mundi exordio iuxta hæbreos tria milia quingentos & octo. Scriptum autem (ut
ipsi tradunt) thalmut hierosolymitanum trecentesimo anno post Christi mortem
babylonium autem centesimo anno post hierosolymum. Quare utrumque intra
fines quarti millenarii conscriptum est: & tamen præteriisse tempus dictū ab He/
lia de Christo uenturo & fatentur & conqueruntur. Quo hic se condent aut quas
latebras quærent: ut hunc nostrum solem ipsis inuitis per uniuersum illucescentē
omnino fugiant omnino non uideant? Fatentur Thalmutistæ (si non credunt uete
ribus) prædicta a prophetis de aduentu Christi tempora præteriisse. Fatentur cre/
ditum a prophetis uenturum illum per ea tempora: per quæ Iesum ipsi aduenisse
uolunt. Nec sui doctores omnino non ueri sunt cum dicunt ob eorum peccata nō
uenisse Messiam. Neq; enim illis uenit: qui eum non agnouerunt. Neq; est Messi
as idest redemptor uindex pessimæ captiuitatis beneficus rex retributor terræ pro/
missionis idest supernæ Hierusalem nisi hiis: qui messiam eū confessi sunt. Quod
si in propria uenientē sui non receperūt non sunt iam sui: qui erant sui: sed ab ortu
ueniunt & ab occasu qui in sinu Abrae recumbant: filii autem dilectionis eiciun/
tur in tenebras exteriores. Vnde & importuna eorum soluitur quæstio saluti futu/
rum Messiam hæbreis: Christum autem exitio fuisse & perditioni. Neque enim
sunt hæbrei: qui promissum hæbreis ex stirpe Dauid regem & dominum non mo
do non sequuntur aut colunt: sed quasi latronem quasi sacrilegum quasi propha/
num per omnem iniuriam & contumeliā cruci affigunt. Si filii Abrae essent: per
starent in institutis Abrae: & cuius diem hunc scilicet quartum ille præuidens ga/
uisus est ipsi quoque gaudentes aduentantem exciperent. Attulit pacem Messias
hominibus sed nō omnibus. Neque enim dictū ab angelis simpliciter: & in terra
pax hominibus sed adiectum hominibus bonæ uoluntatis. Vtique idem sol: qui
puros oculos illuminat ægros & debiles cæcat & obscurat. & recta sit ratione: ut q
bonis est salutaris: idem malis sit noxius: & qui amicos beat ut pote potens & non
ingratus: Idem etiam hostes fulminet & disperdat. Si male euenisset iudeis
suscepto Christo nō fuisset Christus. Sed si male euenit crucifixo: utique fuit Chri
stus: Qui de suis uictoribus etiam cruci affixus tunc cum maxime uictus apparu
it tanta eorum cum strage & calamitate triumphauit. Quid igitur cæci solem ex/
pectatis? Adest sol & lucet sed lucet in tenebris & tenebræ uestræ illum non com/
prehendunt. Præteriit dies quartus: quo ortus est sol: Qui non dissoluit legem sed

Thalmut hierosolymitanū
Thalmut babyloniū

perfecit: sicut neque sol firmamentum destruit: sed exornat: sed perficit: sed illustrat. Probauimus exordine diei quarti & tempore aduentus Christi intelligenda de eo quæ hic dicuntur. Probemus idem ex figuræ similitudine: quia per nullam aliam rem imaginari Christum congruentius possumus: q̄ per solem. Nam & in sole posuit tabernaculum suum: & exiit de tribu iuda: cuius signum est leo solare animal: & cum solem in re. p. Plato uisibilem filium dei appellet cur non intelligamus nos imaginem esse inuisibilis filii. Qui si lux uera est illuminans omnem mentem expressissimum habet simulachrum hunc solem: qui est lux imaginaria illuminans omne corpus. Sed quid alia quærimus: ipsum solem interrogemus: qui patiente Christo aduersa luna deficiens consensum nobis suæ naturæ euidenter ostendit. Vt iure optimo nos: ne tangam altiorem causam diem quam uocant mathematici solis & diem domini uocauerimus: & illius cultui totam mancipauerimus. Vel hinc ostendentes non esse cur amplius corporeum solem (ut olim gentes) colamus quasi regem cæli & dominum: postquam sol inuisibilis coæternus patri & coæqualis: per quem & cælum & terra condita sunt sedētes in umbra mortis homines illuminauit.

Sol Christi imago

Plato ī re. p.

Dies solis dies domini

Caput quintum.

Sed iam examinemus an quæ sequuntur opera diem quartum respondeant his quæ post aduentum Christi euenisse compertum est: ut tunc demum hanc nostrā expositionem ut ueram ut stabilem recipiamus: cum illi undique attestari & consonare omnia cognouerimus. Videamus quid fiat post diem quartum. Producūt aquæ pisces & aues: producit terra pecora & iumenta. Reuocemus ad mentem qd superius per aquas diximus significari: quæ sub cælo locatæ collectæ sunt ad locum unum: quid item per terram: quæ ab illarum diluuio facta est in munis. Diximus per aquas gentes per terram israelitas figurari: quod & multis cum testimoniis ꝓphetarum tum similitudinis rationibus comprobauimus. Vidimus autem ante solis exortum steriles aquas nihil producere: quod esset bonum: Terram autem feracem quidem: sed exigui fructus olerum scilicet atque herbarum. Post solem & aquæ maiori etiam q̄ terra fœcunditate duo genera proferunt animantium aues & pisces. Terra non iam contenta arboribus & fructicibus & magna pecora & iumenta producit. Nonne uidetis me etiam tacente impletum uerbum boni Simeonis: ut esset hic noster sol lumen ad reuelationem gentium & gloriā plebis israel. Nonne habemus sub oculis expressam si nihil aliter interpretemur & gentium uocationem & transsformationem terrestris Hierusalem umbratilisque sinagogæ in ueram ecclesiam: & perpetuam dei cælestemq; ciuitatem. Ante solis exortū aquæ nihil producunt. Terra producit aliquid: sed tenue: sed exiguum: Quoniam ante Christi aduentum apud gentes nullum specimen uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis. Apud israelitas fuit quidem uitæ spes aliqua & uiam lucis ex parte cogno-

Per aquas gētes per terrā israelitæ figurantur

Simeon

Ante xp̄i aduētū ap̄ gētes nullū specimē uitæ nullus fuit fructus ueræ religionis.

Israelitæ uerā coluerunt religionem

uerunt: & ueram coluerunt religionem: sed incohatam: sed imperfectam donec il le ueniret: qui est uia ueritas & uita. Et nisi ad hoc mysterium recurramus: afferat mihi quispiam rationem: cur terræ ornatum & sobolem ita partitus est: ut alia qui dem ante solem protulerit: alia autem post solem. Cur item ante solem nihil pro/ducunt aquæ: terra aliquid producit. Cur duo genera animantium ab aquis: unũ dumtaxat genus a terra producitur. Cur auis aereum animal aquis ascribitur. Nam (ut agamus de primo) non satisfacit si dicamus quod quidam dixerunt her/bas & plantas de terra educi ante facturam solis ne uirtute eius creatæ uiderẽtur. Nam multo magis eadem ratione & pisces & aues & omnis elementorum orna/tus debuit fieri ante solem: ne uirtute eius factus crederetur. Reliquisset igitur su/spitionem Moses: & si ad plantas ut pote imperfectiores producendas solis lumine opus non fuisset fuisse tamen ad animalia producenda: quæ sunt perfectiora. Cõ sequens enim ut si illo non adiuuante perfectiora in lucem uenissent: possent & si ne illo fieri quæ sunt minus perfecta: Non reciprocatur autem ratio ut si absq; eo fuerint facta quæ sunt ignobiliora ut pote plantæ despicatissimum genus uiuen/tium: potuerit etiam eius opera non intercedente produci omnigena animalium natura. Verius igitur unde nos diximus auctoris consilium inuestigatur. Simili/ter si dicat aliquis relata ad aquas animantia: quæ in aquis degunt: uidebit unum potius genus ad eas duo autem ad terram fuisse referenda: quia auium terra po/tius q̃ aqua domicilium est. & citra omnem controuersiam si animalis naturam consideremus aut terrestre aut aereum animal auis est: aquatile nullo modo est.

Altissime ra/tiones

Sed audite altissimas omnium rationes ad Christi ad ecclesiæ nos mysteria uel in uitos trahentes. Et profecto si omnia (ut inquit Aristoteles) uero consonant conso/nare omnia maxime Christo debent: qui est ipsa ueritas. Qui non ab re non de ni hilo hæbreis totiens dicebat Scrutamini scripturas: ipsæ sunt quæ testimoniũ perhi bent de me: & predicta de se tam multa: Immo omnia ĩ lege in psalmis in prophe tis asseuerabat: Sed cæcutimus nos sæpe ad tantam lucem: nec nisi reuelante eo o/culos nostros considerare possumus mirabilia de lege eius. Veniamus eo nobis opẽ ferente ad mysteriorum figurarumq; reuelationem. Duo ex aquis animalia: unũ ex terra producitur: quia maior fuit plenitudo credẽtium ex gentibus q̃ ex iudeis: Terra autem & si minus multa: perfectiora tamen producit animantia his quæ a/quæ producunt iumẽta scilicet et quadrupedia omnia. Quia & si plures ex ethni/cis crediderunt q̃ ex hæbreis perfectiores tamen qui ex hæbreis: ex quibus aposto/li fundatores totius religionis. Duo item genera diuersa duplicemq; naturã aqua educit auium & piscium unam tantummodo terra: quoniam ex gentibus alii qui/dem de seruitio dæmonum: alii de lege naturæ ad Christum transieruntur. hæbre/us oĩs hebreus tm̃ qa nõ pmissum illi uiuere ĩtra terminos naturæ: cui data lex dei est peculiaris ei neq; reliquis gentibus communis. Neq; enim fecit taliter omni na/tioni & iudicia sua non manifestauit eis. Significant igitur nobis pisces: qui a dæ/monum cultu ad nos uenerunt non solum quoniam aquæ (ut supra ostẽdimus) si/

Aristoteles

Maior fuit plenitudo cre dentiũ ex gẽ tibus q̃ ex iu deis perfectio res tamẽ fue runt qui ex hebreis credi derunt

gurant gentium impietatem: sed quoniam per hæc quæ in aquis degunt animalia improbos dæmones significari sæpe in sacris litteris attestatur Ionethes caldæus: Significant aues: qui de naturæ institutis ad gratiam sunt translati. Cuius manifesta ratio ex his: quæ in prohemio huius libri abunde scripsimus de naturali super naturaliq; fœlicitate. Ostendimus enim & cælum expressissimum esse simulachrũ supernaturalis fœlicitatis: & naturalem fœlicitatem secundariam quandã & imaginariam potius q̃ ueram esse fœlicitatem. Quare qui hanc consequuntur naturæ legibus utentes per aues congruentissime denotantur in colas non primi & ueri cæli: sed aeris: quod secundaria & imaginaria quadam ratione cæli etiam sibi uendicat nomen. Vnde & uolucres cæli & aues cæli tam crebro in diuinis litteris appellantur. Videte autem q̃ & profundo factum consilio: ut nõ ad aerem: sed ad aquã aues referantur. Quoniam qui secundum naturam uiuebant: gentium tamen & ipsi populus censebantur. Quippe qui & se gentes uocabant: & inter gentes uiuebant: quales fortasse & Socrates & plerique philosophorum. Propterea in commune utrumque genus ad aquas est relatum. Sed qnantũ euangelicæ quantum apostolicæ doctrinæ hæc expositio conueniat impromtu est obstendere. Quando quidem & conuersi ex hæbreis apostoli a Paulo per boues terrestria animalia & a nostris doctoribus super euangelium: in quo uendentes de templo eiiciuntur: sunt figurati: & Christus israelitas oues appellat. Apostoli autem: quibus mandata cõuersio gentium: piscatores a domino sunt appellati: quorum princeps Petrus: qui Romæ dominæ gentium quasi oceani qualisque cætarum piscator erat futurus. Christus autẽ: qui se dixit non missum nisi ad oues quæ perierũt de domo israel: sibi non piscatoris sed pastoris potius nomen uendicauit.

Ionethes caldæus

Paulo

Euangelium

Christus

Christus sibi nõ piscatoris sed pastoris nomẽ uẽdicauit: Apostoli aũt a domĩo uocati sunt piscatores

Caput sextum.

Manifesta etiam hinc dissolutio quæstionis: qnæ diu torsit interpretes huius libri: Cur secundo die non fuerit dictum: & uidit deus quoniam bonum. Si enim dicamus quod dici solet ideo factum quia opus aquarum eo die absolutum non fuit: sed tertio in quo aquæ quæ sunt sub cælo confluxerunt ad locum unum haud plene uidebitur satisfactum. Neq; enim opus secundi diei proprium est dispositio aquarum: sed dispositio firmamenti: quod inter aquas medio loco firmatum est. Fuit autem eo die & firmamenti factura: Cum dixit deus fiat firmamentum: & distinctio aquarum: cum dixit & diuidat aquas ab aquis satis absoluta. Aquarũ autem collectio quæ dicta est mare: & terræ reuelatio: & plantarum productio sicut alterius operis omnino rationem habent: Ita & alio idest tertio die ad quẽ spectabant consumatæ sunt. Quærenda igitur ratio de altiori mysterio. Firmamentum (ut supra ostendimus) legem figurat. Et erat firmamentũ uti informe ita neq; perfectum simpliciter donec sole luna ac stellis fuit instructum: Quemadmodũ neq; lex non quidem mala (ut dicunt manichei) sed neq; bona erat simpliciter idest

Cur secundo die nõ ẽ dictũ q̃m bonũ

Manicheus

Christus le/ gẽ impleuit

perfecta: donec Christus uenit: qui legem impleuit. Si malum fuisset firmamentum: solem non recepisset: Si fuisset bonum: sole non eguisset. Sed firmamentum eatenus bonum: quatenus solis cæterorumq; syderum erat capax: sicut eatenus bona erat lex quatenus pedagogus nobis erat in Christo & multa permisit Moses ob duritiam populi: quæ euangelium postea non permisit. Quod autem legem non possimus appellare malam ut credidit Manes possimus tamen appellare non bonam apertissime docet propheta: apud quem deus de hæbreis loquens inquit dedi eis præcepta non bona. Non dixit præcepta mala sed præcepta non bona idest non perfecta non absoluta non consumata. quod confirmant ueteres hæbrei doctores: qui illud interpretãtes ecclesiastis. Vanitas uanitatum & omnia uanitas. Vana inquiunt etiam lex donec uenerit Messias. & de his quidem hactenus.

Manes

Veteres hæ/ brei

Caput septimum.

Quid opere tur uirtus ba ptismi

Quoniam autem supremum beneficium corporati uerbi id fuit ut per baptismi sacramentum: per quod uirtus Christi in nos transfunditur: regeneremur in filios dei non ex sanguinibus: sed ex deo nati: postremo hoc nobis indicat Moses cũ post exortum solem & mundo demonstratum: post aquarum terræq; fertilitatem hominem facit ad dei imaginem non terrenum hominem: sed cælestem. Conuersis enim ad Christum gentibus & iudeis hoc erat reliquum: ut per sanctissimum lauacrum dominicæ cruci se conformantes reformarentur ad imaginem dei. Nam si baptismus dei filios facit: filius autem imago patris: non ne totius trinitatis uirtus operãs in baptismo illa est quæ dicit Faciamus hominem ad imaginem nostram? Si igitur sumus ad imaginem dei sumus & filii. Si filii & heredes sumus heredes dei coheredes Christi. Sed qui sunt filii? Scriptum a Paulo est clamare nos abba pater ĩ spiritu sancto. Qui igitur spiritu uiuunt hii sunt filii dei: hii Christi fratres: hii destinati æterne hereditati quam mercedem & fidei & bene actæ uitæ in cælesti hierusalem fœliciter possidebunt.

Paulus

EXPOSITIO PRIMAE DICTIONIS IDEST IN PRINCIPIO.

i

AM ad calcem uentum est operis septiformi uniuersi contextus expositione decursa. Sed superesse aliquid adhuc cognosco intactum a nobis & in discussum: quod etiam primo loco exponendum uidebatur idest quid sibi uelit prima dictio legis: quæ est: In principio. Nõ temere autem aut sine causa de hoc principio in fine totius operis dicere uolui. Nec aut de dei filio hic sum disputaturus quod est principium per quod facta sunt omnia (Est enim sapientia patris) Nec probaturus idem sentire cum nostris hoc loco ueteres hæbreos: quod alibi faciemus. Sed cogitamus per aliam in/

terpretandi rationem guſtum dare lectoribus moſaicæ profunditatis. Quod non antea faciemus q̄ cum de dogmate quodā: quod uere paradoxon eſt antiquioris iudaicæ diſciplinæ: paucula delibauerimus. Firma eſt ſentētia omnium ueterum: quam ut indubiam uno ore confirmant: omnium artium omnis ſapientiæ & diuinæ & humanæ integram cognitionem in quinq; libris Moſaicæ legis includi: diſſimulatam autem & occultatam in litteris ipſis quibus dictiones legis contextæ ſūt quo modo nunc declarabimus. Summamus gratia exempli primam particulam libri geneſeos uidelicet ab exordio uſq; ad locum ubi eſt ſcriptum & uidit deus lucem quod eſſet bonum: Eſt tota illa ſcriptura tribus & centum elementis coagmentata: quæ eo modo diſpoſita: quo ibi ſunt dictiones conſtituunt quas legimus nihil niſi commune & triuiale præſe ferentes. Corticem ſcilicet cōflat hic litterarum ordo hoc textum medullæ interius abditæ latentium myſteriorum. At uocabulis reſolutis elementa eadem diuulſa ſi capiamus & iuxta regulas quas ipſi tradūt quæ de eis conflari dictiones poſſunt rite coagmentemus futurum dicunt ut eluceſcāt nobis ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ mira de rebus multis ſecretiſſima dogmata & ſi in tota hoc fiat lege tum demum ex elementorum hac quæ rite ſtatuatur & poſitione & nexu erui in lucem omnem doctrinam ſecretaq; omnium liberalium diſciplinarum. Dixi autem ſi ſimus capaces occluſæ ſapientiæ. Nam fieri poteſt ut tractātibus nobis diſſoluentibuſq; & cōponētibus aliquas dictiones pariātur inde multa uocabula multiplex itē ſeries orationis: q̄ magna doceat: mgna ſignificet: ſed niſi aliqs de ea re doctrinā alibi ſit conſequutus qd illa ſignificent non intelligens quaſi in utilia atq; fortuita non contemnere non poteſt. Neq; enim dogmata & doctrinas ibi diſcere poſſumus: ſed ſolum poſſumus agnoſcere. Hæc ego ut nō probo aſſerens uel atteſtor: quia de eis nec feci periculum: nec me facere poſſe confido: Ita neq; nego neq; contemno: tum quia magnos hæc opinio habet auctores: Tum quia de Moſe: qui in tota domo dei fuit fidelis: Maiora etiam facile credi poſſunt. Quæ autem mihi non illas quidem abyſſos intranti: ſed huius maris litus radenti gemmarum diuitiæ occurrerint quas neq; hermus neq; pactolus apud poetas ferre dicuntur: Non ingratum fore putaui noſtris hominibus ſi publicarem. Libuit periclitari in prima operis dictione quæ apud hæbreos Breſit apud nos in principio legitur an ego quoq; uſus regulis antiquorum eruere in lucem inde cognitu dignum aliquid poſſem? Igitur præter ſpem meam præter opinionē inueni quod neq; inueniens ipſe credebam neq; credere alii facile potuerunt uniuerſam de mundi rerumq; omnium creatione rationem in una ea dictione apertam & explicatam. Rem dico mirabilem inauditam & incredibilem. Sed mox credetis ſi attenderitis & res ipſa uerum me demonſtrabit. Dictio illa apud hæbreos hoc modo ſcribitur בראשית Ex hac igitur ſi tertiam litteram primæ coniungamus fit dictio אב .i. ab Si geminate primæ ſecundam addamus fit בבר .i. bebar. Si præter primā oēs legamus fit רשית .i. reſit. Si quartā primæ & ultimæ cōnec

Paradoxon dogma ueterū hæbreorū

Moſes in tota domo dei fidelis

Hermus pactolus

In prima dictione operis uniuerſā totius mundi rōnem cōtineri

tamus: fit שבת .i. sciabat. Si tres prias quo iacēt ordine statumaus: fit ברא
i. bara. Si prima omissa tres sequētes: fit ראש .i. rosc. Si omissis pria & secūda
duas sequentes: fit אש .i. es. Si tribus primis omissis quartam ultimæ copule
mus: fit שת .i. seth. Rursus si secūdā primæ: fit רב .i. rab. Si post tertiā qn/
tam tum Quartā statuamus: fit איש .i. hisc. Si primas duas duabus ultimis
coagmentemus: fit ברית .i. berith. Si ultimā primæ: fit ultima dictio & duode
cima quæ est טב .i. thob uerso: quod frequentissimū apud hæbreos thau in thet
elementum. Videamus autem quid primo hæc latine significent: tum quæ per ea
nō ignaris philosophiæ de tota natura mysteria reuelentur. Ab: patrem significat.
Bbar in filio & per filium (utrumq; enim significat beth præpositio) Resit principi/
um. Sabath quietem & finem. Bara creauit. Ros caput. es ignem. Seth fundamen
tum. Rab magni. hisc hominis. Berit fœdere. Tob bono. & totam si ordine conse
quenti orationem texamus erit huiusmodi. Pater in filio & per filium: principium
& finem siue quietem creauit caput ignem & fundamentum magni hominis fœ/
dere bono: hæc tota oratio ex primæ illius dictionis resolutione & compositione
dissultat. Cuius q̄ altus q̄ plenus omni doctrina sit sensus haud palam esse omni/
bus potest. Sed ut aliqua statim non tamen omnia omnibus aperta quæ per has
uoces nobis significantur. Notum omnibus christianis quid sit pattrem in filio &
per filium creasse. Quid item sit filium principium esse & finem omnium: Est eni
Ioannes — alpha & o (ut scribit Ioannes) & ipse principinm se appellauit: & nos demonstraui/
mus finem rerum omnium esse: ut principio suo restituātur. Cætera paulo obscu/
riora quid illa scilicet sibi uelint caput ignis & fundamentum magni hominis: qd
illud sit fœdus & qua ratione bonum dicatur. Neq; enim statim in promptu om/
nibus uidere hic explicatam mundorum quatuor de quibus ægimus omnem rō/
nem: cognationem item & fœlicitatem: de quibus postremo nos disputamuius.
Primum igitur illud aduertendum uocari a Mose mundum hominem magnum.
Nam si homo est paruus mundus: utiq; mundus est magnus homo. hinc sumpta
occasione tres mundos intellectualem cælestem & corruptibilem per tres hominis
partes aptissime figurat: simul indicans hac figura non solum contineri in homine
mūdos omnes: sed & quæ hominis pars cui mundo respondeat breuiter declarās.
Quæ pars in homine cui mundo respō deat — Cogitemus igitur in homine tres partes supremam caput: tum quæ a collo ad um
bilicum protenditur. Tertiam: quæ ab umbilico extenditur ad pedes. Sunt enim
& hæ in hominis figura uarietate quadam disclusæ & separatæ. Sed mirum q̄ pul
chre q̄ examussim per exactissimam rationem tribus mundi partibus proportione
Cognitio — respondeāt. Est in capite cerebrum fons cognitionis. Est in pectore cor fons motus
Motus — uitæ & caloris. Sunt in parte postrema genitalia membra principium generatio/
Generatio — nis. Itidem autem & in mundo suprema pars quæ est mundus angelicus si/
ue intellectualis est fons cognitionis: quia facta illa natura ad intelligendum
est. Pars media: quæ est cælum principium uitæ motus & caloris in qua sol uti
cor in pectore dominatur. Est infra lunam quod omnibus notum generationis

principium & corruptionis. Videtis quam apte omnes hæ mundi partes & hominis inuicem congruant. Designauit autem Moses primam quidem nomine proprio capitis. s. Secundam autem ignem appellauit: & quia hoc nomine a multis cælum censetur: & quia in nobis hæc portio principium est caloris. Tertiam uocauit fundamentum quia per eam (ut notum omnibus) totum hominis corpus fundatur & substinetur. Adiecit autem ꝙ hæc creauit foedere bono: quia inter eas foedus pacis & amicitiæ ex naturarum cognatione & mutuo consensu per sapientiæ dei legem sancitum est. Quod foedus ideo est bonum: quia ad deum: qui est ipsum bonum: ita dirigitur & ordinatur: ut quemadmodũ inter se totus mundus est unus: Ita & cum suo auctore postremo sit unum. Imitemur & nos sanctissimum foedus mundi: ut & mutua caritate inuicem simus unum & simul omnes per ueram dei dilectionem cum illo unum foeliciter euadamus.

FINIS.

IOANNES PICVS MIRANDVLA LAVRENTIO MEDICI.S.

a POLOGIAM nostrã dicaui tibi. Laurẽti medices ut rẽ nõ utiq; (deũ testor) uisam mihi dignam tãto uiro: Sed tibi eo iure debitã quo mea omnia iam pridem tibi me debere intelligo. Hoc. n. habeas persuasissimum quicquid ego aut sum aut sum fururus id tuum esse Laurenti & futurum semper in posterum: Minus dico q̃ uellem & uerba omnino frigidiora hæc quam ut satis exprimant quod concipio. i. quo amore: qua fide: qua obseruantia & prosequar. & a multis iam annis fuerim te prosequutus. Moueor cum pluribus in me collatis officiis amantissimum animum tuũ plane testantibus tum tuis non tam fortunæ q̃ animi: iisdemq; raris immo tibi peculiaribus bonis quæ narrare in presentia pudor me non sinit tuus. Redeo ad Apologiam: quam hilari quæso suscipias fronte: exiguum sane munus sed fidei meæ sed obseruantiæ profecto in omne tempus erga te maxime non leue testimonium. Quam si forte eueniat ut a magnis: quibus es semper occupatissimus tractandis rebus attingas memineris nõ tam hoc ipsum & properatum. s. opus potius q̃ elaboratum & operis argumentũ ex alieno mihi non meo summendum fuisse iudicio: q̃ non id circo illam nuncupatam tibi ut quæ in me non est in me agnoscas ingenii aut doctrinæ præstantiã sed ut sciam: nam dicam iterum: me quicquid sum tuæ amplitudini esse deditissimũ.

APOLOGIA IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS.

c Vm nuper Romam uenissem pedes summi pontificis Innocentii octaui cui ab innocentia uite nomen meritissimum de more deo sculaturus. ut simul & ab instituto non discederem meo commentandi tractandiq; semper aliquid de re litteraria & rem facerẽ pro uiribus dignam urbe Roma. gratã principi christiono. utilẽ mihi & studiosis. nõgentas de diuinis & naturalibus rebus questiones proposui. Ad quas in publico doctissimorum hominum consessu essem respõsurus. Vix in publicum uenerant cum inter aliquos qui si non ingeniũ uel doctrinam studium saltem bonarum artium in me probarent obtrectatorũ turba multiplex assurrexit. Et q̃q̃ & fastidia & nasos & censuras & oĩo iudicia uniuscuiusq; uaria esset uidere utiq; ut semper accidit cum nouum aliquid & non triuiale molimur. Quinq; fere tamen erant precipua que alius aliud susurrones isti in me dãnarent. Aliqui enim philosophiam & litteras omnino carpere. illud etiam ut uiderentur scioli. Quandoq; addentes eiectum Adam de paradiso q̧ per sciẽtiã boni et mali equalẽ se diis facere uoluit. Exterminandos pari exemplo de xp̃i curia qui uolunt sapere plus q̃ oportet. Alii nõ tam philosophiã q̃ hoc ipsum disputandi genus & hãc de litteris publice disceptãdi institutionẽ nõ approbare ad pompã potius in

Inno. viii. sũmus pont.

genii & doctrine ostentationem q̄ ad comparandam eruditionē esse illā oblatrā-
Etas aucto- tes. Nonnulli me audacē dicere & temerariū. Qui hac etate quartum. s. &. xx. nō
ris. dū natus annū de altissimis philosophie locis de sublimibus xp̄iane theologie mi-
steriis de incognitis disciplinis in celebratissima urbe in amplissimo doctissimorū
hominū consessu disputationē proponere nō dubitarē. Multi nō tam ꝙ Rome ꝙ
iuuenis q̄ ꝙ de tot numero. i. de nōgentis disputaturus essem qōnibus accusare &
superfluo & ambitiose & supra uires id factū calumniātes. Ex his autem qui sapi-
entiam. i. theologiæ studiū profitebantur quidam fuere qui conuiciis forte leuiori-
bus non contenti nō iam audacem me non temerarium non gloriosum. sed magū.
sed impium. sed nouum in Christi ecclesia heresiarcham predicarent. Fui ego (deū
testor) dubio diu cōsilio diluenda hæc mihi obiectamenta an silentio potius p̄tereū
da essent. Mouebāt me ut tacerem duo p̄cipue. Primum ꝙ ego & contentionis &
iurgiorum abhorrens animi pacem & quā mihi mea p̄stiterūt studia placidissime
uite tranquillitatem amaui semper nec odi ullum magis scribendi munus q̄ ꝙ in
disceptatione & amarulenta quoquomodo altercatione sit constitutum quippe
qui non minus referre q̄ inferre iniuriam uel contumeliam nec boni uiri duxe-
rim esse unq̄ neq; philosophi. Alterum hoc ipsum erat ꝙ & summi pontificis
cuius mihi merito celebranda semper memoria & ex sanctissimo apostolico sena-
tu complurium iudicio contentus quorum & benignitatem & beneuolentissi-
mum in me animum obliuisci nunq̄ aut possum aut debeo. uidebar facile & odi-
um posse negligere & cōuitia hominum improborum & profecto quod attinet ad
cætera in hac eram sententia ut indignos illos existimarem. quibus aliquādo respō
derem. Sed in uno mihi obiecto hereseos crimine hoc si facerem uerebar ne quod
Ruffinus non diluerem uiderer crimen agnoscere. Scribit autem & sapientissime Ruffinus
esse quidem gloriosum Christi exēplo patiēter iniurias tollerare. At unā notā here
Hieronymus seos qui ferat uel dissimulet non esse christianum. & Hieronymus noster quanta
maxima potest animi contentione clarissima exclamat uoce. Nolo in suspitiōe he-
reseos quēq̄ esse patientē. Tacere ergo me nō uult Hieronymus & inuitum ociosū
que hominē pro sua qua pōt auctoritate ad scribēdū trahit & impellit. Quare si q
sunt qui forte me tacere uellent sciant sibi non mecum sed cum Hieronymo eē cō-
trouersiam qui me tacere non uult. Hieronimo nō audire quis potest sine flagitio.
ipso ergo suadente īmo cogente etiam breuem aggressus sum scribere apologiā. nō
ut quēq̄ lacerem uel accusem sed ut a maximo quod mihi iniuria obicitur impieta
tis crimine iure me excusem. hoc queso patiātur obtrectatores mei eo animo quo
ego iniquam illorum offensam passus sum semper. Patiantur inq̄ ut qui xp̄ianus
de xp̄ianis sum parentibus natus qui uexillum xp̄i iesu in fronte gero qui pro xp̄i
Paulus fide etiam obeam lubēs quasi cū Paulo hoc ipsis equo animo audiētibus exclamē
uoce. Non magus nō iudeus sum. nō ysmaelita non hereticus. sed Iesum colo & ie
su crucem in corpore meo porto per quem mihi mundus crucifixus est & ego mun
do. Denique cum & sanctitatis & sapientie & id genus egregios titulos nec mihi

arrogem nec illis derogem hunc unum mihi ipsi pro quo tuendo etiam sanguinem ultro effundam queso non demant ut. s. me possim dicere christianum. Quod si concedunt hæc eis non scribo a quibus iam impetraui quod tota nostra contendit apologia. Aliis scribo qui esse me aut fuisse aliquādo hereticū credūt uel suspicāť. Quāq̄ autem principale propositum est hoc ut ostēdamus ab orthodoxo & catholico tramite nō me sed illos deuiare qui me hereticū calumniātur tamē postq̄ scribendum est dicemus & aliquid de his quæ primo nobis obiecta sunt ne meo silentio quasi culpe conscientia abuti possint nr̄i obtrectatores. Erat autem quod uitio in primis dabant multi hoc meum philosophari. Quibus hoc loco nihil sum respōsurus quia & causam philosophiæ seorsum agere opere peculiari est consiliū & omnino si turpe est dare se litteris colere bonas artes & disciplinas malo hanc culpam agnoscere q̄ deprecari. His etiam qui genus hoc disputandi & hanc de deo de natura de moribus publice disceptandi institutionem detestātur. Multa non sum dicturus: quando hoc crimen si crimen est cōmune est mihi cum magnis uiris imo cum probatissimis non solum nostre sed fere omnium etatum philosophis. Quibus fuit certissimum nihil ad consequendam quam querebant ueritatis cognitionem sibi esse potius q̄ ut essent in disputandi exercitatione frequentissimi. Sicut enim per gynnasticam corporis uires firmiores fiunt ita in hac quasi litteraria palestra animi uires & fortiores longe & uegetiores euadunt. Nec crediderim ego aut Poetas aliud per decantata Palládis Arma aut Hebreos. cum ferrum sapientiū simbolum esse dicunt significasse nobis q̄ honestissima hoc genus certamina adipiscēde sapientie oppido q̄ necessaria. Quo forte fit ut & Caldei in eius Genesi qui philosophus sit futurus illud desiderent. ut Mars Mercurium triquetro aspectu cōspiciat quasi si hos congressus. hec bella substuleris somniculosa & dormitans futura sit omnis philosophia. Sed quod attinet ad hæc ut dixi malo auctoritatibus & p̄iudiciis magnorum uirorum q̄ rationibus me defendere. Illud uidetur opere maioris satissacere his qui etate ingenio doctrina imparem dicunt me tam magne prouincie nec iuxta Horatium consuluisse humeros quid ferre ualeant quid recusent. Profecto hic mihi difficilis ratio defensionis dum si parem me dico imodesti & de se nimia sentientis. si imparem fateor temerarii & inconsulti uideor notam subiturus. Graues incidi angustias dum non possum sine culpa de me promittere quod non possum & sine culpa non prestare. Et quidem illud Iob afferre possem spiritū esse in omnibus & forsan audire cum Timotheo. Nemo contemnat adolescētiam tuam. sed ex mea uerius hoc conscientia dixero nihil in nobis esse magnum uel singulare. studiosum me forte & cupidum bonarum artium non inficiatus. docti tamen nomen mihi nec uendico nec arrogo. Nam ut scripsit aliquando Hermolaus meus Deliciæ Romane lingue etatis nostre splendor & gloria non potest non indoctus esse qui se doctum credit. Quare & quod tam grande humeris onus imposuerim nō fuit propterea ꝙ mihi conscius nostre infirmitatis nō essem. sed ꝙ scie

Gymnastica corporis uires firmiores fiunt.

Caldei

Oratius

Iob

Thimoteus

Hermolaus.

bam hoc genus pugnis.i.litterariis esse peculiare quod in eis lucrũ est uinci. Quo
fit ut imbecillissimus quisq; non detractare modo sed appetere ultro eas iure pos/
sit & debeat. Quando quidem qui succumbit beneficium a uictore accipit. non in
iuriam. quippe qui per eum & locupletior domum idest doctior & ad futuras pu/
gnas redit instructior. hac spe animatus ego infirmus miles cum fortissimis omni/
um strenuissimisq; tam grauem pugnam decernere nihilsum ueritus. Quod ta/
men temere sit factum nec ne rectius utiq; de euentu pugne q̃ de nostra etate po/
terat quis iudicare. Restat ut his respondeam qui numerosa propositarum rerum
multitudine offenduntur. quasi hoc eorum humeris sederet onus. & nõ potius hic
mihi soli quantuscunq; est labor esset exanclandus. Indecens profecto hoc & mo/
Cicero — rosum nimis uelle aliene industrie modum ponere. & ut inquit Cicero in ea re que
eo melior quo maior mediocritatem desiderare. omnino tam grandibus ausis erat
necesse me uel succumbere uel satisfacere. Si satisfacerem non uideo cur quod in
decem prestare questionibus est laudabile in nongentis etiam prestitisse culpa/
bile esset existimandum. Si succumberem erant habituri unde accusarẽt si me ode
runt. si amant unde excusarent. Quando in re tam graui tam magna tenui inge/
nio exiguaq; doctrina adolescentem hominem defecisse uenia potius dignum erat
q̃ accusatione quin & iuxta poetam. si deficiant uires audacia certe laus erit &
Gorgias leontinus. — in magnis uoluisse sat est. quod si & nostra etate multi Gorgiam Leontinum imi/
tati non modo de nongentis sed de omnibus etiam omnium artium questionibus
soliti sunt non sine laude proponere disputationem. Cur mihi non liceat uel sine
culpa de multis quidem sed tamen certis & determinatis disputare. At superflu/
um inquiunt hoc & ambitiosum. Ego uero non superfluo modo sed necessario fa
ctum hoc a me contendo quod & ipsi si meam philosophandi rationem considera/
rint inuiti etiam fateantur plane necesse est. Qui enim se cuipiam ex philosopho/
Thomas — rum familiis addixerunt Thomæ uidelicet aut Scoto qui nunc plurimum in ma/
Scotus — nibus fauentes possunt illi quidem uel in paucarum questionum discussione sue
doctrine periculum fecere. At ego ita me institui ut in nullius uerba iuratus me
per omnes philosophie magistros funderem omnes scedas excuterem. omnes fami
lias agnoscerem. Quare cum mihi de illis omnibus esset dicendum ne si priuati do
gmatis defensor reliqua posthabuissem illi uiderer obstrictus. Non potuerunt eti/
am si pauca de singulis proponerentur non esse plurima que simul de omnibus as
ferebantur. Nec id in me quisq̃ damnet q me quocunq; ferat tempestas deferar
hospes. Fuit enim cum ab antiquis omnibus hoc obseruatum ut omne scripto/
rum genus euoluentes nullas quas possent commentationes illectas preteri/
Aristoteles — rent. Tum maxime ab Aristotele qui eam ob causam αναγνωστης. idest lector
Plato — Platone nuncupabatur & profecto Anguste est mentis intra unam se porticum.
aut Achademiam continuisse. Nec potest ex omnibus sibi recte propriam selegis/
se. qui omnes prius familiariter non agnouerit. Adde q in unaquaq; familia est ali

quid insigne quod non sit ei commune cum cæteris atque ut a nostris ad quos postrema philosophia peruenit nunc exordiar. Est in Ioanne Scoto uegetum quiddam atq; discussum. In Thoma solidum & equabile. In Egidio tersum & exactum In Francisco acre, & acutum. In Alberto priscum amplū & grande. In Henrico ut mihi uisum est semper sublime & uenerandum. Est apud Arabes in Auenroe firmum & inconcussum. In auempace in Alpharabio graue & meditatum. In Auicenna diuinum atque platonicum. Est apud grecos in uniuersum quidem nitida in primis & casta philosophia. Apud Simplicium locuples & copiosa. Apud Themistium elegans & compendiaria. Apud Alexandrum constans & docta. Apud Theophrastum grauiter elaborata. Apud Ammoniū enodis & gratiosa. Et si ad platonicos te conuerteris ut paucos percenseam. In Porphirio rerum copia & multiiuga religione delectaberis. In Iamblico secretiorem philosophiam & barbarorū misteria ueneraberis. In Plotino priuum quicq̄ non est quod admireris qui se undique prebet admirandum quem de diuinis diuine, de humanis longe supra hominem docta sermonis obliquitate loquentem sudantes platonici uix intelligunt. Pretereo magis nouicios Proclum. Asiatica fertilitate luxuriantem, & qui ab eo fluxerunt Hermiam Damastium Olympiodorū & cōplures alios ī quibusoībus illud το θειον, idest diuinum peculiare Platonicorum simbolum elucet semper. Accedit q; si qua est secta quæ ueriora incessat dogmata & bonas causas ingenii calumnia ludificetur, ea ueritatem firmat, non infirmat, & uelut motu quassatam flammam excitat, non extinguit, hac ego ratione motus non unius modo ut quibusdam placebat, Sed omnigene doctrine placita in medium afferre uolui ut hac complurium sectarum collatione hac multifarie discussione philosophie ille ueritatis fulgor cuius Plato meminit in epistolis animis nostris quasi sol oriēs ex alto clarius illucesceret. Quid erat si latinorū tantum Alberti scilicet Thome, Scoti, Egidii, Francisci, Henriciq; philosophia obmissis grecorum arabumq; philosophis tractabatur, quando omnis sapientia a barbaris ad grecos a grecis ad nos manauit. Ita nostrates semper in philosophandi ratione peregrinis inuentis stare & aliena excoluisse sibi duxerunt satis. Quid erat cum peripatheticis egisse de naturalibus nisi & platonicorum accersebatur achademia quorum doctrina & de diuinis semper inter omnes philosophias teste Augustino habita est sanctissima & a me nunc primum quod sciam, uerbo absit inuidia: Post multa secula sub disputandi examen est in publicum allata. Quid erat & aliorum quotquot erant tractasse opiniones si quasi ad sapientum simposium asimboli accedētes, nihil nos quod esset nostrū nostro partum & elaboratum ingenio afferebamus, profecto ingenerosum est ut ait. Seneca, sapere solum ex commentario & quasi maiorum inuenta nostre industrie uiam precluserint quasi in nobis effeta sit uis nature, nihil ex se parere quod ueritatem si non demonstret saltem innuat uel de longinquo. Quod si in agro co/

Scotus
Thomas
Egidius
Frācifcus
Albertus
Henricus
Auenrois
Auempace
Alpharabius
Auicenna
Simplicius
Themistuis
Alexander
theophrastus
Ammonius
Porphirius
Iamblicus
Plotinus
Proclus
Hermias
Damastius
Olīpiodorus
Plato
Nota.
Augustinus
Smeca

lonus in uxore maritus odit ſterilitatem certe tanto magis infecundā animam ode
rit illi complicita & aſſociata diuina mens. quanto inde nobilior longe proles deſi/
deratur. Propterea non contentus ego preter communes doctrinas multa de Mer/
curii trimegiſti priſca theologia. Multa de Caldeorum de Pithagore diſciplinis
multa de ſecretionibus hebreorum addidiſſe miſteriis plurima quoq; per nos inuē
ta & meditata de naturalibus & diuinis rebus diſputanda propoſuimus. Propoſui

Platonis & Ariſtotelis concordia

mus primo Platonis Ariſtotelíſq; concordiam a multis ante hac creditam a nemi/
ne ſatis probatam. Boetius apud latinos id ſe facturum pollicitus non inuenitur fe
ciſſe unq̃ quod ſemper facere uoluit. Simplicius apud grecos idem profeſſus. uti/

Simplicius

nam id tam preſtaret q̃ pollicetur. Scribit & Auguſtinus in achademicis non de/

Auguſtinus

fuiſſe plures qui ſubtiliſſimis ſuis diſputationibus idem probare conati ſint. Plato/

Io. grāmaticus

nis. ſ. & Ariſtotelis eandem eſſe philoſophiam. Ioannes item grammaticus cum di
cat apud eos tantum diſſidere Platonem ab Ariſtotele qui Platonis dicta non intel

Nota

ligunt probandum tamen poſteris hoc reliquit. Addidimus autem & plures locos
in quibus Scoti & Thome plures in quibus Auerrois & Auicenne ſententias que

noua dogmata excogitata

diſcordes exiſtimantur concordes eſſe nos aſſeueramus. Secundo loco que in phi/
loſophia cum Ariſtotelica tum Platonica excogitauimus nos. tum duo & .lxx. no/
ua dogmata phyſica & methaphiſica collocauimus que ſi quis teneat poterit niſi
fallor quācūq; de rebus naturalibus diuiniſq; propoſitam queſtionem longe alia
diſſoluere ratione q̃ per eam edoceamur. que & legitur in ſcolis & ab huius eui do

Nota.

ctoribus colitur philoſophiam. Nec tam admirari quis debet me in primis annis in
tenera etate p quā uix licuit ut iactant quidam aliorum legere commentatiões no
uam afferre uelle philoſophiam q̃ uel laudare illam ſi defenditur uel damnare ſi re
probatur. Deniq; cum noſtra inuenta hec noſtraſq; ſunt litteras iudicaturi non au
ctoris annos. ſed illorum merita potius uel demerita numerare. Eſt autem & pre/

Noua īſtitutio philoſophādi per numeros

ter illam alia quam nos attulimus noua per numeros philoſophandi inſtitutio. an
tiqua illa quidem & a priſcis theologis a Pythagora preſertim ab Aglaophemo. a
Philolao. a Platone prioribuſq; Platonicis obſeruata. Sed quæ hac tempeſtate ut
preclara alia poſteriorū incuria ſic exoleuit ut uix ueſtigia ipſius ulla reperiantur.

Plato

Scribit Plato in Epimonide inter omnes liberales artes & ſcientias contemplatrices
precipuam maximeq; diuinam eſſe ſcientiam numerandi. Querens item cur ho/

Ariſtoteles

mo animal ſapientiſſimum. Reſpondet quia numerare nouit. cuius ſentētie & Ari

Abunaſar

ſtoteles meminit in problematis. Scribit Abunaſar uerbum fuiſſe Auenzoar Ba/

Auenzoar

bilonii eū omnia noſſe qui nouerat numerare. Quæ uera eſſe nullo modo poſſunt

Plato

ſi per numerandi artem eam artem intellixerunt. cuius nunc mercatores in primis
ſūt peritiſſimi. Quod & Plato teſtať exerta nos admonens uoce. ne diuinam hāc
arithmeticam mercatoriam eſſe arithmeticam intelligamus. hanc ego arithmeticā
que ita extollitur cum mihi uidear poſt multas locubrationes exploratam habere

huiusce rei periculum facturus ad quatuor & septuaginta questiones quæ inter phisicas & diuinas principales existimantur respõsurum per numeros publice mensum pollicitus. Proposuimus & magica theoremata in quibus duplicem esse magiam significamus quarum altera demonum tota opere & auctoritate constat res medius fidius execranda & portentosa. altera nihil est aliud cum bene exploratur q̄ naturalis philosophie absoluta consumatio. Vtriusq; cum meminerint greci illã magie nullo modo nomine dignantes γοητειαν nuncupant hãc propria peculiariq; appellatione μαγειαν quasi perfectã summãq; scientiam uocant. Idẽ enim ut ait Porphirius persarum lingua magus sonat quod apud nos diuinorũ interpres & cultor. Magna autem immo maxima inter has artes disparilitas & dissimilitudo. Illam non modo christiana religio. sed omnes leges omnis bene instituta respublica damnat & execratur. Hanc omnes sapientes omnes celestiũ & diuinarũ rerum studiose nationes approbant et amplectuntur. Illa artium fraudulentissima hæc altior sanctiorq; philosophia. Illa irrita & uana. hæc firma fidelis & solida. illã quisquis coluit semper dissimulauit ꝙ in auctoris esset ignominiam & contumeliam. Ex hac summa litterarum claritas gloriaq; antiquitus & pene semper petita. illius nemo unq̃ studiosus fuit uir philosophus & cupidus discendi bonas artes. ad hanc Pythagoras. Empedocles. Democritus. Plato discendam nauigauere hanc p̄dicauerunt reuersi. & in archanis precipuam habuerunt. Illa ut nullis rationibus ita nec certis probatur auctoribus. Hæc clarissimis quasi parentibus honestata duos precipue habet auctores Xamolsidem quem imitatus est Abbaris hyperboreus. & Zoroastrem non qui forte creditur sed illum Oromasi filium. utriusque magie quid sit. Platonem si percontemur respondebit in Alcibiade Zoroastris magiam non esse aliud q̄ diuinorum scientiam qua filios Persarum reges erudiebant. ut ad exemplar mundane reipublice suam ipsi regere rempublicam edocerentur. Respondebit in Carmide magiam Xamolsidis esse animi medicinam per quam scilicet animo temperantia ut per illam corpori sanitas comparatur horum uestigiis postea perstiterunt Carondas Damigeron. Apollonius Hostanes & Dardanus perstitit Homerus quem ut omnes alias sapientias. ita hanc quoque sub sui Vlixis erroribus dissimulasse. In poetica nostra theologia aliquando probabimus perstiterunt Eudoxus & Hermippus. perstiterunt fere omnes qui pythagorica Platonicaque misteria sunt perscrutati. Ex iunioribus autem qui eam olfecerint tres reperio. Alchindum arabem. Rogerium bachonẽ & Guilielmũ parisiensem. & tẽpestate nr̄a uidi Antoniũ cronicũ q̄q̄ in maximis agẽdis tractãdisq; rebus occupatissimũ. q̄ illius tamẽ ẽ ingenii sublimitas & elegãtia ut oẽs alias liberales artes. ita hãc quoque pulcherrime attigisse. Meminit & Plotinus ubi nature ministrũ & nõ artificẽ magũ demõstrat. hãc magiã ꝓbat asseueratque uir sapiẽtissimus alteram

Duplex magia

Verba plinii libro. xxx.

Xamolsides.

Abbaris hyp boreus

Zoraster

Plato

Carondas

Damygeron

Apollonius

Dardanus

Homerus

Eudoxus

Hermippus

Alchĩdus arabs rog. bach.

Guilielmus parisiensis

Antonius cronicus

Plotinus

ita abhorrens ut cum ad malorum demonum sacra uocaretur rectius esse dixerit

Nota.

ad se illos q̄ se ad illos accedere. & merito quidem. Vt enim illa obnoxium manci-
patumque improbis potestatibus hominem reddit. ita hæc illarum principem &
dominum. illa denique nec artis nec scientie sibi potest nomen uendicare. Hæc al-
tissimis plena misteriis profundissimam rerum secretissimarum cōtemplationem
& demum totius nature cognitionem complectitur hæc inter sparsas dei beneficio
& inter seminatas mundo uirtutes quasi de latebris euocans in lucem non tam fa-
cit miranda q̄ facienti nature sedula famulatur. hæc uniuersi consensum quem si-
gnificantius greci συμπαθειαν dicunt introrsum perscrutatius rimata et mutuā
naturarum cognitiōem habens perspectam natiuas adhimens unicuiq; rei & suas
illecebras quæ magorum ιυγγεσ nominantur in mundi recessibus in nature gre-
mio in promptuariis archanisque dei latitantia miracula quasi ipsa sit artifex pro-
mit in publicum. & sicut agricola ulmos uitibus ita magus terram celo. idest infe-
riora superiorum dotibus uirtutibusq; maritat quo fit ut q̄ illa prodigiosa & noxia
tam hec diuina & salutaris appareat. ob hoc precipue ꝙ illa hominē dei hostibus
mancipans auocat a deo hec in eam operum dei admirationē excitat quā propēsa

Quid ad dei religionē promoueat potissimū

caritas fides ac spes certissime consequuntur. Neque enim ad religionem ad dei
cultum quicq̄ promouet magis q̄ assidua contemplatio mirabilium dei que ut per
hanc de qua agimus naturalem magiam bene explorauerimus in opificis cultum
amoremque ardentius animati illud canere compellemur. Pleni sunt celi plena est
omnis terra maiestate glorie tue. & hæc satis de magia de qua hec diximus ꝙ
sunt plures qui sicut canes ignotos semper adlatrant ita & ipsi sepe damnant ode-
runtq; quæ non intelligunt. Venio nunc ad ea que ex antiquis hebreorum miste-
riis eruta ad sacrosanctam et catholicam fidem confirmamdam attuli. Quæ ne for
te ab his quibus sunt ignota commenticie nuge. aut fabule circulatorum existimē
tur. Volo intelligant omnes que & qualia sint unde petita. quibus & q̄ claris auc-
toribus confirmata. q̄ reposita q̄ diuina q̄ nostris hominibus ad propugnandā re-
ligionem contra hebreorum importunas calumnias sint necessaria. Scribunt non

Esdras
Hilarius
Origenes.

modo celebres hebreorum doctores. sed ex nostris quoque Esdras. Hilarius & Ori
genes. Mosem non legem modo quam quinque exaratam libris posteris reliquit.
sed secretiorem quoque & ueram legis enarrationem in monte diuinitus accepisse.
Preceptum autem ei a deo ut legem quidem populo publicaret. legis interpreratio
nem nec traderet litteris nec inuulgaret sed ipse iesunaue tantum tum ille aliis de-
inceps succedentibus sacerdotum primoribus magna silentii religione reuelaret. &
merito quidem. Satis enim erat uulgaribus & per simplicem historiam nunc dei
potentiam. nunc in improbos iram. in bonos clementiam. ī omnes iusticiam agno
scere. & per diuina salutariaq; precepta ad bene beateq; uiuendum & cultum uere
religionis institui. At misteria secretiora & sub cortice legis rudiq; uerborū pretextu

latitantia altissime diuinitatis archana plebi palam facere. Quid erat aliud q̃ dare sanctum canibus & inter porcos spargere margaritas. Ergo hec clam uulgo habere perfectis communicanda inter quos tantum sapientiam loqui se ait Paulus non humani consilii sed diuini precepti fuit. Quem morem antiqui quoque philosophi sanctissime obseruarunt. Pythahoras nihil scripsit nisi paucula quedam. quæ Dame filie moriens commendauit. Egyptiorum templis insculpte spinges hoc admonebant. ut mistica dogmata per enigmatum nodos a prophana multitudine inuiolata custodirentur. Plato Dioni quædam de supremis scribens substantiis per enigmata inquit dicendum est ne si epistola forte ad aliorum peruenerit manus quæ tibi scribimus ab aliis intelligātur Aristoteles libros primæ philosophiæ ĩ qbus agit de diuinis editos esse & non editos dicebat. Quid plura Iesum christum uite magistrum asserit. Origenes multa reuelasse discipulis. quæ illi ne uulgo fierent cō munia scribere noluerunt. Quod maxime confirmat Dyonisius areopagita qui se cretiora misteria a nostre religionis auctoribus

Pythagoras
Dama
Plato
Aristoteles
Iesus christus
Origenes
Dyonisius

idest ex animo in animum sine litteris medio intercedente uerbo ait fuisse transfusa. Hoc eodem penitus modo cum ex dei precepto uera illa legis interpretatio Mosi deitus tradita reuelaretur. dicta est Cabala quod idem est apud hebreos quod apud nos receptio. ob id scilicet q̧ illam doctrinam non per litterarum monumenta sed ordinariis reuelationum successionibus alter ab altero quasi hereditario iure reciperet.

Cabala

Verum postq̃ hebrei a Babillonica captiuitate restituti per Cirum & sub Zorababel instaurato templo ad reparandam legem animum appulerunt. Esdras tunc ecclesie prefectus post emendatum Moseos librum. cum plane cognosceret per exilia cedes. fugas. captiuitatem gentis Israelitice institutum a maioribus morem tradende per manus doctrine seruari non posse futurūque ut sibi diuinitus indulta celestis doctrine archana perirent. quorum commentariis non intercedentibus durare diu memoria non poterat. Constituit ut conuocatis qui tunc superant sapientibus afferret unusquisque ĩ medium quæ de misteriis legis memoriter tenebat adhibitisq; notariis in septuaginta uolumina. tot enim fere in sinedrio sapientes redigerentur. Qua de re qui mihi non credunt audiant Esdram ipsum sic loquentem. Exactis quadraginta diebus locutus est altissimus dicens. Priora quæ scripsisti in palam pone legant digni & indigni. Nouissimos autem. lxx. libros conseruabis ut tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est uena intellectus & sapientie fons & scientie flumen atque ita feci. Hæc Esdras ad uerbum. Hii sunt libri scientie Cabale in quibus merito Esdras uenam intellectus. i. ineffabilem desuper substantiali deitate theologiam sapientie fontem. i. de intelligibilibus angelicisque formis exactam methaphisicam & sciētie flumen. i. de rebus naturalibus firmissimā philosophiā esse clara in primis uoce pronūciauit. Hii libri Sixtus quartus pōtifex maximus q hūc sub quo uiuimus fœliciter Innocentiū octauū proxime antecessit

Cirus
Zorababel
Esdras
Esdras
Sixtus q̃rtus
Innocentius.

maxima cura studioque curauit ut in publicam fidei nostre utilitatem latinis
No· litteris mandarentur . Iamq; cum ille decessit tres ex illis peruenerant ad latinos.
Hi libri apud hebreos hac tempestate tanta religione coluntur ut neminem liceat
nisi annos.xl.natum illos attingere hos ego libros non mediocri impensa mihi cũ
comparassem .summa diligẽtia indefessis laboribus cum perlegissem uidi in illis
testis(est deus)religionem non tam Mosaicam q̃ christianam ibi trinitatis misteri
um.ibi uerbi incarnatio.ibi messie diuinitas.ibi de peccato originali.de illius per
christum expiatione de celesti Hierusalem.de casu demonum.de ordinibus ange
lorum.de purgatoriis.de inferorum penis.Eadem legi que apud Paulum & Dyo
nisium apud Hieronymum & augustinum quotidie legimus.In his uero que spe/
ctant ad philosophiam Pithagoram prorsus audias & Platonem quorum decreta
Augustinus. ita sunt fidei christiane affinia.ut Augustinus noster imẽsas deo gratias agat ꝙ ad
eius manus puenerint libri Platonicorum . In plenum nulla est ferme de re nobis
cum hebreis controuersia . de qua ex libris cabalistarum ita redargui conuinciq;
non possint ut ne angulus quidem reliquus sit in quem se condant. Cuius rei te/
Antõius cro/ stem grauissimum habeo Antonium cronicum uirum eruditissimum qui suis au
nicus ribus cum apud eum essem in conuiuio audiuit Dattilum Hebreum peritum hu
Dattilus he/ ius scientie in christianorum prorsus de trinitate sententiam pedibus manibusque
breus descendere.Et ut reliqua mee disputationis capita percenseam.Attulimus & no/
Orpheus stram de interpretandis Orphei Zoroastrisq; carminibus sententiam Orpheus a/
Zoroaster pud grecos ferme integer.zoroaster apud eos mancus.apud caldeos absolutior le
gitur . Ambo prisce sapientie crediti patres & auctores.Nam ut taceam de zoroa/
stre.cuius frequens apud platonicos non sine summa semper ueneratione est men
Iamblicus tio.Scribit Iamblicus calcideus habuisse Pythagoram orphicam theologiam tan/
Pythagoras. q̃ exemplar ad quam ipse suam effingeret formaretque philosophiam.Quin idcir
co tantum dicta Pythagore sacra nuncupari dicunt ꝙ ab Orphei fluxerint institu/
tis.Inde secreta de numeris doctrina & quicquid magnum sublimeq; habuit gre/
ca philosophia ut a primo fonte manauit.Sed qui erat ueterum mos theologorum
Nota. ita Orpheus suorum dogmatum misteria fabularum intexit in uolucris & poetico
uelamento dissimulauit ut si quis legat illius hymnos nihil subesse credat preter fa
bellas nugasq; meracissimas.quod uolui dixisse ut cognoscatur quis mihi labor q̃
fuerit difficultas ex affectatis enygmatum syrpis ex fabularum latebris latitantes
eruere secrete philosophie sensus.nulla p̃sertim in re tam graui tam absc̃odita in ex
plorataq; adiuto aliorum interpretum opera & diligentia.Et tamen oblatrabant
canes mei minutula quedam & leuia ad numeri ostentationem me accumulasse
quasi non omnes quæ ambigue maxime controuerseq; sunt questiones in quibus
principales digladiantur achademie quasi non multa attulerim his ipsis qui &
mea carpunt & se credunt philosophorum principes & incognita prorsus & in
tentata . Quin ego tantum absum ab ea culpa ut curauerim in quam paucissima

potui capita cogere disputationē. quam si ut cōsueuerūt alii partiri ipse ī sua mēbra & lancinare uoluissem innumerū ꝑfecto numerū excreuisset. Et ut taceā de ceteris quis est qui nesciat unū dogma ex nōgētis ꝙ. s. deconciliāda ē Platonis Aristotelisq; philosophia potuisse me citra oēm affectate numerositatis suspitionē ī sexcēta ne dicā plura capita deduxisse locos. s. oēs ī quibus dissidere alii cōuenire ego illos existimo particulatim enumerātē. Sed qd ego his diutius īmoror & nō potius ad id deuenio cuius gratia totū hoc opus susceptū est ut liquido ut luce clarius ut extra oēm cōtrouersiā nō me solū non impium. sed impios et hereticos esse illos cōprobem qui me hereticum esse aut fuisse aliquando dicere nō erubescūt. Agā autē hoc ego nō cōuiciis & cōtumeliis. sed ipsis rebus & rationibus afferendo in mediū. que dixi que scripsi que sensi. Quid item illi dixerint & senserint. Examinabūt hec deinde alii uiri docti & insignes & apud nostras & apud exteras Achademias iudicabit sancta sedes & sedens in ea Innocentius octauus. Cuius iudicium negligere aut uiolare nephas & flagitium. Ipse iudex supremus in terris qui eū refert qui iudex est uiuorum & mortuorum. Ipse promptuarium archanūq; ueritatis qui eius agit uices qui est ipsa ueritas & caro factus habitauit in nobis ut ueritatem nobis annūciaret. Sed iam ad ipsas examinandas questiones descēdamus quas magistri isti quasi hereticas damnarunt. Quod facturo mutanda est loquendi ratio. Est enim mihi cum barbaris sermo & ut lepide est in prouerbio balbi non nisi balbos intelligunt.

Sācta sedes. Innocentius.

Lepidū prouerbiū.

QVESTIO PRIMA DE DESCENSV CHRISTI AD INFEROS.

PRIMA conclusio ex propositis a me in disputatione mea quam isti damnauerūt fuit hec. Christus nō ueraciter & quantū ad realē presentiam descendit ad inferos ut ponit Thomas & communis uia sed solum quo ad effectum. Circa istam conclusionem primo uolo declarare sensum meum & que sit mens & opinio mea de modo descēsus Christi quam fuit mee intentionis explicare in proposita conclusione & ostendere illam non solum esse catholicam. & a multis catholicis doctoribus creditam & approbatam. Sed etiam sua opposita longe probabiliorem. Secundo declarabo quomodo etiam ipsa propositio de uirtute sermonis & secundum uim uerborum a doctis uiris nullo modo est heretica uel heresim sapiens simpliciter iudicanda.

Quomō īdeclaranda cōclusiōe ꝓcessurus sit.

Tertio declarabo ꝙ ipsi errant in fide si persistunt in hac sententia ꝙ ego non possim conclusionē meam etiā in sensu quē permittit uis uerborū ab heresi defendere. Quarto & ultimo ex superabūdāti ostēdā ꝙ nullo modo possunt se excusare ꝙ incōsulte nō fuerit facta dānatio eorū. Prius aūt q̄ exponā modū secūdū quē ego teneo xp̄m descēdisse ad īferos uolo hec præmitere ꝙ licet teneamur explicite & ī particulari credere xp̄m descēdisse ad inferos tanq̄ articulū fidei a Philippo nobis traditum & promulgatum sic ꝙ etiam protestatio mea aut ei similis nō saluaret illū qui

poneret oppositum istius articuli. Nõ uidetur tamẽ ꝙ determinatũ modum illius descensus teneatur quilibet fidelis explicite & in particulari credere. Sed sufficere uidetur homini xp̄iano ꝙ credat xp̄m descendisse ad inferos nõ secũdũ corpus nec secũdũ corpus & animã sed secũdũ animã tm̃. & hũc descensum secũdũ animam credat fuisse modo possibili decenti expediẽti & oportuno. & hoc quia determinatus modus illius descensus nõ habetur expresse nec uidetur cõuinci ex scriptura sacra nec ex aliqua determinatiõe uniuersalis ecclesie aut speciali dei reuelatione uel

Scotus. Frãciscus de mayronis.

apostolorũ fideli relatiõe. imo ꝙ plus est Scotus ĩ sacris litteris nõ parũ exercitatus dicit ꝙ ex scriptura sacra nõ habeẽ ꝙ xp̄s descẽderit ad ĩferos ut refert Frãciscus de maironis ĩ quarto sñiarum. Quãto minus dicere possumus ꝙ ex scriptura habeat certus & determinatus modus descensus xp̄i. Vnde & nõ defuit aliquis doctor cuius ego etiã in hoc articulo dãnationẽ nunq̄ legi cui uisum est probabile & cũ ueritate articuli defensabile ꝙ aĩa xp̄i nõ fuerit presentialiter ĩ inferno. & auctoritates omnes quas & Frãciscus ĩ quarto & theologi alii adducũt ĩ tertio uideri põt alicui ꝙ ita possint exponi de descẽsu per effectũ sicut per realem presentiam. etiã sequẽdo modũ exponẽdi scripturã quẽ sequũtur ipsimet doctores q tenẽt oppositũ. Legitur enim ecclesiaste. xxiiii. Penetrabo omnes ĩferiores ptes terre. Quod exponẽs Thomas in tertia parte summe dicit intelligẽdum esse per effectum. ergo a simili diceret forte aliquis posse exponi auctoritates dicẽtes ipsum penetrasse ad limbũ

Frãciscus

uel ad sinum Abrae. Idem enim est penetrare ꝙ penitus & intra intrare quod etiã plus est q̄ descẽdere. Quare si nõ solum ĩtrasse sed etiam penitus & intro intrasse dicetur ĩferiores partes terre nõ quia ibi fuit realiter presens sed quia ibi fuit solum per effectum. Ita poterit etiam dici fuisse in sinu Abrae & intrasse sinum Abrae p

Thomas

effectum tãtum & nõ per realem presentiã. Hæc autem nõ ideo dico quia ego crediderim unq̄ ꝙ christus alibi existẽs p̄sentialiter ideo solum dicatur fuisse ĩ ĩferno quia ibi aliquid sit operatus sicut rex existẽs ĩ palatio dicitur esse ĩ alio loco prouincie ubi auctoritate potestatis sue & imperio suo aliquid efficaciter operatur. Neq; enim ista fuit opinio mea unq̄ ut mox patebit ĩ declaratiõe opinionis mee. Immo ego firmiter & teneo & tenui & publice semp & priuate dixi ꝙ sicubi fuit aĩa xp̄i

Augustinus. No. Epiphanius Philistrius

in triduo ipsa fuit ĩ ĩferno et ꝙ ipsa uere ibi fuit p̄sens. Sed uolui hec dixisse ad pleniorem huius materie examinatiõem. ut & illud Augustini dictum ĩ libro de heresibus uerificari uideamus nihil esse difficilius q̄ definire hoc est hereticũ aut non hereticum. Vnde & propter hoc dicit ipse cõtigisse ꝙ cum duo scriptores ambo celeberimi Epiphanius & Philistrius de heresibus scripsissent in numerandis illis multum discordant non ob aliam causam q̄ propter ea ꝙ illud quod uni uidebatur hereticum alteri non uidebatur. Sed iam uenio ad manifestãdam opinionem meam de modo descensus Christi & ad perfecte declarandum conclusionem meam. Primo summatim ponens intellectum eius. Secundo illum latius exemplificans & probans. Summarius sensus conclusionis mee est iste. Quia Christus secũ

Sũmarius sẽsus cõclusiõis

dum animam tantum descendit ad inferos & anime sicut cuicũq; sibe seperate ui/

detur non competere locari uel moueri localiter nisi ratione operationis. Ideo dico ꝙ descendisse ad infernum uel fuisse in inferno localiter uidetur non cōpetiisse xp̄o nisi rōne operatōis ita ꝙ licet uere p̄sentialiter fuerit aīa xp̄i in inferno sbā tamē sua nō fuit ei ratio presentialitatis sed solū sua operatio. Quæ uerba ut plenius ītelligā tur est aduertendum ꝙ eorū qui ponūt sbās seperatas nō esse in loco nisi per opera tionē trāseuntē est duplex opinio. Quidā enim dicūt ꝙ sbē incorporee rōne sue sbē nullo modo debetur locus. sicut & ipsa uere nūq̄ est alba uel nigra & ita ꝙ de ipsa secūdū eos non irrationabiliter potest dici ꝙ non est in loco & ꝙ nusq̄ est. sicut etiā uere dicitur ꝙ nec est calida nec frigida. Auctoritates aūt scripture quæ uidētur an gelis dare locum dum dicunt ipsos esse in cælo uel mitti ad hunc locum uel ad illū esse intelligendas sic. nō ꝙ ipsi hic uel ibi sint cum ipsi proprie non sint in loco sed ꝙ hic operentur uel ibi uel incipiāt operari ubi prius nō operabātur. & isti multū in nituntur uerbis Gregorii niseni qui dicit ꝙ cum nos deberemus dicere spūm opera ri hic. abusiue dicimus ipsum eē hic & ita uult ista opinio. ꝙ substantia angeli uel anime separate nūq̄ pōt dici presens potius huic loco uel illi nisi p̄sens negatiue. i. indistans. Sed si quādo dicitur alicubi esse uel fuisse. idem est ac si diceretur alicu bi operari uel operatā fuisse. Adduntq; ꝙ iste modus loquēdi trāsumptus ē a rebus corporalibus quas q̄a nos uidemus non posse agere nisi ubi sunt presentes saltē se cūdū cōem opinionē. ideo etiā idē credētes de incorporeis cōcludimus ꝙ ubi operā tur & ubi inuenitur esse opatio eorū ibi etiā sit eorū substātia localiter p̄sens. Con cludūt finaliter ꝙ ruditas ē ingenii & defectus imaginatiōis nō posse intelligere ꝙ aliquid sit ens & nō sit in loco & ꝙ friuolū est argumētū illorū qui dicūt ꝙ esse pre supponit operari q̄a uera est illa ꝓpositio ad hunc sensum ꝙ nō ens nō pōt operari Oportet enim agens esse in actu iuxta illud semp existimabitur aliqua species mo uens. sed nō est uera ad hūc sensum ꝙ operari in loco p̄supponit esse in loco cū stet oprantē esse talis nature ꝙ ei non plus debetur presentia aut distantia localis q̄ de beatur albedo aut nigredo. Dicent ergo sic opinantes ꝙ anima xp̄i sepatata a cor pore secūdū suā substātiā. nec fuit ī inferno nec extra infernū sed uere nullibi fuit. Dicitur autem fuisse in inferno q̄a operata est in inferno. & in illa parte inferni prī cipalius dicitur fuisse ubi principalius ē operata. Istā autē opinionē de modo essen di presentialiter in loco. licet etiā multi doctores teneant ego tamen non teneo nec sequutus sum eam in conclusione mea. sed eam tenui quam immediate subiungā. Est ergo alia opinio quæ dicit ꝙ substantia separata sicut est angelus & anima non unita corpori est quidem uere in loco. & ita uere definitiue ē presens localiter sicut res corporea ē cōmensuratiue p̄sens localiter. & ī hoc cōuenit ista uia cū cōi q̄ ē uia Scoti & omniū Scotistarum. Sed in hoc discrepant ꝙ scotiste dicunt ꝙ finitio & li mitatio essentie & finaliter intrinseca determinatio sue substantie est ratio substan tie separate essendi in loco. Ista autem opinio quam ego sum secutus in conclusiōe dicit ꝙ sicut licet substantia corporea sit cōmēsuratiue in loco tamen ratio ei essen di taliter in loco non est sua substantialitas sed quantitas quæ est extrinseca & ex

Duplex opinio eoꝝ q̄ ponūt substantias sepatas p operationem trāseūtē ī loco esse.

Prima

Gregorius nisenus

Secunda opinio quam auctor tenuit

Differentia īter hāc opinionem & opinionem scotistarum

ttranea a ratiõe sue substãtie. ita etiam licet substãtia incorporea uere sit desinitiue in loco & presens localiter tamen ratio ei essendi ĩ loco nõ est sua substãtia. sed operatio eius ab ea trãsiens ad extra. Quam opinionem ego iudico sic intelligendã & sic intellectam iudico non solum non hereticam sed etiam probabiliorem sua opposita. & est ꝙ etiam si finitas uel limitatio nature separate sit ei ratio non essendi ubiq;. aut ratio ꝙ si sit in uno loco nõ sit simul in alio totali. & in utroq; ꝑ naturã. nõ tam̃ ẽ ratio essendi simpliciter ĩ loco ipso substãtie sepate. Sed eius effectus uel operatio capiendo operationẽ pro omni habitudine ad corpus uel locũ habente se per modũ operatiõis actiue uel passiue. alia ab habitudine presentialitatis loci & hoc ĩtelligẽdo de facto nõ negãdo aliũ modũ possibilẽ descensus uel locatiõis anime sepate ut dico in sequenti conclusione qui tamen modus est nobis ignotus. hãc ego opinionẽ sequutus in cõclusione mea dico christum fuisse in inferno solum per effectum quia exquo nõ fuit ibi nisi secũdũ animam. Dicendũ est secundũ opinionem istã ꝙ sicut substãtie corporee nõ cõpetit fuisse alicubi cõmensuratiue nisi per quantitatem ita illi aĩe nõ cõpetebat esse in inferno ubi creditur fuisse nisi per effectum & operationem. sed sicut ratio presentialitatis animabus sanctoꝝ patrũ fuit habitudo ad illũ locũ habens se per modũ operationis transeuntis sicut erat detentio & alligatio ad illũ locũ donec aperta ianua a redẽptore extraherentur. Ita ratio presentialitatis anime xp̃i fuit operatio quam ibi est operatus. & ꝙ illa fuerit mens mea & ꝙ hoc pretendant uerba cõclusionis mee infra manifestabo ubi declarabit̃ conclusionem in se etiam de uirtute sermonis & secundum uim uerborum nõ eẽ hereticam iudicãdã. Vtra autem opinio sit uerior de modo essendi in loco substantiarum separatarum Scotistarum. s. an eorum quos sum sequutus ego non determino hoc tantum dico a tot tantisq; magistris doctoribusq; catholicis & doctrina & sanctitate celebratissimis creditam esse opinionem meam & habitam pro uerissima. ut longe magis temerarii iudicãdi sint. si qui sunt q opinionẽ doctoꝝ tam ꝓbatoꝝ ꝑ heretica aut heresim sapiẽte audent iudicare q̃ ego q auctoritatẽ ueterũ illorum theologoꝝ iuniorum determinationibus anteponam. hanc enim opinionem quam ego sequor licet assertiue tenet nõ solũ durãdus sed & Bernardus de gãnaco in ĩpugnationibus Henrici quolibeto secũdo. Tenet Thomas anglicus ĩ quolibetis suis. Tenet Herueus britonis in suo secũdo sñiarũ. Tenuit & beatus Thomas ĩ primo sententiarum licet alibi deinde uideri potest sequi aliam opinionem. Tenet archiepiscopus malphitensis in suo secundo. Tenet Ioannes parisiensis in correctorio corruptorii. & quid plures enumero tenuerunt credo istam opinionem plusq̃ centũ doctores catholici & probatissimi quorum libri non solum non reprobati ab ecclesia. sed celebres in oĩbus xp̃anorũ gynnasiis publice legũtur. quos siquis uoluerit adire uidere poterit fundamẽta opinionis & cognoscere probabilitatem eius qđ ego non intendo hic facere qui solum hoc ago ut sic propositas a me conclusiones declarem. ut inde nec simplices habere possint unde scandalizentur nec detractores si qui sunt quod calumnientur. Exercitii tamen gratia adducam quedam ar-

Declaratio opinionis

Nota.

Bernardus đ gannaco

Thomas anglicus

Herueus brito

.S. Thomas

Archiepiscopus malphitensis

Ioannes parisiensis

Nota.

gumenta quæ audiui cõtra istã opinionẽ. Primo arguitur per articulum Parisien. cciiii. qui dicit dicere substantiam angeli non esse in loco sine operatione. error. Secundo arguitur quia possibile est substantiam separatã nihil operari ad extra quo posito. queritur an sit alicubi an nusq̃. an ubiq;. non nusq̃. quia adhuc illo posito erit pars uniuersi & ita erit uerũ dicere ꝙ est in mundo non ubiq; quia hoc est ꝓprium dei ergo alicubi. Tertio quia angeli dicuntur esse in cælo empireo & tamen nullam operationem transeuntem habent erga illud celum. Item instabat quidã magister generalis potissimum duabus rationibus quarum prima est hæc ꝙ seclusa quacũq; operatiõe ad extra adhuc essentia angeli ẽ finita ergo adhuc ut sic definitur ad locum. Secũda est hæc quia si quid uidetur eẽ quare negetur locus ab angelo hoc est quia non habet extensionem hoc autem nihil impedit quia etiã si punctus daretur separatus a linea adhuc haberet situm & tamen punctus non habet extensionem. Ad primum multiplex patet responsio secũdũ prenominatos doctores. Sunt enim quidam qui uolentes saluare articulum simul cum positione dicũt ꝙ mens articuli est ꝙ opinio ponens substãtiam separatã nõ esse in loco nisi ꝑ operationem quæ est exterior motio localis uel alteratio realis est error & ꝙ illa sit mens articuli patet quia articulus. lxxvii. sic dicit quasi declarãdo istum dicere ꝙ si esset aliqua substãtia separata q̃ non moueret aliquod corpus in hoc mundo illa nõ clauderetur in uniuerso. error. Ecce ꝙ sicut in articulo quem ponit arguens dicit errorem esse angelum esse solum in loco per operationem ita in isto dicit errorem esse dicere ꝙ substantia separata non clauditur in hoc uniuerso nisi per motum corporis. Vnde uidetur idem intelligere per operationẽ in articulo. cciiii. ꝙ per motũ in articulo. lxxvii. Non ponit autẽ ista positio solum per operationem isto mõ sumptam angelum esse in loco. ut patebit in responsione ad tertium. Itẽ dicit solemnis doctor Gotfredus de fontibus ꝙ isti articuli indigent magna correctione. quia non nulli sunt falsi. nõ nulli adinuicem sibi cõtradicũt. & ꝑfecto ĩ ista materia necesse est aut ꝙ articulus exponatur modo ĩmediate ꝓposito aut ꝙ ĩ ipsis articulis sit cõtradictio manifesta. quod sic probo. Est enim articulus. ccxviii. qui dicit ꝙ si intelligatur ꝙ substãtia angeli non est ei ratio essendi in loco. uerum est dicere ꝙ nusq̃ ẽ secundum substantiam. Et testatur Henricus in quolibeto secundo. q. ix. ꝙ omnes magistri theologie congregati in hoc unanimiter conuenerunt ꝙ substantia angeli non est ratio angelũ esse ĩ loco & dicit se fuisse ĩter illos magistros qui hoc determinarunt & subdit ipse Henricus ibidẽ ꝙ cõsimili rõne uerũ ẽ indubitãter ꝙ si angelus ꝑ potẽtiã suã. s. ꝑ ĩtellectũ & uolũtatẽ uirtutẽ suã nõ aplicat ad locũ operando circa ipsum ꝙ similiter potẽtia eius intellectus. s. & uolũtas nõ est ratio essendi ipsum in loco quia potentia eius non est minoris abstractionis q̃ sit eius substãtia ergo sequitur ꝙ uel erit concedere ꝙ ratio essendi eum in loco erit aliquid habens se per modum actus secundi in corpus transeuntis. quicquid sit illud. & est id quod ponit positio quam ego sequor uel in articulis erit manifesta contradictio. Vnde et Henricus in eodem loco fatetur se non posse intelligere quomodo substãtia separa

Argumẽta cõtra istam opinionem
Primum
Secundum
Tertium
Quartum
Solutio primi multiplex & declaratio articuli parisien.
Secunda
Gotfredus đ fontibus
Nota
Henricus

Tertia ta sit in loco nisi agat aliquid aut patiatur a loco uel a re existente in loco Egidius
Egidius autem & multi alii dicunt q de illis articulis nihil est curandum quia fuerunt facti
Nota non conuocatis omnibus doctoribus Parisiensibus. sed ad requisitionem quorūdā capitolorum. Et quicquid sit de hoc hec duo uolo dicere. Primo q non minus facit pro positione nostra articulus. ccxviii; q̄ faciat contra eum articulus. cciiii. Secūdo q certum est & ipsi etiam Parisienses hoc fatentur q illi articuli non obligant oēs fideles nec tenemur illis credere nisi inquantum scripture sacre innituntur. aut deter
Anglici minationibus uniuersalis ecclesie. Vnde solent dicere anglici q illi articuli non trāseunt mare quare & nos si in re tam graui licet iocari. possumus dicere q nō transeunt alpes. Quare & si cōclusio mea esset contra articulū meminerint qui me dānabāt q oīo in me dānando errabāt quia dicebant q conclusio mea erat cōtra simbolum apostolicum. cum debuissent dicere q erat cōtra simbolum Parisinum. q̄q̄
Declaratio articulorū & hoc est falsum ut prius ostendimus. Videtur autem mihi uerus ītellectus illorū articulorū hic esse q in articulo. cciiii. si in eo sit sermo de operatione cōiter accepta modo predicto hoc intendatur q etiā seclusa quacūq; operatiōe adhuc finitas uel limitatio nature sepate erit ei ratio non essendi ubiq; aut ratio q si sit in uno loco non est simul in alio totali. & in utroque per naturam. In articulo autem. ccxviii. credo q intendatur q substantia uel finitas substantie non ē ratio angelo essendi simpliciter i loco. isto mō exponēdo ī articulis nulla ē cōtradictio & articuli sic ītel
Solutio secūdi argumēti secūdū multos lecti nō solū ^non^ sūt cōtra positionē meā sed ipsā totaliter ex utraq; pte cōfirmāt ut patet ex declaratiōe positiōis supra posita. Ad secūdū dicitur a multis cōcedēdo q ē possibile esse sbām incorporeā sine operatiōe trāseūte ad extra. hoc autē posito in
Solutio triū incōueniētiū prius in argumēto tactorū argumēto uidetur adduci q unū sequatur ex tribus incōuenientibus. Primū est q cū sit pars uniuersi incōueniens est q nō sit in uniuerso. Ad qđ illi dicerēt q arguēs equiuocat de pte. Si enim p ptē uniuersi ītelligit id quod habet sitū determinatū in uniuerso. sic dicēt q angelus nec cū operatur nec cū nō opatur pōt dici esse pars
Primi uniuersi. Si aūt intelligit esse ptē entiū. i. unū ex entibus & naturis uniuersi. sic cō
Pars dupliciter capitur cedent q tūc est una ps uniuersi imo una ex nobilioribus. Sed ex hoc non uidetur cōcludi q habeat situm uel definitionē ad locū. Secūdū inconueniēs est q nō pōt
Secundi dici q sit ubiq; quia hoc ē proprium dei. ad hoc dicitur q esse ubiq; eo modo quo
Esse ubiq; dupliciter capit̄ deus dicitur a theologis esse ubiq; p essentiā. s. p potētiam & presentiam dei proprium est & nulli nature create pōt cōpetere. Esse aūt ubiq;. i. hic uel ibi p indifferētiā
Henricus aut ubiq; p īdistātiā. i. uere eē secūdū sbām īdistātē a quocūq; loco. utrū repugnet
Duplex limimitatio creature audiatis Henricū quolibeto. vii. q. ix. sic dicētē. In creatura pōt ītelligi duplex limitatio. Vna ī natura & essentia qua finita ē & certis terminis cōtenta & sic solus deus illimitatus & infinitus in natura. Alia pōt intelligi limitatio nature que est limitatio ad situm qua ita finita est & certis limitibus contenta ut necesse sit eā esse alicubi non nusq̄ nec ubique. sed ita hic q non ibi uel q etiam si non determinate hic uel ibi tamen sub determinatione uel hic uel ibi uel alicubi & pertinet ista limitatio ad predicamētū ubi q oīs creatura differat a deo p primā limitationē suā

clare uideo. Q̃uo autẽ necesse sit omnem creaturã differre & distare ab eo p̃ secun dã limitationẽ quia. s. ipse est ubique. Omnis aũt creatura necessario ẽ alicubi. sed nõ ubique. Dico q̃ penitus ignoro. hæc Henricus ad litterã ex q̃bus uerbis satis cla re habemus nõ posse intelligere Henricũ q̃uo illud sit inconueniens quod illi addu cunt pro inconuenienti. Tertiũ inconueniẽs ẽ q̃ nisi cõcedatur q̃ sit alicubi sit con cedẽdũ q̃ nusq̃ sit. Ad quod audiatis beatũ Thomã in primo sñiarũ di. xxxvii. sic respondentẽ dicendũ inq̃t q̃ hoc non reputo incõueniẽs q̃ angelus sine loco possit esse & nõ ĩ loco quando nullã operationem circa locũ habet. nec est inconueniens ut tunc nusq̃ uel in nullo loco esse dicatur. Sed tamẽ hoc nõ est imaginabile quia imaginatio cõtinuum nõ trãscendit hæc Thomas ad litterã. Ad tertiũ dico q̃ argu mentatio illa procedit ex nõ pleno ĩtellectu nostre põnis. Nõ enim positio per ope rationem per quam dicit locari rem incorpoream intelligit solum operatiõem que est exterior motio localis uel alteratio realis ut aliqualiter etiã tetigimus in respon sione ad primũ in expositione articuli Parisien. Sed capit operationẽ large pro om ni motu uel influxu uel habitudine significata p̃ modũ operationis trãseũtis ĩ cor pus & exeuntis ab angelo uel ecõtra. & q̃ ille sit intellectus positionis patet ex uer bis Thome in primo sententiarum di. xxxvii. q. i. articulo primo. ubi uidetur sequi istam opinionẽ qui sic dicit. Relinquitur igitur q̃ angelus nõ potest diffiniri & de terminari ad locũ nisi per actionem uel operationem. Dico autem operationẽ cõ muniter secũdum q̃ angelus se habet ad corpus cõtentum in loco per modum pre sidentis aut ministrantis. aut aliquo modo agentis aut patientis. Hæc Thomas ad uerbum. Ex quibus uerbis patet responsio ad argumentum quia licet angeli nõ ha beant operationem erga celum empireum quæ sit motio localis uel realis alteratio habent tamen aliquid se habens per modũ operationis transeuntis quale est p̃sidẽ tia uel aliq̃d simile. Ad q̃rtũ. Cui adeo innitebaẽ ille magister generalis: & si q̃d sit dicendum satis patere posset ex uerbis Henrici supra allegatis in solutione secũ di. tamen audiamus & quid sanctus Thomas dicat de illa ratione. Dicunt quidã q̃ angelus non est in loco circũscriptiue sed definitiue quia determinatur ad locum aliquem sic quod est in hoc loco ita q̃ non est in alio cum essentia eius finita ẽ. Eo enim q̃ creata est dicũt q̃ oportet intelligere q̃ sit determinata ad locum aliquem. Sed ista est ualde rudis p̃bõ. q̃a p̃cedit ex equiuocatiõe finis. Cũ enim dicitur essẽ tia angeli finita accipitur finis p̃ fine essentie & uirtutis secũdũ quod definitio ter minus dicitur & nõ pro fine dimẽsionis. locus autẽ dicitur finitus secũdũ tres quã titatis dimensiones. Finis autem secũdũ utrãq; acceptionẽ nullã cõmẽsurationem seu proportionẽ habet. Vnde nõ oportet ut quod finitũ ẽ ĩ essentiã ad terminos lo ci finiatur. hæc Thomas ad litterã. Ex quibus sequitur q̃ si nõ mentitur Thomas rudis est iste magister qui rudẽ probationẽ suã uocabat demõstrationẽ. Ad aliam rationem de pũcto dico q̃ adhuc ẽ rudior prima ratiõe. Pũctus enim est res de ge nere quãtitatis habẽs sitũ de sua natura. res ãt ĩcorporea oĩo abstrahit a situ & p̃se cto magna ẽ ruditas imiginari. Similit̃ eẽ de ĩdiuisibilitate p̃ rei ĩcorporee & d̃ ĩdi

Tertii
.S. Thomas
Operationẽ dupliciẽ capi
.S. Thomas
Henricus
.S. Thomas
Finem dupli citer capi

Arguitur contra opponétē uisibilitate pūcti quod ut etiam fiat clarius isti magistro. Dicat mihi ipse queso. si esset unitas sepata utrū haberet determinatum situm. Certe patet ꝙ nō quādo qꝫ

Punctus Vnitas dē p hoc distinguitur unitas a pūcto ꝙ pūctus ē positionē habēs. unitas autē nō. sed manifestū ē ꝙ angelus & q̄libet sbā incorporea adhuc ē abstractior q̄ sit quecū ꝗꝫ quātitas siue cōtinua siue discreta. Methaphisica enī ut patet secūdū oēs est de abstractionibus q̄ sit arithmetica q̄ ē una ex mathematicis ergo multo minus poterit dici de angelo ꝙ hēat situm ꝙ si iste magister nō pōt imaginari abstractionem

Henricus angeli. saltē qualis est abstractio unitatis. Audiat qd de ipso sit dicendū secūdū Hērricū. Is enī i loco ubi supra de ista loquēs materia inquit. Qui ergo nō possunt angelū ītelligere secūdū rōnē sbē sue ut unitatē absqꝫ rōne pūcti sūt illi de qbus dicit cōmentator super secūdo methaphisice ī qbus uirtus imaginatiua dominatur sup uirtutē cogitatiuā. & iō ut dicit uidemus istos nō credere demonstrationibus nisi imaginatio eos comitetur. & qcqd cogitāt quātum est aut sitū habens ī quāto ut punctus. unde tales melancolici sunt & optimi fiunt mathematici sed sunt naturales inepti. Hec Henricus ad uerbū. Ex qbus sequitur ꝙ secūdū Henricū iste magister sit male dispositus ad studiū phīe naturalis. peius ad studiū methaphisice pessime ad studiū theologie q̄ etiā ē d̄ abstractioribus. Relinqtur ergo ei solū aptitudo ad mathematica in quibus cum se nō exercuerit quod iudicium de eo faciendū sit relinquatur ipsemet iudicet. Postq̄ solute sunt rationes que cōiter solent adduci cōtra fundamenta positionis quam ego sum secutus in conclusione mea de modo de

Magnus Albertus scensus xp̄i. Volo & afferre uerba Alberti nostri non minus profecto doctrina q̄ cognomento magni quæ memini me legisse apud eum de ista materia in libro phisicorū. Tractatu enim primo. iiii. libri capitulo primo postq̄ illud exposuit Aristo. ꝙ antiqui decipiebantur. credentes ꝙ sicut quod non est non est in loco. ita nihil sit ens nisi sit in loco digrediens. Deinde sup isto passu sic inquit. Sūt autē etiā multi modernoꝝ q concedūt cōsequēs huius cōsequentie. licet sciant non ualere cōsequētiā. Ex logicis enim scimus nō ualere consequentiam ī qua proceditur a destructione antecedentis ad destructionē cōsequētis. Et iō licet uerum sit ꝙ illud quod non est nusq̄ ē tamen nō propter hoc sequitur id quod ē alicubi ē. & licet hoc nō sequatur ex dictis tamen sunt multi qui dicunt ꝙ omne quod est in aliquo loco est utentes tali ratione quia omne quod est unum aliquod particulare est. Particulare autem est hic & nunc & quod est hic & nunc alicubi ē. ergo omne quod est alicubi ē. Amplius omne quod est definite essentie est. quia intra terminos sui coartatur & quod definite essentie est in loco definitur. & quod ī loco definitur ī loco ē aliquo.

Io. Damascenus Distinguunt autem isti per Ioannem Damascenū dicētē aliqd ī loco eē dici dupliciter. Est enim aliqd circūscriptiue. cui principiū & mediū & ultimū assignatur in

Esse ī loco dupliciter loco. & hoc modo dicūt corpora esse ī loco. Est itē aliqd ī loco definitiue cuius essētia sic finite clauditur ī uno loco ꝙ extra ipsum nihil sui inuenitur. & hoc modo īdiuisibilia dicunt esse in loco & similiter intelligētias & animas &c. Sed nos ista nō credimus. nam & ultimum celum non definitur nec circūscribitur loco eo ꝙ omne

quod est i loco clauditur & cõtinetur a loco ĩ quo ẽ & ĩtelligẽtia p naturã suã non est ĩ loco nec ĩ aliqua loci differẽtia. Hec Albertus ad litterã. Visitatã illã distinctionem de esse in loco definitiue & nõ circũscriptiue nõ approbãs. quã tamen distinctionem aliquo modo negari quidam magistri oĩo nephas existimabãt. Nũc ultimo restat ut ostendã q̃liter sunt ĩtelligenda uerba cõclusiõis mee & declarẽ etiã de uirtute sermonis ipsam esse catholicã. Dicit ergo cõclusio. Christus nõ ueraciter et quãtũ ad realem p̄sentiã ut ponit Thomas & cõis uia descendit ad ĩferos sed solũ quo ad effectum. Vbi est notãdum ꝙ li & ubi dicitur & quãtum ad realem p̄sentiã tenetur copulatiue. & ly ut cũ dicitur ut ponit Thomas tenetur specificatiue & determinatiue ut mox declarabo. Ex q̄bus patet ꝙ p̄dicta cõclusio est una ꝓpositio copulatiua negatiua uel de copulato extremo negatiõe p̄posita cõiũctioni copulatiue. Cuius sensus ẽ. Non est ita ꝙ xp̄s ueraciter & quantum ad realem presentiã eo modo quo ponit Thomas descenderit ad inferos &c. & illa copulatiua equiualet uni disiunctiue affirmatiue de partibus contradicentibus. s. isti. Christus nõ descendit ueraciter ad inferos uel non descendit ad inferos secundum realem presentiã &c. Ex quo sequitur ꝙ ex dicta conclusione inferendo ꝙ xp̄us non ueraciter descendit ad inferos est arguere a tota disiunctiua affirmatiua ad alteram eius partẽ determinate. Talis autem argumentatio peccat secundum consequens. Disiunctiua enim affirmatiua est consequens ad alterã eius partem. Sequitur ulterius ꝙ ratione falsitatis predicte partis non debet falsificari tota disiũctiua predicta. Vnde ĩ simili ista propositio est uera. Socrates est homo. & illa est falsa Socrates est homo & deus non est deus. Ex qua arguere ergo Socrates non est homo profecto puerile est. A simili ex ista copulatiua negatiua xp̄s non ueraciter & quantum ad realẽ p̄sentiam ut ponit Thomas descendit &c. Arguere ergo christus non ueraciter descẽdit puerile est & hominis penitus nescientis logicam nec philosophiam nedum theologiam. Non solum autem non intendo in conclusione mea istam propositionem esse ueram. Christus nõ ueraciter descendit ad inferos sed neq; istam. Christus uel anima christi non fuit presentialiter in inferno & per realem ac ueram presentiam sue substãtie sed solum intendo ꝙ non fuit ibi per realem presentiam eo modo quo ponit Thomas & cõis uia. Ideo dixi ꝙ ly ut tenetur specificatiue & determinatiue de ly realis presentia. ideo nõ ualet nõ fuit ibi realiter presens eo modo quo talis doctor dicit ergo non fuit ibi realiter presens. Tenet aũt cõis uia. i. uia Scoti Bonauẽture & omnium scotistarum & quasi oĩum nominaliũ ꝙ ita fuerit ibi presens ꝙ sua substãtia fuerit ei ratio presentialitatis & locabilitatis quam opinionem quia etiã Thomas mihi uidetur sequi ĩ ista materia. Ideo dixi ut ponit Thomas & cõis uia. Cõmunẽ uiã theologorũ appellãs quæ cõmuniter nunc tenetur Parisius ubi precipue uiget studium theologie ibi autem fere omnes incedunt in ista materia de presentialitate anime ad locum cũ scotistis & nominalibus & ego propter hoc solũ. i. propter reuerentiam uniuersitatis Parisien. nolui ponere hanc meam cõclusionem nisi tanq̃ probabilem etiam ꝙ uiderem ipsam secundum uiam multorum proba-

Declaratio uerboꝝ cõclusionis de uirtute sermonis

Scotus
. S. Bonauentura
Nominales
. S. Thomas
cõis uia

Vniuersitas parisiensis

tissimoꝝ doctorum posse etiam assertiue poni ꝙ autem ly ut possit teneri ĩ cōmu ni modo loquēdi determinatiue patet. Nā si quis dicat attributa nō distinguūtur ut dicit Scotus apud oēs propositio haberet duplicem sensum proprium. Vnus esset capiēdo ly ut relatiue & equipolleret huic dictioni ꝙ ac si diceretur attributa nō di

Scotus

stinguūtur quod. s. attributa nō distingui dicit Scotus & propositio esset falsa etiā

Thomiste

secūdū thomistas quia etiam ipsi cōcedūt attributa aliquo modo distingui. Alius sensus esset capiēdo ly ut determinatiue & specificatiue & equipolleret huic dictio ni eo modo quo ac si diceretur attributa nō distinguūtur eo modo distīctiōis quo dicit ea distingui Scotus. & tūc apud thomistas propositio esset uera & ita est ĩ q̄libet propositiōe ubi post recitatam opinionē ponitur auctoritas alicuius cōiūcta per hāc dictionem ut. Si ergo iste modus loquēdi & ꝓprius & usitatissimus apud oēs theologos cōcedatur oportet ꝙ etiam cōcedāt ꝙ ĩ propositiōe nostra ĩ qua dici tur xp̄s nō descēdit ut dicit thomas ly ut sicut pōt teneri relatiue ut sit sensus christus nō descēdit qđ. s. xp̄m descēdisse dicit thomas. ita etiā & tā bene & tā ꝓprie te neri specificatiue equipollēdo huic. licet xp̄s descēderit p̄sentialiter nō tamē eo mō

Obiectio

presentialiter quo dicit cōis uia & ē sensus quē ego ĩtēdo. Sed diceret forte quispiā adhuc nō effugis quia deinde addis. sed solum quo ad effectum ergo nō solum ex cludis realem presentiā eo modo quo ponit eā cōis uia. Sed simpliciter oēm realē presentiam ex quo dicis ꝙ solum quo ad effectum ita ꝙ dicent isti propositio non tamen est negatiua copulatiua ut dicis negādo. s. presentialitatem ad modum thome &c. Sed etiam affirmatiua dicens. s. affirmatiue ꝙ xp̄s solum quo ad effectum

Solutio

fuit in inferno. Sed rudis est hæc obiectio nam hæc dictio sed est dictio aduersatiua & uigore eius importatur per sequētia ad ipsā ueritas affirmatiua opposita dicto ꝙ negat pars superior conclusionis. Cui ista aduersatur. si ergo ut probatum est in superiori parte negatur solum presentialitas anime per substantiam non quantum ad quod sed quātum ad quo. i. ꝙ non negatur substantiam fuisse presentē sed sub stantiam fuisse rationem presentialitatis. Ita etiam in ista ultima parte quæ ponit affirmatiuam precise aduersantem illi fuisse in inferno per effectum est accipiēdū non quantum ad rem locatam sed quātum ad rationem locandi ut breuiter sit sen sus qui etiam rudibus patere potest ꝙ exquo substantie finitas non fuit ei ratio loca

Epilogus

lis presentie solus effectus fuit ei talis ratio. Recolligendo ergo breuiter dico ꝙ christus ueraciter descēdit ad inferos & ꝙ per realem presentiam fuit in inferno. sed di co ꝙ non eo modo ueraciter & presentialiter fuit ibi quo dicit Thomas & communis uia quia. s. sua substantia non fuit sibi ratio essendi ĩ loco ut ponunt illi. sed sua operatio. Et hæc opinio q̄ sit probabilis & a q̄ multis catholicis & excellentissimis doctoribus credita. Iam satis patuit supra ꝙ etiam de uirtute sermonis sit uera & non heretica iudicanda satis explicauimus. Scimus enim ꝙ illa est uera. Christus non ut deus & homo ut ponit Arrius satisfecit pro nobis quia licet uerum sit ꝙ ut deus & homo falsum est tamen ꝙ eo modo existens homo & deus quo ponit Arrius. Ita licet sit uerum ꝙ ueraciter & presentialiter fuerit Christus in

inferno tamen probabile est & a multis creditum ꝙ non eo modo ueraciter & p̃sen
tialiter quo Thomas dicit & communis uia modo supra exposito. Sed unus uide/
tur restare scrupulus ꝙ hec non fuerit mea intentio. cum posui conclusioné. Quia Obiectio
si Thomas in primo sententiarum tenet istam uiam etiam ipse ꝙ operatio sit rō an
gelum esse in loco uidetur ꝙ conclusio etiam sit uera secundum Thomam. Qua/
re cum ego dicam non ut ponit Thomas uidetur ꝙ aliud ego sim opinatus de illo
descensu q̃ id quod dixi. Hunc autem scrupulum non haberent si bene meas con/ Solutio
clusiones considerassent. Ego enim huius sum opinionis ꝙ Thomas in hac mate/
ria de modo essendi in loco rerum separatarum diuersa sensent & non ubiq; eandẽ Diuersa circa
sequutus sit opinionem. Quare licet in primo sententiarum uideatur tenere istam hanc q̄ōnem
uiam quam ego sequor in conclusione tamen & alibi. ut in quarto sentẽtiarum & opinatũ tho/
maxime in tertia parte summe ubi tractat de hoc descensu & ex qua potius q̃ ex mam
scripto iudicanda est opinio eius uidetur esse cum opinione scotistarum. ꝙ ita fuit Scotiste
ibi per essentiam ꝙ sua essentia fuerit sibi ratio locabilitatis & non effectus solum
uel operatio. Dicit enim Thomas ibi ꝙ anima christi fuit per effectum in aliis par
tibus inferni. per essentiam autem in limbo &c. Ex hoc dicto ego arguo sic. Vbicũ
q; est aliquid per id quod est sibi ratio locabilitatis ibi est per suam substantiam &
realem presentiam. ergo si effectus fuit anime christi ratio locabilitatis ubicũq; fu
it per effectum ibi fuit per realem presentiam sue substantie. sed secundum Tho/
mam alicubi fuit per effectum ubi non fuit per realem sui presentiam. ergo secũdũ
Thomam effectus non fuit ei ratio locabilitatis. hoc me mouit ad probabiliter cre/
dendum Thomam in hoc articulo ambulare cum Scotistis. Sed q̄cquid sit de opi
nione Thome nihil ad propositum quia errare in oppinione Thome non est errare Dissensio in/
in fide & sepe est multiplex opinio inter thomistas de opiniōe eius. sufficit hoc qd' ter thomistas
euidenter apparet. ꝙ cum ego posui conclusionem credidi hanc esse opinioné Tho
me. & ꝙ ego nũc nō extorqueo propositionem ad sensum alienum ab eo qué tũc
habebam. Quod enim ego hoc a principio crediderim. & hæc fuerit sententia mea Nota.
de opinione Thome cum posui conclusiones. ex hoc patet euidentissime quia ego
istam posui conclusionem ꝙ de modo essendi in loco angelorũ non differunt. Tho
mas & Scotus. Scitur autem ꝙ expresse Scotus dicit ꝙ seclusa omni operatiōe ad
huc substantie incorporee debetur locus. Quare oportuit ꝙ ego crederem Thomã
esse in hac sententia. & ideo licet ego firmiter tenerem ꝙ christus ueraciter & pre/
sentialiter fuerit in inferno. & in hoc conuenirem cum Thoma & cum omnibus ca
tholicis. tamen quia ego putabam Thomam credere suam substantiam fuisse sibi
rationem locabilitatis & non operationem. Ideo dixi in conclusione mea nō eo mo
do quo ponit Thomas & cōis uia. Nec debet alicui uideri mirabile ꝙ Thomas in Quod San/
uno loco sequatur unã opinioné & ĩ alio aliã. Nã & ĩ primo snĩarũ seq̄tur opinio/ ctus thomas
nẽ cōmẽtatoris de genitis ex putrefactiōe. quã deinde in septimo methaphisice & quandoq; de
alibi reprobat. Item in secundo sententiarum sequitur opinionem cōmetatoris de eadẽ re diuer
materia cæli. quam deinde. & in secundo cæli reprobat & ĩ summa. Item in quarto sa senserit



& in questionibus super Boetium de trinitate tenet uiam commentatoris de dimē sionibus īterminatis. & in libello deinde ꝓprio ut creditur & ī multis aliis locis illā non tenet. Item in primo sententiarum dicit ꝙ eadem actione intelligitur ipsum ī telligibile & ipsum intelligere. In prima uero pte summe. & in tertio sententiarum tenet actionem reflexam differre a directa. Item in scripto tenet ꝙ anima xp̄i secū/dū ꝙ corpori cōiungibilis fuerit sicut aīa uiatoris. secūdū uero ꝙ uerbo cōiūgibilis ut aīa cōprehēsoris. In sūma āt tꝫ ꝙ aīa xp̄i totaliter & quātū ad oīa fuit sicut aīa cōprehensoris & ꝙ ipsa claritatis īpassibilitatisqꝫ dotē ī corpus nō trāsfuderit fuisse ex dispēsatiōe diuina. Itē & de sciētia xp̄i aliter sentit ī scripto & aliter ī sūma & ita de multis aliis. q. est uidere in quibus ipse diuersas diuersis in locis sequutus ē opi/niones ꝙ si isti oīo cōtendūt opinionem illam de modo essendi in loco secūdū ope/rationem esse etiā Thome nihil plus habebūt contra me nisi ꝙ opinio mea de mō descensus xp̄i tanto est probabilior & minus est heretica iudicanda quāto etiā secū

Nota.

dū opinionem sancti Thome est uera. Ob id autem magis miror a magistris istis damnatam conclusionem meam anteq̄ istam conclusionem hereticam iudicarent super ea ipsismet meā intentionē his uerbis nō modo declarauerā sed etiā scribēdā annotandāqꝫ dictauerā sic dicens. Nemo intelligat me ex hac cōclusiōe dicere ani mā xp̄i non descendisse ad inferos & aīam xp̄i intriduo non fuisse ī inferno immo utrūqꝫ cōfiteor. sed dico ꝙ neqꝫ motus localis neqꝫ alicubi locarį cōpetit alicui sbē separate sicut erat aīa xp̄i nisi ratione operationis. hec precise & nō alia de uerbo ad uerbum eis notanda ꝓnunciaui pro breui declaratiōe huius cōclusionis quā cū ad huc postea hereticā iudicauerint quam iam pro catholica habere possint ego nō ui

Arguit cōtra opponentes

deo. Et ut breuiter per modū argumētationis recapitulādo ostēdā errare illos ī fide qui credunt ꝓpositionem meā ab heresi nō posse defendi. Arguo sic ponens cōclu/sionem in se hereticam potest accusari de heresi pro quanto heresis est in intellectu. Sed ponens p̄dictā meam conclusionē nō potest ex eius positione accusari de here si ergo conclusio supradicta non est in se heretica. maiorem ipsi habent pro cōcessa minorē sic probo. Quotienscunqꝫ ponēdo totū illud ad quod sequitur de necessita te. a. propositio nō potest quis accusari de heresi etiam ponens a propositionem ac cusari non potest: sed ponens totum illud ad qđ sequitur positio conclusionis mee eo modo quo a me est posita non potest accusari de heresi ergo & ponens ipsam ꝓ positionē ut eā posui accusari nō pōt. Probo minorē sic contradictoriū huius dicti rō essendi in loco. i. hic uel ibi modo supra declarato separatis substātiis est opera/tio nō finitatio nature non est de fide & cōtradictorium huius dicti nō licet argue/re a tota copulatiua ad alterā eius ptem nō est de fide & cōtradictoriū huius dicti. Siquis posita aliqua assertiōe negatiua uel affirmatiua addat auctoritatem alicu/ius doc. cum propositione ut ly ut potest teneri ita bene determinatiue sicut relati/ue. Quia ita bene potest equiualere huic dictioni eo modo quo sicut huic dictionī ꝙ similiter non est de fide. & contradictorium huius dicti per cōmunē uiā ī rebus theologicis congruenter possumus intelligere uiā quæ cōiter tenetur in ea uniuer/

sitate ī qua tempore sic dicētis magis uiget studium theologie nō ē de fide. & cōtra dictorium huius dicti hoc tēpore ī uniuersitate parisiēsi magis uiget studiū theologie q̄ alibi nō ē de fide. & cōtradictoriū huius dicti in uniuersitate parisiēsi nūc cōmuniter tenetur ꝙ finitatio nature sit ratio locabilitatis substātie separate. nō ē de fide. & cōtradictoriū huius dicti Scotus & maior ps nominalium tenet supradictā opinionē. & Thomas eā uidetur tenere ī tertia pte sūme ubi agit de descēsu xp̄i nō ē de fide. Tūc sic. Si cōtradictoria hoꝝ dictoꝝ nō sunt de fide sequitur ꝙ ista dicta ponere credere & disputare nō ē in se hereticū aut cōtra fidē nec ipsa disiūctiue uel copulatiue ponēs tenēs & disputās pōt accusari de heresi. Sed ad hec dicta simul & copulatiue posita seqtur positio cōclusionis mee ut iacet precise ergo ponēs conclusionē meā p̄cise ut iacet de heresi accusari nō pōt. Probatiōes aūt oīum supradictorū habētur ex suprascriptis. nā de primo dicto patet ꝙ nō solū ē hereticū sed ēt rōnabilius suo opposito & a multis catholicis doc. creditum & approbatū & ī secūdo cōsentiūt oēs dialetici & oēs theologi qui unq̄ dialeticā nouerūt. ita de aliis oībus de qbus ēt si qs pōt dubitare uera sint an falsa. nemo tamē tam rudis ē. tā expers oīs doctrine. tā ignarus fidei & eoꝝ que ad fidē attinent q diceret illa credi nō posse absq; heresi & sic eoꝝ cōtradictoria eē de fide. Tūc aūt ulterius arguatur sic. Qui credit cōclusionē istam xp̄s. &c. Ex ui uerboꝝ & secūdū propriū & nō extortum usum loquēdi nō posse habere sensum catholicum credit contradictoriū alicuius uel aliquorū ex supradictis. vii. dictis esse de fide. Sed qui aliquid tenent eē de fide ꝙ non sit de fide male sentiunt de fide. quia contra dictum domini deuteronomii. iiii. nō addetis ad uerbum quod ego loquor uobis neq; minuetis ab eo ergo de conclusione mea male ut supra sentientes de fide male sentiunt. Vide o summe pontifex. uidete o apostolici ordinis augustissimi senatores uide o uniuersa Roma immo Italia immo christianorum ecclesia ut conuincantur in hac prima propositione in qua me maxime fulminabant & in qua multis non tam accusandi me q̄ excusandi se de sua damnatione ansam aliquam habere uidebantur & de caeteris quidem conclusionibus patebit luce clarius nullam uel minimam quidem potuisse eos habere occasionem damnandi eas de heresi & iam de ista prima in qua erant fortiores uisum est qualis sit & recte ne an non recte per eos fuerit damnata presertim iam explicato eis per me sensu quem per eam intendebam & uerbis conclusionis sine aliquo uel terminorum uel orationis abusu uel extorsione applicato. Et q̄uis hoc sufficiat ad defensionem conclusionis mee tamen ad pleniorem huius materie discussionem Dico ꝙ etiam interpretando cōclusionem eo modo quo ipsi interpretabantur ꝙ scilicet christus effectualiter tantum non presentialiter fuerit in inferno adhuc aliquibus forte possit uideri presumptuose per eos fuisse determinatum ꝙ conclusio simpliciter esset heretica. cum sit ꝙ Durandus ordinis predicatorum theologus maximus qui forte non minus doctrina magistros istos excedit q̄ ego excedar ab eis tenuit illam opinionem esse probabilem & cum ueritate articuli bene defensabilem. Sic enim scribitur in tertio sententiarum. Ad tertiū

Exclamatio

Deffendit postremo cōclusionē auctoritate durandi ex suphabundanti[1]

Durandus

Durandi uerba

sic proceditur & uidetur ꝙ Christus secundum animam non descenderit ad infer/
num quia idem finitum non potest simul esse in diuersis locis sed anima christi cū
esset creatura finita & statim post mortem fuit in paradiso cum anima latronis.
Cui dictum est luce. xxiii. Hodie mecum eris in paradiso ergo tunc saltem non po
tuit esse in inferno. Item ea quæ christus fecit & passus est in natura asumpta ordi
nata fuerunt ad salutem humanam. Sed ad hanc non profuisset ꝙ christus ad infe
ros descendisset quia per passionem quam in hoc mūdo sustinuit liberauit nos ab
omni culpa & pena ergo uidetur ꝙ christus ad inferos nō descendit. In cōtrariū ē
quod dicitur in simbolo. descēdit ad inferos. Et apostolus dicit ad ephesios. iiii. ꝙ
autem ascēdit quid est nisi quia descendit ad īferiores ptes terre. glo. i. ad inferos re
spondeo ꝙ cum articulus sit xp̄m ad inferos descendisse & nō potest ītelligi ratiōe
diuinitatis secundum quam est ubiq;. nec ratione corporis secūdum quam fuit in
sepulchro. restatq; intelligatur ratione humane nature anime. supposito quo uidē
da sunt duo primum est per quem modum anima christi descendit ad infernum.
Secundum est ad quem infernum descendit. Quantum ad primum sciendum est
ꝙ cum anima separata nō sit corpus nec uirtus in corpore nō potest dici ꝙ anima
christi descendit ad inferos eo genere motus uel descensus quo corpora mouentur
eo genere motus quo angeli mouentur nō clare patet. Angeli enim dicūtur moue/
ri de loco ad locum inquātum successiue operātur ī diuersis locis. anima separata
nō dicitur habere aliquam operationem circa locum uel circa corpus existens ī lo/
co quia cum ex natura sua sit determinata ad certū corpus nō pōt mouere nec age
re ī aliud nisi mediāte corpore proprio. sed illo caret dum est separata. ergo nō pōt
anima moueri de loco ad locum ratione operatiōis quam habet circa locum uel cir
ca corpus existens in loco. Nihilominus hoc nō obstāte potest dici anima separata
descēdisse ad infernum dupliciter. Vno modo secundum deputationem. & sic di/
cūtur descēdere ad infernum anime damnatorum simpliciter. quia simpliciter de/
putate sunt ut resumpto corpore sint ī īferno propter quod dicūtur ibi esse ubi sunt
simpliciter deputate. anime autē sanctorum patrū dicūtur ī limbo esse uel ad lim
bum descēdisse propter deputationem nō simplicem sed cōditiōatam. quia resum
pto corpore nisi liberarētur a redēptore. hoc autem modo nō dicitur anima christi
descendisse ad infernū. s. propter deputationē quia omnis talis deputatio est ꝑpter
culpam cōtractam uel cōmissam que in christo nō fuit. Alio modo pōt dici aīa se
parata descēdere ad īfernum secūdum effectum & hoc modo pōt dici aīa christi
descēdere ad īfernum propter duplicem effectum quem habuit ī illis qui erāt ī in/
ferno. Vnus effectus fuit exhibitio uisionis diuine qua carebāt. ad quam se habu
it passio christi per modum meriti & quia totum meritū depēdet principaliter ab
actu anime. Ideo hic effectus attribuitur sibi sicut principali principio merēdi. Itē
per appropriationem sicut xp̄s secūdū animam fuit beatus sic secūdum eam attri/
buitur ei fuisse causam beatitudinis in aliis. Cōgruum enim ē ut ens ī potētia redu
catur ad actum per id quod in actu ē. Alius effectus fuit secūdum quosdā ad quē

Quomō angeli moueāt̄ ad locum

Animam descēdere ad infernū dupliciter.

se habuit anima xp̄i directe per modum agentis.s. illuminare animas patrum que erāt in limbo & de misteriis quæ cadūt sub reuelatione. Secūdum enim Dyonisiū septimo celestis gerarchie. xp̄s secūdū animam habet docere angelos & rōne huius duplicis effectus potest dici anima xp̄i descendisse ad infernū. Cōfirmatur autem hoc triplici rōne. Prima ē quia moueri uel descēdere cōpetit aīe sepate nō p modū motus corpoꝝ sed per modū quo moueri cōpetit sbē spiritali sed reliquis substantiis spiritalibus puta deo & angelo nō cōpetit sibi moueri de loco ad locū p motū q̄ sit subiectiue in ipsis sed p effectū quē habēt ī aliis rebus ergo simili mō cōpetit aīe sepate & cōpetebat aīe xp̄i. Secūda ratio talis ē. xp̄s dicitur descendisse ad infernū ut aīas sanctoꝝ patrum illuminaret ad uidendum deū in eodē aūt instāti quo xp̄s mortuus ē sancti patres uiderunt deū. in eodē autē īstanti nō potuit aīa xp̄i esse ī inferno per motum. ergo nec descendit illuc per motum qui esset in ipsa. sed p effectum quem habuerit in aliis. Item sicut in illo triduo dicitur aīa xp̄i fuisse ī īferno cum animabus sanctorum patrum sic in illo triduo uel parte tridui dicitur fuisse in paradiso cum aīa latronis. Cui dictū ē Luce. xxiii. hodie mecū eris ī paradiso. sed id nō pōt intelligi quo ad locum acquisitum per motum. cum secundum ponētes spiritus in loco diffinitiue moueri de loco ad locum. Idem spiritus non pōt esse in pluribus locis nec moueri simul pluribus motibus ad plura loca tendētibus. quare oportet ut intelligatur secūdum effectū. ꝙ si quis dicat ꝙ paradisus dicitur dupliciter. Vno modo locus corporeus. s. cælum empireum & sic nō fuit anima xp̄i ī paradiso nisi post assumptionē. Alio modo dr̄ paradisus uisio diuine essentie & sic aīa xp̄i fuit ī paradiso ab instanti cōceptiōis et aīa latronis in ipso die passionis per quē modū nō repugnat anime xp̄i ꝙ simul fuerit in paradiso sic dicto. i. ꝙ uiderit deū. & ꝙ fuerit localiter in inferno si sic inq̄ dicatur non ualet quia sicut paradisus dicitur dupliciter sic infernus. Vno enim modo dicitur infernus locus correspondens īfra terram. Alio modo carentia uisionis diuine sicut ergo anima latronis nō dicitur fuisse cum anima christi in paradiso nisi quia merito passionis christi anima latronis uidit deum sic anima xp̄i non dicitur fuisse cum animabus electorum patrum in inferno nisi quia anime eorum quæ carebant uisione diuina & sic dicebantur eē in inferno merito huius passionis purgate sunt ab hac carentia utrūq ergo de pari debet intelligi quo ad effectum non quo ad locum uel motum localem qui fuerit subiectiue in ipsa anima. q̄uis autem istud probabiliter sit dictum etiā satis uideatur saluare articulum & dictum scripture. quia tamen uirtus diuina non comprehenditur a ratione humana. Ideo non ē pertinaciter asserendū ꝙ aīa xp̄i p aliū modū nobis ignotum nō potuerit descēdere ad īfernum. Ad primum argumētum dicendum ꝙ idem finitum nō pōt esse simul ī pluribus locis diffinitiue uel circūscriptiue nec isto modo ponitur animam xp̄i fuisse simul ī paradiso & ī inferno. sed secundum effectum nihil prohibet ꝙ idem finitum dicatur esse ī pluribus locis quādo effectus sunt cōpossibiles & simul subsunt uirtuti eiusdē agētis & sic aīa christi dicitur fuisse in paradiso simul & in inferno quia merito eius anima latronis uidit

Dyonisius

Prima ratio

Secunda

Tertia

Paradisū dupliciter dici

Infernum dupliciter dici

deū qđ ē esse ī paradiso & aīe patrū q̄ carebāt uisione diuina & ob hoc dicebantur esse ī īferno liberate sunt ab hac carētia & p cōsequēs ab īferno. īmo secūdū unū et eūdē effectū. s. secū dum liberationē patrū potuit aīa xpi dici. simul esse ī paradiso & ī īferno cōsiderādo terminū a quo & ad quē illius effectus rōne enī carētie uisionis diuine a qua fuerūt p passionē xpi liberati potuit dici aīa xpi fuisse ī īferno. rōne uero uisionis diuine ad quā sunt admissi potuit dici esse ī paradiso. Ad secūdum dicēdū ꝙ eo ipso ꝙ p passionē xpi liberati sumus a culpa & a pena dr̄ xp̄s descendisse ī īfernum quia merito eius passionis aliq adépti sūt a penis inferni. Descēsus enī ille nō attēditur secūdū motū localē existētē ī aīa sed secūdū effectū quē habuit in saluandis hæc Durandus ad uerbum. Qui cū talem opinionē nūq̄ īueniatur

Exclamatio

retractasse si ipsa sit simpliciter heretica & cōsequēter cōtra iam determinata ab ecclesia Seqtur ꝙ durādus mortuus sit hereticus. O insignis ordo predicatoꝝ & nostre religionis maximus splendor potes hæc pati doctorē tuum primū fortasse post Thomā aut sine dubio inter primos. cuius libri quotidie in tuis scolis. in tuis claustris. in tuis bibliothecis habentur. leguntur coluntur nunc esse pronunciatum hereticum. Agas tu cām doctoris tui. ego meam egi. īmo tu o ecclesia tuam agas cām quæ pmisisti p tot annos & nūc pmittis. Durandū publice legi & tā nephandā iuxta hos magistros illius heresim aut per ignorātiā nūq̄ agnouisti. aut per negligētiā & rei diuine cōtēptū agnitā nō damnasti. Quod si dicant non opus fuisse noua dānatione. cum hec opinio sit de iam damnatis. Primo ex hoc sequitur ꝙ dixi supra.

Ordo predicarorum
Thomas

Durandum. s. mortuū esse hereticum. Secundo & Capreolū & durādellū & multos alios doc. qui opinionē durandi recitant et eam tamen de heresi nō arguūt ignaros fuisse & rudes in fide. nec scientes discernere hereticum a non heretico. Tertio dicant mihi isti patres ubi ipsi istius opinionis legerunt damnationem. Ego quidē ut de me fateor me eam usq̄ legisse non memini. Conciliorum profecto determinationem nullam contra durandum affere possunt. Cum non solum dānata hec unq̄ fuerit opinio in conciliis. sed nec in aliquo eorum de ipsa habita mentio ē. Dicta itidem scripture sacre allegare contra eum nescio quo modo poterunt si non mentitur Scotus qui dicit teste Francisco ꝙ etiam de ipso de sensu xpi nedum de modo descensus non habetur expressa mentio in doctrina euāgelica & per premissa a nobis in principio. Q. patet de modo quo uteretur forte Durādus ad exponēdū auctoritates scripture quæ uiderentur esse contra eum. De auctoritatibus sanctorum forte multas possent adducere dicentium fuisse animam christi in triduo in inferno sicut corpus fuit in sepulchro & similia. & quicquid sit de fantasia Durandi quo. s. modo ipso supradictas auctoritates exponeret forte dicēdo de anima hoc dici & non de toto composito. quia per animam principaliter illa sit operatus quicqd inquam ipse dicat cuius ego opinionem nec teneo nec unq̄ tenui. Ego hoc dico & firmiter assero non ualere istam consequentiam. hæc opinio est contra dicta Augustini uel Hieronymi uel Gregorii & sic de cæteris docto. ecclesie ergo est heretica & huius dicti ueritas sicut est a bonis omnibus & subtilibus thologis credita ita a

Durandus
Capreolus
Durādellus

Scotus

Nota

me etiã euidenter probabitur. Quãuis enim sanctorũ doc. scriptura extra canonẽ biblie posita sit tradenda & legenda & cum debita reuerentia suscipienda nõ tamẽ sunt eorum dicta ita firme auctoritatis & ĩmobilitatis ut eis contradicere nõ liceat & circa ea dubitare nisi uel per scripturã sacrã aliter prebentur euidẽter & expresse uel firmiter per ecclesiã ipsa auctorisantem determinatum fuerit illa firmã ueritatem & indubiã continere. Ideo per dicta sanctorum extra canonẽ biblie precise nõ põt cõuinci opinio heretica manifeste. nã ubi nõ est infallibilis ueritas ibi nec fides certa & indubia.

De auctoritate doctorum .s. Augustini hier. greg. & aliorum

Cum fides certa ueritati infallibili innitatur. ĩmo circa talia nõ ẽ assensus infallibilis nec adhesio firma. Exquo enĩ ibi certa ueritas & indubia fides non est ei semper assentitur cum dubio & cũ formidine falsi. quia ut dicit Augustinus ĩ epistola ad Hieronymũ &. xi. cõtra Faustũ. c. viii. &. xvi. cõtra eũdẽ Faustũ si scriptura nõ cõtinet infallibilem ueritatem & ĩ aliqua pte sui falsa inuenitur non remanet ĩ ea certa fides qua ei firmiter credatur & pp falsitatẽ repertã ĩ una sui pte tota suspecta hẽtur & sic fides titubaret. Quia ut dicit Augustinus de fide xpiana. c. vii. titubat fides si sacrarum scripturarum uacillat auctoritas.

Ratio.

Augustinus

Quod aũt ĩ dictis sãctorũ extra canonem biblie nõ sit ueritas infallibilis quãtũ ad presens attinet tres mihi succurrũt probatiões. Prima est quia ipsimet doc. de dictis suis dubitãt an in eis errauerĩt an nõ. Vnde Augustinus primo de trinitate. c. i. inquit. Nec pigebit me si cubi hesito querere. nec pudebit me sicubi erro me corrigere. Et. c. ii. pinde q̃squis hoc legit ubi pariter hesitat. querat ubi errorem suum cognoscit redeat ad me. ubi meũ. reuocet me. hinc liber retractationum Augustini ĩ quo multa ex dictis ab eo antea dãnat & retractat. Vnde & secũdo de trinitate magis optabo a quolibet reprehẽdi q̃ siue ab errãte siue ab adulante laudari. Laudator enim & errãs cõfirmat errorem. adulator uero allicit ĩ errorem. Emẽdabit autem me iustus ĩ misericordia & arguet me. oleum autem peccatoris nõ ĩpinguet caput meũ. Et sicut dicit Guido carmelita ĩ libro de heresibus. licet Augustinus ĩ his dictis loquatur humiliter nihilominus loquitur ueraciter. Vnde ipse ad Vincentiũ dicit negare non possum nec debeo. sicut ĩ ipsis maioribus ita ĩ meis tam multis opusculis multa esse q̃ possunt iusto iudicio & nulla temeritate reprehendi. & ĩ libro de uera religione inquit quicquid in libris meis erroris inuenietur hoc solum mihi est attribuẽdum quicqd autem uerũ aut bene expositũ illud uni oĩum remuneratori & largitori deo tribuatur. Possunt ergo dicta Augustini egregii & diuini doctoris nõ semper ĩ omnibus continere indubiam ueritatem. Cum ipse circa ea dubitet errauerit nec ne & quod dictum est de Augustino dictum intelligatur similiter de aliis doctoribus.

Prima probatio q̃ ĩ dictis sanctorũ extra biblie canonem nõ sit ueritas ĩfalibilis

Guido carmelita

Augustinus

Secunda probatio sumitur a discordia quæ est inter ipsos auctores. Discordia enim ĩ scriptoribus testimonium est falsitatis. Cum sit necesse q̃ saltem unus discordantium falsum dicat. quia necessario altera pars cõtradictionis est falsa. Ideo Augustinus xvi. de ciuitate dei probat scripture sacre ueritatem ex mutua cõcordia scriptorum eius in qua omnes cõcordant & nullus ab alio discordat quod attestatur scripture sacre in dubie & infalibili ueritati. Vero enim & ueritati ut dicit phũs primo ethico

Secũda probatio

Augustinus.

rũ oĩa cõsonãt qđ nõ accidit ĩ aliis scripturis. Quãta.n.sit discordia ĩ dictis sãctoꝝ
extra canonicas scripturas nemo nõ nouit nisi q illoꝝ libros nõ legit. Discordat Au
gustinus a ceteris sanctis doc. circa ĩtelligẽtiã operũ sex dierũ. Quia alii ponũt ꝙ
deus fecit illa sex dieꝝ opa secũdũ successionẽ tẽporis dieꝝ. a qbus discordat Aug.
q ponit oĩa simul facta iuxta illud q uiuit ĩ eternũ creauit oĩa simul. Vnde motus
Aug. numerat illos sex dies nõ secũdũ successionẽ tẽpoꝝ sed secũdũ distinctionem
cognitionis angelice rerum in proprio genere & uerbo & tamẽ nõ dicuntur illi uel
isti heretici & cõstat ꝙ una opinionũ est falsa & p cõsequens dicta eorum nõ inni
tũtur infallibili ueritati. Similiter discordãt Hieronimus & Augustinus. qa Aug.
omnium psalmoꝝ auctorẽ facit Dauid. quod negat Hieronymus. Discordãt simi
liter super reprehẽsione Petri a Paulo an fuerit de peccato mortali aut ueniali ipsi-
us Petri. Item etiam discordãt in cessatiõe legalium sic ꝙ sibi cõtradicẽdo unus ne-
cessario falsum dicit & tamẽ ex hoc neuter eorũ hereticus reputatur. Similiter Be
da super primo regum dicit ꝙ Samuel fuit uerus sacerdos qđ expresse negat Aug.
in libro de questionibus noui & uete. testa. dicens Samulem nõ fuisse sacerdotem
cum nõ fuerit de filiis Aron. & Hieronymus primo cõtra Iouinianũ dicit simulq;
cognoscẽdum est ꝙ Samuel leuita nõ sacerdos nec pontifex fuit. Ideoq; nõ nomi-
natur ĩter sacerdotes sed ĩter eos qui inuocãt nomẽ domini. Dicta ergo istorum nõ
innitũtur infallibili ueritati cũ sibi cõtradicãt quorum una pars necessario est falsa
ut patet per philosophum. iiii. methaphisice. Quin ipse Aug. ĩ hac sentẽtia sibimet
uidetur aduersari. nam ĩ libro de questionibus noui & uete. testa. q. xlvi dicit ut di
ximus Samuelem nõ fuisse sacerdotem. & tamẽ. xii. cõtra Faustum. c. xxxv. sic di
cit commutatum sacerdotium ĩ Samuelem reprobato Hely. & commutatum est
regnum ĩ Dauid Saule reprobato. ubi clare Aug. dicit trãslatum sacerdotium ĩ Sa
muelem. sic ꝙ Samuel uere fuerit sacerdos sicut Dauid uere fuit rex. De eodem
etiam Samuele an fuerit resuscitatus uidetur a seipso dissentire Aug. Nam ĩ que-
stionibus noui & uete. testa. q. xxvii. tenet ꝙ Samuel nõ fuit per Phitonissam ue-
re resuscitatus sed demon ĩ similitudine Samuelis apparuit Sauli. & ĩ libro de cura
pro mor. agen. ponit ꝙ anima Samuelis a demone uere excitata per artem magi-
cam loquuta fuerit Sauli. Hieronymus etiam in illa. q. an Salem fuerit Hierusalẽ
uidetur in quadam sua epistola de cuius titulo nõ memini sibi cõtrarius. qui etiam
de. lxx. interpretibus contrarium sentit Aug. Item Greg. & Dyo. discordant circa
ordines angelorum & solus Hieronymus ceteris circa promotionem bigami aduer
satur. ipse enĩ tenet & scribit ĩ epistola ad Occeanum ꝙ Bigamus ante baptismum
post baptismum potest promoueri si modo post baptismum plures non cogno-
uerit uxores. Cui contradicunt ceteri dicentes ꝙ Bigamus siue ante baptismum
siue post baptismũ nõ potest promoueri & in hoc existimatur istos melius dixisse
ut scribit Aug. de bono cõiugali & Ambrosius de officiis. Item Hiero. ad marcellã
de quinq; qõnibus scribẽs dicit scõs q ĩ fine mũdi ĩueniẽtur nõ morituros sed uiuos
assumendos Augustinus autem in libro de ciuitate dei. Omnes tunc morituros as

Discordia in dictis sanctorum extra biblie canonẽ
Augustinus De operibus sex dierum
Hieronymus & Augustinus De auctore. ps.
De reprehensione petri
De cessatiõe legalium
Beda & augustinus cũ hieronymo đ sacerdotio samuelis
Aristoteles
Augustinus uarius super sacerdotio samuelis & resurectõe eius
Hieronymus uarius super salem
De. lxx. interpretibus
Gregorius & Dyonisius
De ordinibus angelorum
Augustinus
Ambrosius

firmat. Item Hieronymus super Matheum dicit hoc dictum psalmi in omnem terram exiuit sonus eorum &c. & illud christi predicabitur euangelium hoc in uniuerso mundo esse completum per apostolos. Augustinus autem in epistola ad Exitium cui cōsentit Origenes super Matheum tenet hoc nondum esse cōpletum. Itē Hieronymus super epistola ad Titū. tenet angelos per multa secula ante mūdum uisibilem extitisse & deo seruisse quod & Ambrosius tenet in Exameron. Augustinus autem super genesim tenet ꝙ simul cum celo empireo sint creati. Item Hieronymus in prologo libri sapientie tenet ꝙ ille liber sit philonis & non sit cōputandus īter sacras scripturas. Augustinus autem in tertio retractationū ostendit se quādo q; tenuisse ꝙ fuerit editus a Iesu sirach qđ ibi retractat. & licet nō exprimat a quo sit editus tamen in libro de doctrina christiana ipsum enumerat inter libros sacros. Item Hieronymus in libro hebraicarum questionum dicit ꝙ deus anteq̄ celum & terram faceret paradisum ante condiderat propter illud quod dicitur plantauerat deus paradisum a principio. Augustinus autem super Genesim ad litteram exponit a principio. i. tertia die. Item Augustinus in libro de concordia euangelistarum asserit totam negationem Petri factam fuisse in atrio anne & quæ dicta sunt inde post missum Iesum ad Caipham recapitulando dicta esse Hieronymus autē super Matheum uidetur uelle ꝙ Petrus in atrio Caiphe negauerit. Cui Beda ī lucam consentire uidetur. Item Hieronymus super illud abacuch. mundi sunt oculi tui negat singulos āgelos ꝑpositos singulis corporalibus creaturis. & aug. ī. lxxxiii. questionibus tenet ꝙ sic. Cui consentiunt Origenes & Dam̄. Item Hieronymus super illud Ione. Tollite me & mittite ī mare. dicit ꝙ licet ꝓpria perire manu. ubi castitas periclitatur aug. uero in libro de ciuitate dei cōtrarium affirmat. Multa deniq; reperiuntur talia quibus sancti. doc. inter se salua fide contraria conscripserunt. Sed nec omnia succurrunt properanti maxime. neq; enim elaborari hoc a me opus potuit exactiore diligentia quod uolui uenienti statim iniuste infamie morbo occurrere. scripturus alias super hac re ut maiore ocio & cura ita & plura & fortasse meliora addam tamen & illud quod nunc occurrit Hieronymi in epistola ad aug. sic dicentis. Nec mireris si in tuis libris & maxime in scripturarum expositiōe quæ uel obscurissime sunt. quedam a recta linea discrepare uideantur. & hoc dico non ꝙ in operibus tuis quedam reprehendenda iam censeam. neq; enim lectioni horum un q̄ operam dedi. nec horum exemplariorum apud nos copia est preter soliloquiorū tuorum libros & quosdam cōmentarios in psalmis quos si uellem discutere non dicam a me qui nihil. sum. sed a ueterum grecorum docerem interpretationibus discrepare hec ille. Sicut ergo ipsi ad se inuicem ita & nos ab eis in multis salua fide et ueritate scripture. & sancte ecclesie determinatione dissentire possumus. Tertia ꝓbatio sumitur ex spāli prerogatiua sacre scripture & sanctionum uniuersalis ecclesie quibus solis concedimus infallibilis ueritatis excellentiā. unde aug. cōtra Hiero. in epistola ad eum sic dicit. Ego enim fateor caritati tue solis scripture libris quæ iā canones appellantur didici hunc timorem honorēq; deferre ut nullum horū aucto

Hieronymus et augustinus cū origene

De dicto. ꝑs. ī omnem terram &c.

Hieronymus Ambrosius et Augustinus

De tempore creatōis angelorum

Hieronymus et augustinus

De libro sapientie

Hieronimus et aug.

De tpe cōditiōis paradisi

Hieronimus & aug. cū beda

De tpe negatiōis petri

Hieronimus & aug. cū dama. & origene

De ꝑpositiōe angelorū singulis corpora libꝫ creaturis

Hieronimus & aug.

De iterfectiōe sui ipsius

Hieronymus

Tertia ꝓbatō

Augustinus.

rum scribendo errasse firmissime credam aut si aliquid in eis offendo litteris quod uideatur contrarium ueritati nihil aliud q̄ mendosum esse codicem uel interpretē nō assecutum esse uel me minime intellexisse non ambigam. Aliorum autem scripturas ita lego ut quantalibet sanctitate & doctrina polleant. non ideo uerum putem quia ipsi senserint sed quia uel per alios locos sacre scripture uel probabili. i. euidenti ratione quod a uero non aborreat persuadere potuerunt. nec te frater mi arbitror sic libros tuos legi uelle tanquam prophetarum & apostolorum de quorum scriptis ꝙ omni errore careāt dubitare nephādum est. absit hoc a pia humilitate & ueraci de temet ipso cogitatiōe. Et ipse Augustinus tertio de trinitate sane cum in omnibus litteris meis. nō solum pium lectorem sed etiam liberum correctorem desiderem. Verumtamē uelut lectorem meum uolo mihi esse deditum. ita correctorem nolo. sibi & sicut illis dico nullis meis litteris quasi scripturis canonicis ī seruire. Sed ī illis & quod nō credebas cū īueneris incūctanter crede ī istis autē litteris quod certū nō habebas nisi certū ītellexeris noli firmiter tenere. Ita illi dico noli meas litteras ex tua opinione uel cōtētione sed ex diuina lectiōe. uel īconcussa ratione corrigere. Et Augustinus in epistola siue libro ad Vincentium. Noli ergo frater contra diuina tam multa tam clara tam indubitata testimonia colligere. uel calūniari episcoporum scripta minorum. sicut Hylarii Cipriani uel Agrippini. Nā hoc genus litterarum ab auctoritate canonū distinguēdum est. Non enim sic leguntur tanq̄ ex eis ita testimonium proferatur ut contra sentire nō liceat. Et in epistola ad fortunatum idem Augustinus nec quorumlibet disputatōes quāuis catholicorum laudatorum hominum uelut scripturas canonicas habere debemus ut nobis non liceat salua honorificētia quæ illis debetur hominibus aliquid in eorum scriptis improbare atq; respuere. Et ī libro de unico baptismo quis nescit canonicam sanctam scripturam ueteris & noui testamenti certis suis terminis contineri eamq; posterioribus omnibus episcoporū litteris ita preponi ut de illa omnino dubitari nō possit utrum uerum aut ratum sit quicquid in ea scriptum constitit esse. episcoporum autem litteras quæ post confirmatum canonem scripte sunt uel scribuntur & per sermonem forte sapientioris cuiuslibet & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem doctioremq; prudentiam. & per concilia licere reprehēdi. si quid in eis forte est a ueritate deuiatum. Possent infinita huiusmodi adduci. Ex quibus pateret dicta sanctorum infallibili ueritati ut precise sanctorum sunt non inniti. Vnde & sepe inuenies modernos doctores discedere a dictis sanctorum. Dicit enim Robertus Olchot ꝙ sanctus uir Anselmus in multis deceptus propter ignorātiam loyce. & Ocham de actibus ghierarchicis non sentit cum Dyonisio. Et Scotus in. iii. sententiarum quasi destruit totum processum anselmi in libro Cur deus homo. & ita sepe alibi inuenies de aliis doctoribus. Volui autem hec hic adducere non tam ob Durandi opinionem quam ego nec teneo nec unq̄ tenui q̄ propter id quod mox ī principio secunde. q. tractabitur. Ex his omnibus concludo ꝙ si non inuenitur expressa determinatio uel scripture sancte uel uniuersalis ecclesie contra opinionem

Augustinus.

Augustinus.

Hylarius
Ciprianus
Agrippinus
Augustinus.

Robertus olchot
Anselmus
Ocham discētire a dyonisio.
Scotū destruere processū anselmi
Epilogus

Durādi presumptuosum est ipsam dicere simpliciter hereticā. Si aūt īueniatur se/
rat oportet durādus patiēter hāc notā. Sed dicet aliqs esto ꝙ sensus tuus quē decla Obiectio
rasti te ptendere p illā ppositionē sit catholicus. Esto ꝙ illū etiā pmittat uis uerbo
rū nōne & propositio tua pōt facere illū sensum Durādi quē tu etiam detestaris. et
propterea tu errasti ponēs cōclusionē quæ scandalum posset facere in mentibus fi/
delium. Ad hoc ego dico primo ꝙ alia est ratio eorū quæ proponuntur disputāda. Respōsio pri/
Alia eorum quæ ad doctrinam in scriptis traduntur legēda. Cum enim quid dispu ma
tādū proponitur breuis & cōcisa & inexplicita proponitur propositio in se & uerbo
rum & sensuum multiplices implicans difficultates in ipso disputādi cōgressu dis/
soluendas. Alioquin si omnia ibi explicarentur disputationi locus non relinquere/
tur propterea ambiguam obscuram uel equiuocam propositionem ponens dispu/
tandam ideo excusatur quia futurum est ut inter disputandum ipsam distinguat
& declaret. qui uero doctrinaliter aliquid litteris mandant id faciunt scribendo qđ
hic fit disputando. Quare ibi omnia clara dilucida & expedita esse debent. Secun/
do considerent seuerissimi isti censores non solum difficile sed pene impossibile eē Secunda
ita librare & examinare uerba omnium propositionum quas quis proponit ut nul
la possit eē ī sensu ambiguitas & erronea inde opinio nulla elici possit nec hoc ego
profecto meis propositionibus arrogare uolo ꝙ euangelice & apostolice multe pro
positiones non habent. Multas enim & inter illas est reperire que & multiplices ha
bent intelligentias & ad erroneum sensum transferri possunt. immo quæ & prima
facie sonare heresim uidentur. hinc omnes hereses pullurarunt. dum. s. aliqui non Vnde hereses
tam profunditatem sensus introspiciebant q̄ quid cortex uerborum euāgelicorum pullularūt
sonat attendebant. hinc Arrius audiens pater maior me est patrem credidit eē ma Heresis arii
iorem filio & filium dixit esse creaturam. hinc Eluidius audiens ꝙ Ioseph non co/ Heresis elui/
gnouit Mariam donec peperit primogenitum suum attendens potius uim grāma/ dii
ticalem illius dictionis donec q̄ ueritatem sensus euangelici de perpetua uirginita/ Heresis mar
te Marie dubitauit hinc Marcion illud Pauli legens. Lex autē subintrauit ut abun/ cionis & ma
daret delictum. credidit legem Moysi esse malam & a malo principio iuxta Mani nichei
cheum & Basilides illud legens. ego aliquādo sine lege uiuebam credidit animam Heresis basi
Pauli ī alio corpore aliquādo uixisse. hinc Eunomius audiēs xp̄m respōdētē iudeis lidis
accusantibus eū ꝙ se diceret filiū dei scriptū eē & illud ego dixi dii estis & filii excel Heresis euno
si oēs rē potius dictā. & id qđ secūdū se respōsum ē attēdēs q̄ ītētiōnē & proposi mii
tum respōdentis credidit eo modo christum filium dei dici quo & quilibet sanctus
dicitur dei filius. Similiter & hec propositio illā diē neq; filius nouit multis fuit oc/ Error multo/
casio credēdi plura ītelligere patrē q̄ credat filius q̄ si secūdū sensum quē cōiter faci rum
unt uerba etiam interpretemur id uidetur p̄seferre cum tamē alia sit latētis sensus
ueritas. Possem infinitas similes propositiones adducere ex canone scripturarum.
& ideo bene dixit Hilarius intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicen/ Hilarius
di quia non sermoni res sed rei est sermo subiectus. Et glosa super istum textum Glosa

Inquit non semper debemus intelligere ut uerba prima facie sonare uidentur maxime ubi ambigua sunt sed debemus recurrere ad intentionem loquentis. Et Gregorius inquit plerumq; dum proprietas uerborum attenditur sensus ueritatis amittitur. Et Ggregorius. xxvi. libro moralium. Non debet aliquis uerba considerare sed uoluntatem & intentionem. quia non debet intentio uerbis deseruire sed uerba intentioni & Hieronymus super epistolam ad Galathas testatur non in uerbis scripturarum esse euangelium sed in sensu. non in superficie sed in medulla. non in sermonum foliis sed in radice rationis. Propterea Ocham in dyalogo fallificat hanc communem propositionem. uerba non ex opinionibus singulorum sed ex communi usu accipienda sunt. maxime in secunda parte. Dicit enim ꝙ in uerbis ambiguis & multiplicibus non est recurrendum ad communem intelligentiā sed potius ad intentionem loquentium. & ita dum est ambiguitas in doctrina alicuius dicentis uel scribentis. Similiter recurrendum est ad intentionem dicentis ut ipse se exponat & exprimat uerum sensum quem permittat uis uerborum nec est reprobādus nisi posset conuinci ꝙ talis sensus uerus aliis dictis suis esset contrarius uel esset impertinens proposito suo. & ita etiam in simplici loquela ad intentionem loquentis recurrendum esse dicit idem doctor. & standum esse interpretationi eius nisi constat aut probabiliter uel uiolenter presumatur ꝙ tali modo loquēdi ambiguo usus est ad decipiendum uel ad alium malum finem. Ex quibus omnibus concludo ꝙ non ego erraui qui cum protestatione probabiliter multiplicem proposuerim propositionem inter disputandum declarandam. quæ tamen etiam nullum potest facere sensum quem etiam aliquis doctor non reprobatus aut pro tali nondum per ecclesiam declaratus tenuerit. sed errauerunt potius qui propositionem habentem sensum catholicum quem permittit uis uerborum. & ꝙ est magis in eo sensu catholico iam eis a proponente declaratam simpliciter hereticam esse iudicarunt. Quod etiam si ante declaratum sensum meum fecissent, licet forsitan excusabilius errassent. tamen quia si uere docti sunt per se etiam poterant cognoscere habere propositionem duplicem sensum quod attendentes non solum simpliciter eam damnare sed in bonum etiam potius eam sensum interpretari debuissent.

Gregorius

Hieronymus

Ocham

Epilogus

Nam augustinus in libro de concordia euangelistarum illud Mathei exponens. nolite iudicare & non iudicabimini inquit hoc loco nihil aliud precipi existimo nisi ut ea facta quæ dubium est quo animo fiant in meliorem partem interpretemur De factis enim mediis quæ possunt bono & malo animo fieri temerarium est iudicare maxime ut condemnemus. Quod ergo de his que fiunt dicit augustinus dictum pariter intelligamus de his quæ dicuntur & ita speculatiuis applicantes sententiam augustini. Concludamus ꝙ in hiis dictis quæ possunt habere bonū & malum sensum temerarium est iudicare maxime ut condemnemus.

Augustinus

QVESTIO SECVNDA DE PENA PECCATI MORTALIS.

St autem secunda conclusio quã isti damnauerunt hec. peccato mortali finiti temporis non debetur pena infinita secundum tempus sed finita tantum.

e Et quia dum pono conclusionem in libello meo hec premittuntur uerba. Nisi essent dicta sanctorum quæ in manifesto sui sermonis uidentur dicere oppositum firmiter assererem infrascriptas cõclusiones Assero tamẽ ipsas esse ꝑbabiles & rationabiliter posse defendi. Quarum prima est hec. Peccatum mortale est in se malum finitum. Secũda est hec. peccato mortali finiti temporis &c. Quidam magister de hac mecum conclusione habẽs disputationẽ. quid inquit ipse aliud querimus testimoniũ ꝙ tua cõclusio sit heretica. cũ tu ipsemet manifeste dicas eã esse cõtra dicta sanctoꝝ. Valet. n. cõsequẽtia ẽ cõtra dicta sanctoꝝ ergo est heretica. ostẽdi ego tũc ei ut ẽt ĩferius ostẽdã quo modo mea cõclusio sentẽtiis sanctoꝝ nihil repugnabat. & qũo erãt ĩtelligẽda uerba. sed quãdo ita fuisset ꝙ cõclusio esset cõtra dicta sanctoꝝ quãtũ ualeret sua cõsequẽtia & q̃ docto ut se ipse iactat theologo esset ĩdigna patere põt unicuiq; ex su pradictis ĩ prima cõclusiõe. Scio qd dicerẽ hic de isto magistro. Est enĩ is q totiens ĩ patriã litteras misit de me quasi tropheũ triũphũq; pollicentes. Sed uolo ut ꝑmisi a principio rõnibus nõ cõuiciis agere cãm meã. Venio ad cõclusionem. & qa isti magistri iudicauerũt & cõclusionẽ ipsam & respõsiones ẽt quas eis sup hac cõclusione me ĩterrogãtibus dedi esse falsas erroneas & hereticas uolo prius declarare ipsam cõclusionẽ esse catholicã & cõsonã dictis fere oĩum doctoꝝ. dico aũt meã qa si eã ĩ alio sensu capias q̃ ĩ eo quẽ ego ꝑ ipsam intendo. iam nõ ẽ ista mea conclusio quam ego proposui. Propositio enim multiplex est multe propositiones deinde uolo declarare ipsas etiam responsiones meas esse tales. tam de ipsa conclusione q̃ de ipsis responsionibus declarando semper ꝙ sensus meos. i. quos per illas intendo permittit uis uerborum. Pro declaratione ergo conclusionis quinq; sunt notanda. Primo notandum ꝙ in peccato duo possunt considerari. Conuersio ad bonum creatũ & auersio a bono incommutabili & increato. Primo modo peccatum est malũ finitum etiam secundum omnes doctores. Secundo peccatum est malum ĩfinitum secundum cõmunem uiam. & quia conuersio ad bonum creatum quo peccãdo abutitur peccator est de intrinseca rõne ipsius peccati. Ideo dicitur ꝙ peccatũ est intrinsece malum finitũ. auersio autem a bono increato facit ipsum esse extrinsece ĩfinitũ quia solum pro tanto dicitur infinitũ malũ qa est auersio ab infinito bono. & ideo solum relinquitur ꝙ sit extrinsice & obiectiue infinitum malũ. Secũdo nota ꝙ per tempus possumus intelligere solum tempus uie & hoc modo certum est ꝙ neque peccatum nec quicq̃ aliud ad hominem pertinens possit esse infinitum secundum tempus cum tempus uie cuiuslibet uiatoris sit non solum duratione & finitum sed etiã breue. Alio modo possumus intelligere per tempus tempus uie & termini &

Quid sit facturus circa d̕clarationẽ & quo ordine
Propositio multiplex
Primũ notandum in peccato
Conuersio
Auersio.
Secũdum notandum
Tempus uie & termini

hoc modo accipitur in conclusione & sic aliquid potest in homine durare per tem/pus infinitum ut patet. Tertio nota ꝙ peccatū mortale potest capi dupliciter. uno modo pro actu prohibito uel obmissione actus precepti a deo. Alio modo pro rea/tu derelicto ex predicto actu prohibito uel dicta obmissione actus. qui quidē rea/tus in multis locis sacre scripture dicitur peccatū & per tale peccatū denominatur aliquis peccator cessante uel transeunte actu peccati primo modo dicti. Ex quo ter tio notando patet ꝙ rationabiliter est dicendum ꝙ licet in isto qui damnatur pro peccato mortali aliquando finiatur ipsum peccatum pro quo damnatur quan/tum ad entitatem intrinsecam ipsius actus qui primo modo denominatur pecca/tum. non finitur tamen quantum ad reatum. immo si sic finiretur nō deberetur ei pena eterna. & ita peccatum cui debetur pena infinita est infinitum secundum tem pus quātū ad reatū. Quarto ē notādū ꝙ deberi capitur dupliciter uel. dupliciē po test intelligi ꝙ alicui peccato debeatut aliqua pena. Vno modo dicitur id alicui de beri quod ei aliquando reddetur & sic dicitur rationabiliter & catholice ꝙ peccato finiti temporis quantum ad entitatem intrinsecam & reatum non debetur pena in finita secundum tempus & isto modo intelligitur conclusio presens ꝙ peccato fini/ti temporis nō debetur &c. Omne enim peccatum cui debetur isto modo. i. ꝑ quo aliquādo reddetur pena infinita est dicto modo īfinitum nec unꝗ aliquis dānatur nisi peccatum pro quo damnatur sit illo modo īfinitum secūdum tempus. Habet autem cōclusio & alium sensum catholicum hūc. s. ꝙ nūꝗ debetur ita. s ꝙ redda/tur alicui pena infinita secūdum tempus nisi ipse sit finaliter impenitēs & sine fine obmittat penitere de illo peccato quod obmisit uel commisit ī uita ita ꝙ pro tempo rali peccato predicto modo debetur pena infinita si non redeat peccator ad iustici/am. Sicut enim penitētia finit peccatum quātum ad deacceptatiōem. s. iuxta illud quacūq; hora īgemuerit peccator &c. Ita īpenitētia de aliquo peccato perpetuat ip sum ī reatu & deacceptatiōe ad penā īfinitam. & sic nunꝗ alicui pena infinita de/betur illo primo modo nisi habeat peccatū īfinitum secūdum tēpus. Vindicta. n. quam de peccatore petit deus est quod redeat peccator spōte ad debitum obediētē. dolēdo d' cōtemptu. alias torquebitur quo usq; sic uelit. Alio modo potest ītelligi aliquid alicui deberi quo meritorie uel demeritorie dignus ē et qđ ei ēēt reddetur si ī illo decedat. & sic ꝑ peccato mortali finiti tēporis debetur pena īfinita qa q morta liter peccat ī tempore unius hore est dignus pena īfinita. ipsaq; ei reddetur si ī isto finaliter decedat etiā posito ꝙ nō habeat aliud peccatum īfinitum secūdum tem/pus. hec distīctio huius dictiōis deberi est ī frequēti usu apud theologos. Vnde iux ta istā dictionem dicunt doc. ꝙ prescito ꝑ actu meritorio quē dū est ī gratia elicit nō debetur uita eterna. capiēdo deberi primo mō. qa nūꝗ ei reddeē. & similiter di cetur ꝙ ꝑdestinato dū ē ī peccato mortali nō debetur pena eterna qa nūꝗ ei redde tur eo ꝙ peccatū illud finietur & ī eo nō morieē sed ī grā. Ex ꝑdictis patet ꝙ ipā cō clusio mea habet sensum catholicū etiam secūdū usitatū modum loquēdi catholi/corū doc. nec fuit dānāda ꝑ heretica falsa & erronia cū oppositū eius potius falsū sit

Tertium.
Peccatū mortale accipi
Pro actu
Pro reatu
Quartum.
Deberi capitur dupliciter
Vīdicta quā de peccatore petit deus ꝗ sit
Nota
Vsitata distīctio huius distinctiōis deberi
Epilogus

& erroneum. Ruditatis autem maxime erat credere ꝙ ex predicta cõclusiõe ego ĩ/ Nota
tẽdebam negare penam eternam damnatorum. Quinimmo ex cõclusiõe mea ha
betur perscrutatio cause qua dãnati ineternũ puniũtur quam causam ego dixi esse
perpetuationẽ reatus ĩ aĩa peccatoris per finalem eius impenitẽtiam & perpetuam
obmissionẽ ĩgemiscẽdi de suo peccato quæ opinio nõ solũ uidetur nõ esse heretica.
sed ita catholica ut nemo eam si sit catholicus & ĩ sacris litteris exercitatus recte &
rationabiliter negare possit. Quod autem & propositio ex ui terminorũ hũc sensũ Declarat con
pretẽdat patet Sic enim dicit propositio. Peccato mortali finiti tẽporis nõ debetur clusionẽ ex
pena ĩfinita secũdũ tempus. In qua ꝓpositiõe ego accipio deberi ꝓ eo quod aliquã ui terminorũ
do psoluetur. quod usitatissimũ esse apud doc. iã patuit supra. & accipio peccatũ ꝓ nõ eẽ hẽticã
offensa & reatu. q̃ acceptio nõ solũ impropria ẽ uel abusiua. sed frequẽs ĩ sacris lit/
teris. postq̃ enim magister sententiarum ĩ secũdo inquirit. an trãseũte actu pecca/ Magister sen
ti peccatũ sit ĩ eo q peccauit donec ipse peniteat sic respõdet. Nõ ẽ ignorãdũ pecca/ tentiarum
ta duobus modis esse ĩ aliquo & trãsire actu. s. & reatu. Dicit etiã Durãdus ibidẽ Durandus
ꝙ dupliciter intelligitur finiri peccatum. Vno modo per solam actus cessationem. Finiri pecca/
Alio modo per peccati dimissionem. Quod autẽ etiã reatus dicatur aliquãdo pec/ tũ dupliciter
catũ expresse dicit Thomas ibidem sic dicẽdo. Reatus mediãs ĩter culpam & penã Thomas
sortitur nomẽ utriusq; extremi. Sed nõne etiã accipitur peccatũ pro reatu ibi. San
cta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluãtur. illi enĩ
defuncti pro quibus est orãdũ ut a peccatis soluãtur nõ sũt ĩ peccato capiẽdo pec/
catũ pro culpa mortali. neq; a tali peccato soluuntur post mortẽ sed solũ a peccato
capto pro pena uel reatu pene isto modo etiam accipitur peccatum ibi peccata tua
elemosinis redime & ita in multis aliis passibus scripture. Si ergo & sensus ꝓpõnis
catholicus & acceptio terminorũ ĩ ꝓpõne catholica & probatissima. quid erat cur
hãc cõclusionem meã pro heretica dãnarẽt. Nũc uenio ad respõsiões meas. & prĩo Respõsiones
dixi ꝙ si aliqs perseuerabit tãtũ per tempus finitum ĩ peccato mortali iste nõ puni quas auctor
etur nisi per tẽpus finitũ. quod dictũ tripliciter uerificatur. Primo cũ peccatũ mor/ dederat
tale pro reatu accipimus & nõ pro actu commissionis uel obmissionis ut dictũ est Primo
ĩ declaratiõe cõclusiõis. Secũdo aduertendum ꝙ ly peccato mortali de rigore logi/ Secundo
ce accipitur cõfuse & nõ determinate. Tertio quia uerũ sit ꝙ si iste qui peccauit pse Tertio
uerauerit tãtum per tempus finitum in determinato peccato puta ĩ obmissiõe pe/
nitendi de suo peccato. ita ꝙ aliquãdo penituerit de ipõ iste nõ punietur de ipso ni
si per tẽpus finitũ. & ꝙ hos catholicos sensus & nullũ a fide dissonũ ĩtẽderẽ patet ꝑ
id quod subiũxi in respõsione cum dixi stare cũ ueritate cõclusionis ꝙ quilibet de/
cedens in peccato mortali punietur in eternum. Cum autem ulterius quereretur a Questio
me an aliquis qui peccat tãtũ per tempus finitum uno peccato mortali & moria/
tur impenitẽs puniatur in eternum. Respondi ꝙ sic sed dixi ꝙ talis non punietur Responsio
pro illo actu solum quod uere responsum est ad questionem factam q̃q; etiam ue
rum sit quod si solum peccasset isto actu puniretur eternaliter sed exquo questio
ponit istum mori impenitentem ipse punietur etiam pro ipsa impenitentia. im/

mo pro infinitis obmissionibus penitendi & pro infinitis actibus aliis malis tota/libus uel partialibus in quibus persistit damnatus. Sicut enim continue male uult damnatus: & ita continue peccat & demeretur non quidem aliam & aliam penã essentialem saltem & quæ non est ipsa culpa sed eandem multiplicius ita punitur

Nota

pro illis actibus malis in quibus continuat. quia uero id uidetur esse cõtra communem modum dicendi sanctorum. licet nõ cõtra rem dictam & sensum suum. Ideo tam scripto q̃ uerbo dixi me non asserere istam opiniomem. s. in tali modo dicẽdi propter reuerentiam sanctorum. sed dixi eam posse probabiliter defendi. Finaliter etiam ultra predicta addidi ꝙ quilibet decedens in peccato mortali ex reatu istius peccati. ideo punitur in eternum quia ex hoc ꝙ decedit in isto reatu ponitur in tali statu ꝙ necessitatur ad peccandum in eternum. peccato saltem perpetue obmissionis penitendi & se disponendi ad gratiam. Predictas autem responsiones meas dixerunt isti magistri nõ esse satisfactorias argumentis & inquisitionibus suis immo ꝙ errorem errori superaddidi per talem responsionem. propter quod & responsiones & declarationes dixerunt esse falsas erroneas & hereticas. Quod autem in hac tam reprobanda damnatione sua errorem errori ipsi superaddant & non ego quis non uideat nisi qui catholicas ueritates simul cum eis oderit uel non intelligat. Bre

Recapitulatio

uiter autem recapitulando id quod intendo in hac conclusione est hoc ꝙ uerum ẽ quidem ꝙ mortale peccatum finiti temporis est dignum pena eterna & ei debetur & etiam aliquando persoluetur pena eterna si non fuerit dimissum ante mortem. Tamen si peccatum mortale est finitum secũdum tempus nõ solum quãtũ ad entitatem intrinsecam positiuam actus prohibiti a deo uel priuatiuam obmissionis actus a deo precepti. Sed etiam quãtum ad imputationem uel deacceptationem. reatum quoq; & maculam quæ ĩ multis locis scripture & ĩ cõmuni modo loquẽdi doctorum sepe dicitur peccatum & quæ sic est de ratione peccati eternaliter puniẽdi. ꝙ si nõ maneat dicta imputatio uel macula nunq̃ peccato debebitur & aliquãdo per soluetur pena eterna. De tali inq̃ peccato quantum ad omnia predicta finito que quidem finitio fit per penitentiam saltem de mortali actuali. Dico ꝙ ei non debetur pena eterna ĩtelligẽdo deberi alicui ꝙ ei aliquãdo reddetur uel persoluetur

Gregorius

immo quibuscũq; reddetur pena eterna pro peccato mortali illi sine fine fuerunt ĩ isto peccato modo superius dicto. & hoc est ꝙ ĩtẽdit Gregorius dicere peccatorem

Thomas

puniri pena eterna quia peccauit ĩ suo eterno. i. sine fine. & sic nos dicimus omnẽ hominem qui damnatur mori in peccato pra quo damnatur. Cõsentit & Thomas ĩ quarto sententiarum. dicẽs ideo durare penam damnatorum ĩ eternum quia culpa durat in eternum. Dico propterea ꝙ in omni isto qui damnatur est unum peccatum infiniti temporis tam loquendo de tempore uie q̃ termini. s. obmissio penitendi quæ in damnato nunq̃ habet finem & ita patet ꝙ infinitas duratiõis peccati istius qui damnatur ĩfinitas dico quãtum ad imputatiõis reatũ uel maculam & ĩpenitentiam uel obmissionẽ penitẽdi de isto est causa quod ei debebitur & aliquãdo persoluetur pena eterna & hæc satis de ista conclusione.

TERTIA conclusio quam damnauerunt fuit hec.
Nec crux christi nec ulla ymago adoranda est adoratione latrie etiam eo modo quo ponit Thomas.

Hanc cōclusionem per istos damnatam ego nō solum credo eē catholicam sed etiam ueriorem sua opposita quæ est hec. Crux christi & imagines sunt adorande latria eo mō quo ponit Thomas. Minus enim mihi uidetur ratiōabilis ī hoc opinio Thome q̄ sit opinio Durādi. & Henrici de Gandauo. Ioannis de guarra. Roberti olchot. Petri de aquila & aliorum complurium quos ego sequor ī cōclusione. quod ut manifestum fiat ponā primo opinionem Thome quam ego nō teneo. Deinde opinionem doc. quos sequor. Ex quibus patebit determinationem istorum magistrorum de mea cōclusione pter id quod nec recta sit nec iusta. totum etiam oppositum p̄supponere eius quod intendo ī cōclusiōe. Dicit ergo Thomas ꝙ quia sicut dicit philosophus ī libro de memoria & reminiscētia duplex est motus anime ī imaginem unus in ipsam imaginem secūdum quod est res quedam. alio modo ī imaginem ut est imago alterius. inter hos duos motus est differētia quia primus motus quo aliquid mouetur ī imaginem prout est res quedam est alius a motu qui est in rem cuius illa est imago. Secūdus autem motus qui est ī imaginem. inquātū est imago ē unus & idem cum illo qui est ī rem. & ideo cōcludit ꝙ licet imagini christi ut ē res quedam in se nō debeatur adoratio ei tamē ut est imago debetur eadē reuerentia que debetur ipsi christo que ē adoratio latrie. iste est modus Thome qui aliis doc. merito uidetur extraneus & periculosus. nam ipsa imago etiam ut imago ut sic est distincta ab imaginato ut sic enim refertur ad imaginatum tanq̄ ad aliquid a se distinctum. quare etiā si ut sic terminabit adorationem latrie. uidetur sequi ꝙ aliqd aliud a deo adorabitur latria quod est absurdum. nec potest dici ut dicit Capreolus uolēs saluare dictum Thome ꝙ ipsa imago nō adoretur seorsum sed imago & imaginatum sint unum totale obiectum adoratiōis. Quia aut huius totalis obiecti altera pars est ipsa imago quæ est ens creatum respectiuum aut non. Si non ergo nō debet dici ꝙ ex illis duobus fiat unum obiectum totale quia ex tali dicto sequitur ꝙ utrūq; illorum sit obiectum partiale licet alterū illorum principalius si sic sequitur ꝙ aliqua res creata de genere relationis saltem partialiter terminabit adorationem latrie. quod certe dicere uidetur male catholicum eo. magis ꝙ nō solum hoc nō potest dici de re creata. sed etiam ipse persone ī diuinis ratione proprietatis relatiue nō sunt formalis terminus adorationis. Fundamētū autem Thome parū efficax uidetur. Nam cū dicit philosophus ꝙ idem est motus anime in imaginē & imaginatum. nō sic ītelligit ꝙ anima dicat imaginem ut imago est esse idem cū exēplati & ita quicquid uni debetur etiam alteri deberi. sed solum ītēdit hoc philosophus

[Marginalia: Thomas / Durādus / Henricus de gandauo / Ioannes de guarra / Robertus olchot / Petrus d̄ aqla / opinio sancti Thome / Cōtra respōsionē capoli. / Cōtra fundamētū opinionis]

ꝙ motus recordatiuus quo aīa recordatiue mouetur ī imaginē ut ē imago etiā terminatur ad imaginatū. Habet & aliū sensum uerū & est. quia si ego habeo conceptum definitiuū unius relatiui intelligo etiā aliū sed ꝙ oīs motus aīe & maxie uolūtatis sit idem ī imaginē & imaginatū hoc nullo modo ītēdit philosophus patet a simili etiā secūdū modū loquēdi quo utitur ipse Thomas. Sepe enī ipse dicit ꝙ idē est motus uolūtatis quo uolūtas fertur in finem. & ī ea quæ sunt ad finem cū uult ea propter finem. & tamen certum est etiam secundum eum ꝙ ille motus ut attingit finem est fruitio ut auten attingit ea quæ sunt ad finem est usus & non fruitio. Videtur ergo aliis doctoribus nullo modo dicendum ꝙ imaginem christi etiam ut est imago adoremus adoratione latrie quia ut sic est res creata diuinitati non unita & ꝙ magis est ut sic est entitas respectiua. propterea dicit Durandus. ꝙ ista propositio crux christi adoratur latria. in sensu proprio est falsa habet autem sensum improprium uerum. & est iste. Christus ut rememoratus p crucem uel ut presens in cruce sicut imaginatum est presens in sua imagine adoratur eadem adoratione ac si esset presens in se. & secūdū hunc sensum concedo ego etiā istam propositionem. Crux adoratur adoratione latrie. hoc est ergo quod dicit Durandus ꝙ adoratur rememoratiue & eandem sententiam intēdit Robertus olchot cū dicit ꝙ magis ꝓprius modus ē loquēdi. dicere adoramus ante crucē. q̄ dicere adoramus crucē. Eādē deniq; sniam ītēdūt Hēricus & Ioānes de guarra Cū dicūt ꝙ adoratur per accidens. & idem dicit Petrus de Aquila. Verum id quod plus addunt Henricus & Ioannes de guarra qui in hac materia completius loquuntur est hoc. Dicunt enim isti ꝙ imagini per accidēs siue rememoratiue debetur ille honor qui per se debetur imaginato & rememorato. certum est autem ꝙ nihil est cui per se debeatur latria nisi deus trinus & unus & christus propter unitatē suppositi dei autem imago esse non potest. Restat ut siqua est imago cui per accidens & rememoratiue debeatur latria sit imago christi. Verū quia talis imago principaliter nobis representat humanitatem xp̄i. Secūdario autem diuinitatem. uidetur ꝙ primario per accidēs ei talis honor debeat̄ q̄lis dētur p se hūanitati xp̄i. humanitas āt xp̄i per se sumpta solum adoratur yperdulia. ergo & tali imagini primario per accidēs solū debebitur adoratio iperdulie. Secūdario autē per accidens debebitur adoratio etiam latrie eo. s. modo quo dictum est. quia & ipsa imago secundario nobis representat & rememoratur diuinitatem etiam ipsam xp̄i & in hoc habent conuenire cū Henrico Franciscus de mayronis. & omnes Scotiste qui dicunt ꝙ humanitati christi non debetur latria. Thomas autem quia uidetur tenere oppositum de adoratione humanitatis christi forte etiam ī isto casu ab Henrico dissentiret & uere opinio Thome ut dicit Fran. in tertio est aliqualiter piculosa & ī ista materia de adoratione non uidetur mihi esse eius uia bene tuta. eo enim usq; processit ut etiā in tertio sententiarum diceret ꝙ cruci christi in qua pependit etiam ut rei inanimate deberetur aliqua adoratio & tamen scimus secundum omnem theologiam ꝙ id quod non potest esse sbm̄ susceptiuum sanctitatis uel uirtutis non potest esse ter-

Opinio aliorum doctorū

Opinio durādi.

Opinio Roberti olchot & Henrici & Io. de guarra & petri đ aqla.

Que addant Henricus & Io. de guarra

Opinio Francisci de mayronis & scotistarum

Opinio Thome aliqualiter periculosa in hac materia

minus alicuius adorationis & ille Io. capreoli defenſor Thome ipſe etiam fatetur id
dictum Thome non poſſe defendi. nec habet aliam uiam ſaluādi Thomam niſi ꝙ Io. capreoli
dicit ꝙ ipſemet Thomas uidetur deinde aliter ſenſiſſe in ſumma. Ex his ergo pate/
re poteſt q̄ ſit catholica cōcluſio mea & rationabilior ſua oppoſita & communi uie
theologorum magis conſona cuius ſenſum breuiter recapitulando dico ꝙ hec pro/ Recapitula/
poſitio crux chriſti adoratur poteſt habere duos ſenſus. unus eſt proprius. ſ. ꝙ crux tio ſenſus cō/
chriſti ſiue ut res ſiue ut imago ſiue ut partiale ſiue ut totale obiectum adoratur tā cluſionis
quam terminus adorationis & iſte eſt ſenſus quem intendit Thomas & quem ego
nego. Alius eſt ſenſus improprius dicte propoſitiōis. & eſt. crux chriſti adoratur. i.
chriſtus in ea ut in ſuo rememoratiuo adoratur ac ſi eſſet preſens in ſe & iſtum ſen
ſum ego concedo & cum eccleſia oro dicens. O crux aue ſpes unica. Et crucem tuā
adoramus domine. Ex dictis iam patere multa poſſunt. Primo patet quid ego ītel Deducuntur
ligerē cum dixi alias ꝙ ſequendo opinionem Henrici. & Io. de guarra imagini cru multa
cifixi debeatur iperdulia quod erat. ſ. intelligendum ratiōe eius quod primario no/ Primum
bis rememoratur & eſt humanitas chriſti & truncate hoc dixi quia ad auctores il
los me referebam quos iſtis magiſtris utpote ueteranis & lectos iam decies & perle
ctos exiſtimabam. Secundo patet ꝙ falſe ipſi dixerunt me negare omnem mo/ Secundum
dum adorationis latrie. cum expreſſe ego dicam ī concluſione me negare modum
Thome quod etiam ſi nō dixiſſem ſed ſimpliciter ſic ſtaret propoſitio nec crux nec
ulla imago adoranda eſt latria. adhuc de uirtute ſermonis iſta propoſitio non ne/
garet omnem modum adorationis latrie. nam patet ſecundum bonam logicam ꝙ
negatio uel diſtributio termini multiplicis non negat aut diſtribuit ipſum pro om/
ni ſuppoſito cuiuſlibet ſignificati. alias iſta propoſitio omnis canis eſt ſtella eēt ſim
pliciter concedenda uel ſimpliciter neganda. Sicut ergo non dicit copulatiue ꝙ om
nis canis celeſtis & omnis canis marinus & omnis canis latrabilis ſit ſtella licet de
omnibus predictis inconiunctim id dicatur ita in iſta negatiua crux non adoratur
adoratione larie. ubi li adoratur eſt equiuocum ad adorationem per modum ter/
mini & ad adorationem per modum rememoratiui non negatur copulatiue om/
nis modus adorationis inconiunctim tamen. Tertio patet ꝙ iſta propoſitio etiam Tertium
ſic abſolute & indiſtincte potuit poni. Crux non eſt adoranda adoratione latrie qa
in ſenſu proprio eſt uera aut ſaltem probabilior ſua oppoſita. qui ſenſus magis eſt
attendendus de rigore ſermonis q̄ ſenſus improprius in quo eſt falſa. ſicut enim ter
minus analogicus per ſe poſitus ſtat pro famoſiori ſignificato. ita oratio habens ſen
ſum proprium & improprium ſi ſine ſpecificatione dicitur magis eſt accipienda ſe
cundum ſenſum proprium q̄ improprium & ideo eam ut dixi etiā indiſtincte po/
tui poſuiſſe ſenſum in quo eam intelligo declaraturus inter diſputandum. Ex quo Nota
infero ꝙ licet in propoſitiōe multiplici forte melius ſit facere ſicut ego feci in iſta de
terminare. ſ. ſenſum in quo ponitur q̄ ipſam indiſtincte ponere maior tamen ē de/
fectus in damnando indiſtincte & ſimpliciter propoſitionem ueram in ſenſu pro/
prio propter falſitatem ſenſus improprii q̄ ponendo indiſtincte illam propoſitionē

propter ueritatem sui sensus proprii quod non solum uolui hic annotasse pro ista conclusione tantum in qua ego determinate nego modum Thome q̄ propter multas alias que licet habeant sensum catholicum quem semper promisi me declaraturum ut modo etiam declaro. damnate tamen fuerunt simpliciter & indistincte.

Verum ꝙ qualitercūqꝫ sit de mea conclusione damnationem suam ab errore excusare non possunt. sic euidenter declaro hec formaliter fuit sua determinatio quia ipse negat omnem modum adorationis latrie ad crucem. secundum uiam catholicorum doctorum & orationem quam facit uniuersalis ecclesia ad crucem. ideo dicimus prefatam conclusionem esse scandalosam piarum aurium offensiuam. & contra consuetudinem uniuersalis ecclesie hec precise fuit illorum sententia. Primo dicant mihi ubi uidetur eis ꝙ ego negem omnem modum adorationis latrie ad crucem secundum uiam catholicorum doctorum non utiqꝫ habent hoc ex conclusione ĩ qua expresse & specificate dico me negare modum Thome nisi forte quod credere non possum propterea ꝙ nullum alium doctorem uiderint existimarent modum Thome esse omnem modum. ex responsione item mea hoc habere non poterant me negare omnem modum adorationis latrie secundum uiam catholicorum doctorum. Cum expresse dicam in responsione me eum modum concedere quem concedit Ioannes de guarra qui fuit preceptor Scoti. & solemnis doctor Henricus de gandauo nisi forte & Henricum & Ioannem uelint dicere non esse catholicos quod necessario sequitur ex dictis suis nam cum ego eis dixerim me sequi Henricum & Ioannem & ipsi deinde dicant me nō sequi catholicos doctores quis ex hoc non inferat non esse illos quos dixi me sequi doctores catholicos. Quis autem hoc ferat quis equo animo patiatur. Henricum & Ioannem tam preclaros tam excellentes doctores ecclesie lumina fidei propugnacula pro non catholicis & consequēter hereticis & infidelibus reprobari. non possum non stomachari aliquādo. sed tamen me reprimam. Attendamus autem ad secundum errorem. Dicunt ꝙ conclusio est scandalosa & piarum aurium offensiua & contra consuetudinem uniuersalis ecclesie o damnatissimum iudicium uideant ut laqueos effugere non possunt. Aut enim conclusio mea non negat nisi modum Thome modo supra exposito. & tunc patet conclusionem meam non esse contra consuetudinē ecclesie ut diffusissime fuit declaratum. Aut ut ipsi uolūt negat omnem modum adorationis & negat adorandas esse imagines forma ecclesie consueta & tunc conclusio non est scandalosa uel piarum aurium offensiua sed simpliciter heretica. Cum enim iuxta Damascenum honor secundum ritum ecclesie imagini exibitus perueniat ad protothipon qui modum ecclesie in adorandis imaginibus non obseruat ipsum imaginatū & representatum quod est deus latria non adorat quare qui conclusionem hoc negantem iudicat scandalosam & non simpliciter hereticam ipse est simpliciter dicendus hereticus.

Io. de guarra p̄ceptor scoti Henricus de gandauo

Damascenus

QVESTIO QVARTA AN SVPPOSITARI A DEO POSSIT NATVRA IRRATIONALIS.

q Varta conclusio damnata per istos est hec. Non assentior communi sententie theologorum dicentium posse deum quamlibet naturam suppositare sed de rationabili tantum hoc concedo.

Per hanc conclusionem ego non intendo negare deum posse quamlibet naturam suppositare. Sed solum intendo negare assensum particularem & explicitum huius assertionis. Deus potest quamlibet naturam suppositare & inter has duas intentiones magna est differentia quia etiam si hoc esset de possibilibus secundum potentiam absolutam dei propositio tamẽ de uirtute sermonis solum negans assensum positiuum explicitum in particulari illius dicti non derogat oĩpotẽtie dei de uirtute sermonis nec de uirtute sermonis heresim aliq̃ sapit. & ratio est quia non omnis fidelis tenetur assentiri explicite & in particulari oibus possibilibus secundum omnipotentiam dei absolutam aut ista explicite & in particulari profiteri. sed quedam talia sufficit credere in generali & implicite & nulla p tinaciter discredere. ideo ego non sine misterio non posui conclusionem in istis terminis deus nõ potest quamlibet naturam suppositare sed in istis non assentior sententie dicenti ꝙ deus põt qualibet naturã suppositare. Ex qua conclusione de uirtute sermonis non potest inferri ꝙ deus hoc nõ potest. nec potest dici hec a me asseri in conclusione. non enim in prima parte que est negatiua. nec in secunda ex qua solum sequitur ꝙ tantum habeatur actus concessiuus de natura rationabili distincte. s. & in particulari. Nego igitur assensum particularem & explicitũ huius assertionis in me. deus potest quamlibet naturam suppositare & negare possum rationabiliter. tum quia oppositum etiam si sit uerum quia tamen nobis ignotum esse potest in particulari & explicite uidetur ꝙ non obligor explicite credere. tum maxime quia non est facile falsificare aut conuincere assertionem illam. deus non potest &c. omnipotentie dei derogante quod maxime confirmatur auctoritate solẽnis doctoris Henrici de gandauo qui postq̃ opposite fuit opinionis. ꝙ. s. quelibet natura possit assumi. ad istam deinde declinauit ꝙ solum rationabilis potest assumi. sic. n. scribit Henricus quia de nature assumende possibilitate non est dubitatio an deus possit sibi assumere quamcumq; naturam assumptibilem. ideo tota difficultas huius questionis uertitur circa possibilitatem nature assumende & sunt circa hoc due pões solẽnes. Dicit enim positio communior & solẽnior. Cui quãdoq; aliquãtulum assentire consueui ꝙ quelibet natura subsistens in creaturis potest assumi et isti tenent ꝙ aliqua natura sit eleuabilis. cui correspondens potentia non sit eleuabilis quod mihi non uidetur posse rationabiliter poni. Ad cuius ĩtellectum est aduertendum ꝙ deus dupliciter habet esse in creaturis. Vno modo naturaliter & modo congruenti nature alio modo uoluntarie & modo supergredienti limites nature. Primo modo habet esse per illapsum in omni natura & creatura. Secundo modo

Henricis de gandauo

Verba hẽrici

Prima positõ quam recitat henricus

Cõtra hãc positionẽ ar.

Deũ dupliciter habeꝛ̃ esse in creaturis.

habet esse solummodo in natura assumpta p circūincessionē. & licet p illapsum deus sit intimus oī creature & intimior q̄ ipsa sibi aut forma materie p circūincessionē tamē sit intimissimus oī nature assumpte. & intimior q̄ insit alicui nature p solū illapsum. Per intimationē enim circūincessionis nature assumpte assumēs unitur ineffabiliter & incōprehensibiliter nature assumpte qd necesse est naturā assūptā amittere propriū eē subsistentie. si quod ante assumptionē in ea fuit. uel si nūq̄ ipsum habuit subintrare esse subsistentie nature ad quam assumitur ut sit idem suppositum subsistens in duplici natura. Vtraq; enim illarum naturarū in unione earū retinet suū proprium esse essentie. per illapsum autē deus intimatur omni creature naturaliter & modo congruenti nature ad duo. s. ad actum nature primū qd est esse stabiliendum ut persistat & ad actum nature secundum quod est operari producendum ut existat. Sine illo enim illapsu non potest creatura in esse persistere. neque propriam operationem elicere. Quia per illapsum deus creaturam in eē conseruat & cooperādo omnem suam actionem siue operationem illi ministrat dicente Gregorio. libro. xvi. moralium. Super id Iob. xxiii. ipse solus est nunqd non sunt angeli. & homines celum & terra utiq;. Sed aliud est esse. s. absolute & aliud principaliter esse. Sūt enim hec sed principaliter nō sunt quia in semetipsis nō subsistunt. ex quo creata sunt. cuncta quippe ex nihilo facta sunt eorumq; essentia rursum ad nihilum tenderet nisi eam auctor regiminis manu teneret. Ecce primum dictorum. & sequitur de secundo & simul per se nec subsistere ualerent nec moueri. in tantum subsistunt inquantum ut esse debeant acceperunt in tantum mouentur in quantum occulto instintu disponuntur. arescit terra. concutitur mare. ignescit aer. obtenebrescit celum. inardescunt homines. mouentur angelice uirtutes. num hec suis instinctionibus & non magis diuinis impulsionibus agitantur.

Intimari per illapsum

Gregorius

Esse

Absolute principaliter.

Per circumincessionem uero deus intimatur soli nature quam uoluntarie assumit sed modo supernaturali. & hoc similiter ad duo. s. ad sublimādum naturā ad actū primum qui est esse subsistentie diuini suppositi. & potentiam ad actum. s. qui est operari actum beneficum intelligendi & uolendi. Sine dicta enim circumincessione non posset natura in esse diuine subsistentie sublimari. neq; differentiam operationum percipere uidendo. s. & amando diuinam essentiam modo congruenti creature. Sed per circumincessionem deus naturam assumptam ad diuinum eē subsistētie subleuat & ad operarionē diuinā ꝓmouet dicēte Damasceno. li. xiii. c. xvi. caro domini deificata dicitur esse. & iō cōi diuiduali nō secūdū transmutationē nature. sed secūdū dispēsationem unionis secūdū quā indiuisibiliter deo uerbo unita est caro p eā q̄ inuicē naturarū circūincessionē & ita diuina caro diuinis actionibus ditata est pp sincerissimā ad uerbū unionē. sumit ibi carnē ꝓ tota hūana natura. Ex his arguo sic. sicut se habet deus in omni creatura per illapsum naturalem ad duas actiones predictas supergredientes limites nature. ut iā patet ex dictis Damasceni nec potest negari simile quo ad aliquid. quia sicut illapsus inquātū natus ē opari i eo cui deus illabitur dicta duo. sic circūincessio nata ē quātū ē ex se semp operari il

Intimari per circūincissionem

Damascenus

Argumētum henrici

la duo. Sed nulla creatura nature est susceptibilis. neq; potest eē susceptibilis illap sus dei ad suscipiendum in se modo congruenti nature primam dei operationē pre dictam quinetiam sit susceptibilis in se operationis secūde. quia nulla creatura pōt esse per substantiam cui nō possit cōuenire aliqua operatio per potentiam. qa secū dum philosophum in fine. iiii. methaurorū. oīa ope determinātur & sunt pp suas operationes. & tamdiu sunt q̄diu possunt agere suas ꝓprias opationes. & cū desi nunt posse operari suas proprias operationes. tunc simul desinunt esse. ut enim di cit Damascenus ibidem ca. xvii. Intellectus insipiens & priuatus cognitione nō uti q̄ erit unq̄. Si enim inoperabilis & īmobilis est inexistibilis omnino est. per hoc a perte insinuans ꝙ si non posset eleuari propter intellectum non esset assumptibilis ipsa substantia ītellectus. nec ipse homo. quia nec esset homo secundum ꝙ premit tit ibidem. Quoniam aut rationale intellectuale alias homo qualiter ergo homo actus est deus si carnem inanimatam uel animam anoin. i. sine intellectu asump sisset. Nō hoc enim homo. ergo similiter nulla creature natura est susceptibilis. aut possit esse susceptibilis circumincessionis dei ad suscipiendum ī se supra limites na ture primam dei operationem predictam quinetiam sit susceptibilis in se operatio nis secunde. secunde autem non est susceptibilis nisi per potentias intellectus & uo luntatis ergo &c. Idcirco licet argumentatio Augusti. tacta in prima rōne nō tenet de forma. tamē nō fallit in aliqua materia quin sequatur. si natura ista puta hoīs est eleuabilis secūdū essentiam quin sit necessario simul eleuabilis secūdū potētiā. & si nō secūdum potētiam. nec secūdū essentiā. queādmodū sequitur. si aīa sortis ē īmortalis. & cuiusq; hoīs aīa ē īmortalis. & si nō cuiuslibet. nec sortis. qa eadem rō īmortalitatis uel mortalitatis ē ī oībus. Et ideo talis argumētatio rōne materie ta lis bene tenet ac si teneret secūdū formā argumēti quæ reuera tenet uirtute forme habēdo. s; aspectū ad cōem rōnē q̄ conuenit alicui nature. puta īmortalitas aīe. Il la enī eadē ē ī oī aīa. Videamus ergo de possibilitate & īpossibilitate huius assum ptionis. Et ex parte. quidem ut diximus non est dubitatio. Sed quia nobis incogni ta est ex parte susceptibilis Idcirco nobis est difficilis intellectus ueritatis in dicta q̄ stione. Propterea hic est alia positio a predicta licet minus solēnis. quia tamen ma gis applicabilis est animo. licet non uideatur ita uera propter inconsuetudinem. ta men forte uerior est ꝙ. s. nulla natura susceptibilis a deo sit dicto modo per circūin cissionē. nisi natura ītellectualis magis mihi placet. Tenendo igitur hanc opinionē ad presens. Dico ad primum in oppositum incorporeā aīe rōnalis uel angeli & in homine naturā corporis inquātū ordinatur ad aīam. ut pfectibile ad pfectionem. & in quo aīa suā operationē ītellectualē efficacius opatur amota ab ipso oī dispo sitione accidētali impediēte quā cū est separata ut toto cōpositū ex corpe & aīa cū sua intellectiua sit ipsum susceptibile. & corpus mediāte substātia aīe & ī ordīe ad illam substātiam aīe. ut ipsa est potentia intellectiua. ita ꝙ nullo modo susceptibi le sit id in quo non est potentia intellectiua. & hoc sub potentia intellectiua cōpre hendendo totū id in quo principaliter consistit ratio imaginis existens in subā aīe

Philosophus

Damascenus

Augustinus.

Alia positio ab henrico re citata

ut nihil sit susceptibile nisi rõne imaginis dei que est in illo ut per circũincessionem uel secũdũ subst͞atiã & secũdũ potẽtiã simul ut in solo xp̃o uel secũdũ potẽtiã solũ ut i oĩbus his ip̃a imago dei quasi reimprimitur suo ꝓthotipo quasi denarius figu

Damascenus re a qua sibi imago sua ĩpressa ẽ. hinc dicit Damascenus i ca. predicto ꝙ secũdum imaginẽ est in re uolente uolens deus uerbũ factum est homo imago dei ẽ secundũ intellectum. Quid aũt ꝙ secũdũ imaginẽ nisi intellectus quod melius igitur dere/linquens. quod deterius ẽ assũpsit. quasi diceret nequaꝗ hoc possibile fieri ẽ nisi rõ ne ordinis quẽ habet ad ĩtellectũ. & loquitur cõtra illos q posuerũt corpus huma/nũ assũptũ in xp̃o absq; aĩa rõnali. & cõprehẽdit sub ĩtellectu etiã subst͞atiã aĩe. cu ius uim & potestatẽ etiã i assũptiõe ostẽdẽs subdit. Intellectus enĩ est ĩ medio dei & carnis. huius autem inhabitator dei imago. intellectus igitur intellectui miscet. & mediatur intellectus puritati & carnis grossitudini. intelligo autem per mixtio/nem dictam unionem per circũincessionem intellectus diuini cũ humano qui se/cundum tres potentias quæ sunt. memoria. intelligentia & uoluntas existente sibi unita esse aĩe unitur per circũincessionem quandam trinitati personarum in unita te diuine nature. ut sic per se & proxima causa siue ratio propter quam aliquid sit assumptibile a deo sit ratio imaginis dei quæ non est nisi in substantia intellectua/li. ut propter ipsam sola substantia intectualis sit susceptibilis. & secundũ hoc ĩ glo/riosa assumptione per circũincessionem qua natura diuina subintrat naturã assũ/ptam Imago quæ est natura intellectuali assũpta unitur intime ip̃i qđ ẽ ĩ natura diuina. quẽadmodũ si cere ĩ qua ẽ ĩpressa figura sigilli ip̃m sigillũ reapplicetur secũ dũ eundẽ modũ quo ip̃m ĩpressit subintrãdo oẽs angulos eius quali mõ nõ posset applicari illi ĩ quo nõ fuisset figura sua prius ĩpressa sed solũmodo effigies alꝗ qua le est uestigium dei in omni creatura nõ intellectuali. ut secundum hoc nulla na/tura non intellectualis nisi mediante intellectuali secũdũ dictũ modũ possit assu mi. Ad secũdũ ꝙ ad deũ possit fieri assumptio quia in ip̃o est ratio eẽ & subsisten/tie quæ est in natura assumpta. Dico ꝙ uerum est ꝙ id est concausa. Nisi enim il/lud esset nihil posset ad deum assumi. sicut nec una creatura potest assumi ad alte ram. Sed hec non est tota causa. licet enim sit causa ex parte assumentis. quia pro/pter idĩ ad ip̃m possit fieri assumptio. non tamen ex parte assumptibilis in quo tota causa assumptibilitatis est quod est imago. & per hoc solum circumincessibilis a deo & eleuabilis ad dictam unionem in diuina essentia in unitate persone secũdũ dictum modum. Vnde nec aliqua causa finalis propter quam facienda eẽt a deo alterius nature assumptio possit eẽ in assumendo aliã naturã ꝗ ĩtellectualẽ. qa nõ

Scotus est nature assumptio finaliter nisi ad illius aliquã ꝓmotiõnẽ & ꝑfectiõnẽ ĩ sua ele

Gotfredus uatione qualem nõ põt habere nisi natura ĩtellectualis. hec Hẽricus ꝗsi ad uerbũ.

Io. de guarra Non recte ergo determinatum fuit meã cõclusionẽ de uirtute sermonis sapere here

Durandus sim quæ solum negat positiuum assensum contradicendi Henrico. Cuius opinio/

Thomas an/glicus nis damnationem nec ego unꝗ legi. nec credo ipsi unꝗ legerunt. Hoc scio ꝙ nec Scotus nec Gotfredus. nec Io. de guarra. nec Durandus. nec Thomas anglicus

nec Robertus de collotorto. nec Bernardus de gannaco. quos oẽs uidi recitãtes opinionem Henrici ipsam unq̄ hereticã uel heresim sapere iudicauerũt. Quod ne ipsi etiã irrationabiliter fecisse uideãtur uolo breuiter ponere modũ secundũ quẽ uidetᷣ Henricus tutari positionẽ suã. Sũt aũt due precipue rõnes cõtra henricũ. Prima rõ in hoc stat ꝙ in deo est oĩs rõ substantiandi. qa plenitudo ẽ oĩs esse. ergo uidetur ꝙ quãlibet naturã possit substãtificare & suppositare. Secũda rõ est qa deus ĩ triduo suppositauit corpus quod erat in sepulchro quod tamẽ nõ erat rationabile. & sicut suppositauit pro triduo poterat suppositare & pro quantocũq; uoluisset tempore. hec sunt duo precipua fundamenta opinionis opposite. & istamet ut uisum est ĩ recitatione opinionis eius adducit henricus contra se. Ad primã rationem ut uidimus respõdet ꝙ uerũ est ꝙ plenitudo totius esse est in deo & oĩs rõ substantiãdi & suppositandi plenissime in eo reperiatur. Sed hec nõ ẽ totalis cã assũptibilitatis alicuius nature. sed ẽ cõcausa. Nisi enim id esset assumẽs nõ posset assumere. Sed ultra hoc aliq̄d req̄ritur in assumẽdo p q̄d sit assũptibile. & hoc ẽ rõ imaginis & finaliter aptitudo sup̄naturalis eleuatiõis ad beatificã op̄ationẽ. q̄ cũ in sola natura intellectuali reperiatur. Cõueniẽs uidetur ꝙ ip̄a sola sit assũptibilis. cũ uideatur rõnabile ꝙ natura q̄ nõ potest eleuari ad actum secũdum. nõ possit etiam eleuari ad primum. Ex qua responsione uidetur uelle henricus saluare ꝙ nihil derogetur diuine omnipotentie quando quidẽ totũ id quod illi in deo ponunt eẽ. tãtũ cõcludũt ip̄m posse sic suppositare. totũ id etiã tribuit henricus deo. nec negat qn ratione eius q̄d requiritur ex p̄te assumẽtis nõ possit assumere quãlibet naturã plenissime nõ sit ĩ deo. Sed hoc dicit eẽ qa natura ip̄a irratiõalis nõ ẽ assũptibilis. nõ pp defectũ diuine oĩpotẽtie. Sed potius pp diuine nature excellẽtiã. & irratiõalis nature deformẽ deficientiã Ad secũdã rõnẽ uidetur multipliciter posse dici. Primo est responsio hẽrici qui dicit ꝙ naturã istius corporis assũpsit inquãtũ ad aĩam ordinabatur ĩtellectualẽ. rõne cuius ordinatiõis ẽt ip̄m corpus põt dici intellectuale ministraliter. s. & dispositiue. Et ut cõpletius respõdeatur ẽ dicẽdũ ꝙ cũ dr̃ nõ posse a deo assumi nisi naturam intellectualem. intelligitur ꝙ nihil preter illam sic possit assumi ꝙ sit primo assumptum & totum ac adequatũ assumptibile. Corpus autem in triduo nõ sic fuit assũptũ ut patet sed solũ ut pars nature rõnalis que erat totale & primo assumptũ. Preterea etiã forte diceret aliquis ꝙ nõ proprie dicebatur suppositari in triduo id corpus. quia nõ est natura suppositabilis supposito proprio. Vnde & cõsequẽter dici posset nõ improbabiliter ꝙ terminare depẽdẽtiã nature istius corporis non est ea suppositare. alias totum terminans dependentiam uel innitentiam partis suppositaret eam quod non dicitur. & ita licet uerbum in triduo terminaret dependẽtiã istam corporis quã terminasset tota humanitas. uirtute cuius corpus ĩ triduo cõ cabat christo id ydioma suum iacere in sepulchro. non tamen proprie suppositabat corpus sicut suppositaret naturam humanam. Cuius signum euidentissimum est ꝙ natura istius corporis nõ cõmunicauit xp̄o id ydioma corpus ĩ triduo. sicut natura hũana cõmunicauerat sibi & adhuc cõicat cõcretiue id ydioma homo

Robertus de collotorto
Bernardus de gannaco
Due rationes cõtra henricũ
Solutio p̄ie
Solutio secũde multiplex
Prima
Secunda

Et sic patet respon sio ad predicta obiecta cõtra opinionẽ henrici qui de aliis natu/ris irrationalibus uidetur quasi hoc dicere ꝙ uerbum nõ posset eas assumere ꝑ cir/cũincessionẽ. aut suppositare suppositatiõe presertim habẽte cãm finalẽ. Inquit enĩ sic ipse. nec aliquis finis possit esse assumptionis alterius nature q̃ intellectualis. qa assumptio non est nisi propter promotionem nature assumpte qualem non potest habere nisi natura intellectualis. Vnde Augustinus super Ioannẽ. uerbũ uoluit na sci ex homine ut tu securus nascereris ex deo. Vnde uidetur ꝙ de alia natura q̃ non nascitur ex deo per gratiam de ea frustra nasceretur deus. Ex his patere potest ꝙ non irrationabiliter possum ego non habere actum explicitum contradicendi huic opinioni in particulari. Et quia isti magistri in hoc etiam precipue instabant ꝙ ta/les conclusiones saltem non disputarentur propter scandalũ. hoc uolo dicere de ista cõclusione ꝙ etiã si sua opposita sit uerior & magis secũdũ cõem uiã. tamẽ si publi ce disputetur scãdalosa magis erit apꝫ uulgares & piarũ auriũ offensiua. Quis enĩ rudis & simplex nõ offendatur si audiet aliquẽ dicẽtẽ possibile esse ꝙ iste ꝓpositio nes sint uere. Deus est asinus deus est lignũ. Quid si etiam illas quas multi sequẽ tes predictã opinionẽ cõcedũt. deus põt esse dãnatus ad infernum. deus posset tor queri a diabolo in inferno. Diabolus põt eẽ deus q̃ licet apud multos doctos loquẽ do de potẽtia absoluta nullius sint scãdali. tamẽ uulgares & simplices certe multo magis offenderentur q̃ si audiant ꝙ asinus nõ potest uniri nature diuine in unita/te suppositi ut dicitur modo declarato in conclusione mea quã isti patres dixerunt ex ui sermonis derogare diuine omnipotentie & per hoc sapere heresim. nescio cui logice ĩmo cui theologie innitentes. Nã dicãt queso an ille qui dicit se non assentiri alicui propositioni dicat de rigore sermonis oppositum istius cõclusiõis cui nõ assen tit. Dicantq; utrum ualeat consequẽtia. non assentior aut non habeo assensum hu ius cõclusionis. Papa sedet. ergo credo istam. Papa non sedet. nonne antecedẽs eẽt uerum in dormiente. & qui nullum omnino haberet actum ĩ quo cõsequẽs posset esse falsum. Preterea si presens conclusio derogaret diuine omnipotentie secũdũ ue ram theologiam. non solum saperet heresim sed heretica esset iudicanda ĩmo etiã catholicus dormiens aut paruulus nõ habẽs rõnis usum & qui nõ haberet assensũ illius ꝓpositionis. Deus põt quãlibet naturã creatã suppositare esset hereticus. aut saltẽ erraret ĩ fide qd nemo diceret. Ex qbus patet nõ eẽ rectã dãnationẽ ipsorum. Fuit enĩ hec formaliter determinatio sua cõsiderata respõsione ipsius ꝓponentis & opinione ac motiuis & rõnibus henrici cuius opinioni innititur ponẽs cõclusionem. Visum est nobis ꝑfatã cõclusionẽ ex ui sermonis derogare diuine oĩpotentie & per hoc sapere heresim. Primo enĩ decepti sunt ꝙ cũ dicerẽ ego me seq in hoc Henricũ nõ ĩtellexerũt ꝙ ꝑ ꝓnomen hoc denotabã ipsam cõclusionẽ de qua q̃rebãt ut expo neretur. In hoc ergo. i. ĩ ipsa cõclusiõe idest ĩ nõ assentiendo huic. deus põt quãli/bet naturã &c. dixi me sequi henricũ. & nõ denotaui ꝑ hoc opinionẽ q̃ dicit. deus non potest quãlibet naturam suppositare. Sed ipsi forte crediderunt ĩter unũ dictũ & aliud non esse differentiam. cum tamen si docti sunt theologi scire debeãt quid

Augustinus.

intersit inter aliquod possibile de potentia dei explicite non credere & ipsum explicite discredere. Secundo debent meminisse quod ex eorum dictis sequitur ꝙ Henricus ille qui per excellentiam doctrine solẽnis doctor uocatur. mortuus sit hereticus qui ut supra uisum est in senectute sua ad istam opinionem declinauit & ĩ ipsa permansit. ꝙ non quelibet natura a deo sit suppositabilis. Tertio sicut & in damnatione precedentis conclusionis. ita & in ista qualitercũq; sit de conclusione ipsi omnino errant quia si uerum est ut ipsi dicunt ꝙ conclusio sit contra omnipotentiam dei. tunc conclusio est simpliciter heretica. & nõ heresim sapiẽs ut ipsi dicũt. Quarto & ultimo errarunt. quia si etiam opinio henrici esset heretica omnino conclusio de uirtute sermonis non esset heretica. quia de uirtute sermonis non infert illã opinionem ut diffusissime est declaratum. & tamen ipsi specificate damnarunt ipsam de uirtute sermonis. Henricus doctor solẽnis

QVESTIO QVINTA DE MAGIA NATVRALI ET CABALA HEBREORVM.

q Varta conclusio per istos dãnata fuit hec. Nulla est scientia quæ nos magis certificet de diuinitate Christi quam magia & cabala.

Hanc conclusionem ego declarando dixi ꝙ inter scientias quæ ita sũt sciẽtie ꝙ neq; ex modo procedẽdi. neq; ex suis principiis. neq; ex suis conclusionibus innituntur reuelatis. nulla est quæ nos magis certificet eo modo quo de hoc certificare possunt scientie humanitus inuente q̃ magia illa de qua ibi ponũtur cõclusiones q̃ est ps scientie naturalis. & pars illa cabale q̃ ẽ scientia & nõ est theologia reuelata. Dixerũt isti magistri ꝙ declaratio mea non erat ad propositũ uerborũ prefate cõclusionis. & ꝙ prefata conclusio de uirtute sermonis erat falsa erronea & heretica in qua sua damnatione quot sint damnanda q̃so sigillatim uideamus. Primo dicant mihi quomodo esse potest magis declaratio mea ad propositum uerborum conclusionis mee. Quid enim est in illa declaratione aliud q̃ explicite declarare uim singulorum terminorum in conclusione positoꝝ. Ibi enim primo exponitur quid intelligam per scientiam cum dico nulla scientia. & quid pro certificare. quid per magiam. quid per cabalam. nec uideo ego qd ulterius restet declarãdum. Secundo uolo ostendere ꝙ de uirtute sermonis non solum est falsa & heretica. sed ĩmo sua opposita ẽ falsa. & secũdũ ipsos totaliter heretica. Dicta enĩ cõclusio est una negatiua quæ exponitur disiũctiue per tres cathegoricas sic. Nulla sciẽtia nõ reuelata &c. Alia a magia & cabala certificat ď diuinitate xpi. uel magia & cabala nõ certificãt &c. uel magia & cabala magis nos certificant de deitate xpi q̃ alia sciẽtia nõ reuelata. Ista aũt disiũctiua ẽ uera & catholica. qa saltẽ habet unam partem uerã. Et ita patet iã ꝙ de uirtute sermonis non est falsa. sed ꝙ sua opposita secundum eos sit heretica patet. Nam opposita huius nulla scientia non reuelata &c. magis certificat &c. est ista. Aliqua scientia non reuelata magis Primo Secundo

certificat de deitate christi q̄ magia & cabala ad quam sequitur de uirtute sermonis ꝙ magia & cabala certificāt de diuinitate christi quod ab eis reputatur pro heretico. & ita patet ꝙ dum uolunt damnare de uirtute sermonis istam negatiuam. nulla scientia magis certificat de diuinitate christi q̄ magia & cabala coguntur per suum iudicium ipsimet habere pro catholica istam affirmatiuam. Magia & cabala certificat nos de diuinitate christi. Quam autem ī se sit ipsa cōclusio uera profecto euidētissime potest declarari. licet enī nulla sit sciētia humanitus inuenta quæ nos certificare possit de diuinitate christi. quia certificationē de diuinitate eius ut in precedenti diximus cōclusione nō habemus nisi ex modo faciendi miracula quæ fecit quæ miracula & esse facta ab eo & esse taliter facta nō nisi ex testimonio scripture scimus. Tamen si quid ad hoc nos possunt adiuuare scientie humane. sicut & adiuuant in cognitione multarum ueritatum supernaturaliū. nulla est quæ magis nos possit adiuuare q̄ magia & cabala quas diximus. Ad hoc enim ut miracula christi nobis suā testentur diuinitatē. oportet cognoscere primo ꝙ nō potuerūt fieri ī uirtute naturali. sed solum ī uirtute dei. Secūdo oportet scire ꝙ illā uirtutē a se habuerit christus et nō aliūde. In primo nulla sciētia hūana nos potest adiuuare magis q̄ illa qua cognoscūtur uirtutes & actiuitates agētiū naturaliū & earū applicatiōes proportionesq; ad inuicē & ad sua passa naturalia. & quid possunt uirtute propria & quid nō. hoc aūt inter sciētias humanas magis cognoscit ista scientia quā ego uoco magiā naturalē de qua posite sunt cōclusiones & illa pars cabale quæ ē de uirtutibus corporū celestiū per quas quia cognoscitur nō posse per uirtutes naturales illa opera fieri quæ fecit christus. Ideo ego īter magicas cōclusiones istā propositionē posui. Miracula christi nō potuerūt fieri par magiā utpote illā cōclusionē. s. cuius ueritas ex ista sciētia possit haberi. & ita patet iudiciū istorū magistrorū non bene fuisse magistrale & presertim cum ipsi de uirtute sermonis damnent eā quæ est talis ꝙ etiam si sensus eius quem diximus non esset catholicus adhuc ipsa nō esset in se damnanda quia de uirtute sermonis nō infert illum sensum. cum sit propositio negatiua exponēda disiunctiue per tres cathegoricas ut dictum ē supra. Et ad pleniorem huius cōclusionis declarationē. primo est sciendū ꝙ sicut supra dixi p hāc cōclusionē nō intendo cōparare magiam & cabalam ad scientias reuelatas. Quia non accipio ī cōclusiōe scientiā generaliter. sed pro sciētia quæ neq; ex modo ꝑcedendi. neq; ex suis principiis. neq; ex cōclusionibus innititur reuelationi. neq; etiā in presenti cōclusione loquor de certitudine scientie habite ex reuelatione modo p̄dicto. sed de certitudine sciētie inuente uel acquisite per demonstrationem . non a priori sed a posteriori per effectus. s. quare intēdo dicere ꝙ si aliqua scientia humanitus adinuenta & non reuelata certificet de diuinitate christi p miracula eius. hoc. maxime facit scientia qua cognoscuntur uirtutes & actiuitates agētiū naturalium & eorū applicatiōes adinuicē & ad sua passa naturalia. & per quas cognoscitur q̄d possunt agētia naturalia uirtute propria. & quid non . Nam hoc cognito uidentes deinde opera christi excedere gradum & terminum illorum quæ possunt fieri per

Duo requiri ad hoc ut xp̄i miracula suā nobis testentur diuinitatē

Nota

agentia naturalia. cōcludimus necessario ꝙ fuerūt facta uirtute diuina quod scire nō possemus illo nō cognito. Nam ignoratis terminis potētie & uirtutis rerum naturalium stat nos dubitare illa eadem opera quæ fecit christus posse fieri per media naturalia. Cum ergo talia maxime cognoscat illa pars cabale quæ est de uirtutibus corporum celestium. & illa pars sciētie naturalis. quam ego nunc uoco magiam naturalem. & plures etiam catholici doctores. sic nominauerunt. qualitercūq; alii ipsam nominare uelint Ideo non heretice nō superstitiose sed sciētifice. sed uerissime sed catholice dixi per talem magiam & cabalam adiuuari nos in cognoscēda diuinitate christi. De ista autem magia naturali facit mētionem etiam summus theologus Guilielmus episcopus parisiensis coetaneus Roberti linconiēsis q dicit ꝙ magi prohibiti dicuntur magi quasi mali quia mala faciunt. Magi autem naturales dicuntur magi quasi magni q̄a magna faciūt & quia isti tollerare nō poterāt hoc nomen magie. & tota urbe exclamabāt me approbare necromātiam quam tota ecclesia damnabat. Dico iterum & iterum dico ꝙ hoc nomē magia est nomē equiuocū ad id quod dicitur necromātia quæ fit per pacta & federa cum demonibus & ad p̄tem practicam sciētie naturalis quæ nihil aliud docet q̄ facere opera mirabilia mediantibus uirtutibus naturalibus per applicationem earum ad inuicem & ad sua passa naturalia. & hāc nūq̄ damnauit ecclesia. nec damnare potest. sed plures ecclesiastici doctores & catholici eam approbauerunt & secuti sunt. De hac ut dixi tractat Guilielmus parisiensis in suo de uniuerso corporali & spirituali. & dicit ꝙ illa magia prohibita maxime abūdauit ī egypto. quia ibi uigebat cultus demonū. Ista autem naturalis in ethiopia & india. quia ibi est maxima copia herbarum & aliarum rerum naturalium habētium efficaciam ī ista naturali magia. Et alibi etiam in suo libro de legibus eiusdem sciētie meminit eam asserēs esse partem sciētie naturalis. Hāc naturalem magiam nō erubescit uir catholicus & sanctissimus Albertus magnus dicere se fuisse secutum & experiētiis in ea multa cōperisse. Et quid oportet plura dicere. Dicāt mihi isti magistri utrum hoc quod ego uoco magiam naturalem sit res prohibita aut aliquid continens quod sit contra fidem hoc dicere non possunt etiam uolētes. At dicēt ī hoc te reprehendimus ꝙ eam uocas magiā & equiuocatione uocabuli scandalum facis in mentibus fidelium. Item habemus apud doctores nostros ꝙ omnis magia est prohibita. si ergo omnis prohibita sequitur ꝙ nulla cōcessa. sed tu dicis ꝙ aliqua est nō prohibita. ergo cōtradictorie sentis ad doctores ecclesie. Mira profecto est ruditas sic dicentium. Primo enim impositio nominum non fit nūc a nobis. sed utimur nominibus & significationibus eorū ex antiquorum cōsuetudine. Si ergo ipsi hāc partē sciētie naturalis magiam uocare uoluerūt. Quid me uis nouare nomina. & ꝙ illi magiā nominauerūt a me uocari geometriam uel arithmeticam. Nec ego primus nec nouus istam sciētiam uocaui magiam. sed multi ante me & sancti & docti uiri. illi in ius trahantur. illi damnentur si damnabile est istam scientiam hoc nomine nuncupari. Quam tamen nominis impositionem recte fuisse institutam. Si recte paulum cōsiderauerimus possumus

Guilielmus parisiensis

Robertus linconiensis

Magia nomē equiuocum

Guilielmus parisiensis

Albertus magnus

Magus nom persicum
Pythagoras
Druides
Prophetes
Senedrim
pharisei
Cabaliste
Gimnosophiste
Sacerdotes
philosophi
Magi

faciliter intelligere. Vocabulum enim hoc magus nec latinum est nec grecum. sed psicum. & idē lingua persica significat quod apud nos sapiens. Sapientes aūt apud persas idem sunt qui apud grecos philosophi dicuntur sic uocati a pythagora q prius dicebātur sapientes. Fere enim apud diuersas gentes diuersis nominibus sapientes eorum nuncupabantur. ut druides apud gallos. prophetes apud hebreos uel senedrim. uel pharisei uel cabaliste. apud indos gymnosophiste. apud egyptios sacerdotes. apud grecos philosophi. apud persas magi. & sic de aliis. Sicut etiam regia dignitas peculiaria apud diuersas nationes habet nomina ut rex egyptiorū qui prius Ptholomeus. Postea pharao. persarum arthaxerses. Romanorum Cæsar. Indorum prestan. & est qui nunc corrupto uocabulo a nostris uulgaribus dicitur presbiter Ioannes & sic de aliis. Si ergo magia idem est quod sapientia merito hāc practicam scientie naturalis quæ presupponit exactam & absolutam cognitionem omnium rerum naturalium quasi apicem & fastigiū totius philosophie peculiari & appropriato nomine magiam. i. sapientiam sicut Romam urbem. Virgilium poetā. Aristotelem philosophum dicimus appellare uoluerunt. Quod si hoc nomen magi ita abhorremus utiq; neq; euangelium patienter audiemus dicens. q magi uenerunt ab oriente adoraturi christum. Non erant illi magi necromantes & cum demonibus confederati qui hostem demonum. immo dominum & de eis mox triūphaturum uenerunt adorare. Sed erant ueri sapientes celestium & terrenarum rerum scientiam edocti. qui ipsam patris sapientiam in humano corpore factam uisibilem coluerunt & uenerati sunt. Hanc autem differentiam apertissime dat intelligere Hieronymus in epistola ad paulinum. in qua mentionem faciens de appollonio thianeo ait. Appollonius thianeus siue magus ut uulgus siue philosophus ut pythagorici dicūt. In quibus uerbis expresse significat Hieronymus q illud quod est uera philosophia a uulgaribus quandoq; creditur esse illud quod ipsi appellāt magiam. Non ergo ego sum reprehēdendus qui ex proprio & usitato modo loquēdi non solum doctorum ecclesie. sed etiam ipsius euangelii hanc sapientiam naturalem magiam uocauerim. Sed neq; q equiuocatione uocabuli scādalum fecerim fidelibus. quia in conclusionibus meis non sum usus hoc nomine indistincte & equoce. sed ad tollēdam omnem cuiuscūq; sinistre opinionis occasionem distinxi magiam licitam ab illicita. & naturalem a superstitiosa. declarans quid sit ista naturalis & quid possit. & quid non possit taliter ut etiam simplices & rudes impiū aliquid uel erroneum in fide de meis conclusionibus suspicari non possunt in quibus magiam prohibitam omnino refellens & detestans posui hanc primam conclusionem precise in is uerbis. Tota magia quæ in usu est apud modernos & quam merito exterminat ecclesia nullam habet firmitatem. nullam ueritatem. nullum firmamentum. quia pondet ex manu hostium prime ueritatis potestatum harum tenebrarum. quæ tenebras falsitatis male dispositis intellectibus offundunt. Et post istā conclusionem pono secundam que dicit q magia naturalis est licita & non prohibita & protestor de me ista tantū locuturum. quo facto quæ amplius suspitio rema-

Hieronimus
Apollonius
Thianeus

Nota

nere poteſt aut quod ſcandalum fieri per equiuocationē huius nominis magia quā ſic diſtinxiſſe & cum reprobatione illius ſuperſtitioſe & diabolice iſtam naturalem approbaſſe non ſolum non ad ſcādalum. ſed ad edificationem pōt eē ſimplicibus. Ex quibus ego multos uidi qui audientes ꝙ magi uenerunt adorare chriſtum. credentes nihil aliud ſignificare hoc nomen magos q̄ necromantes. hinc ſumunt argumentum ꝙ magia non ſit prohibita. nec contra fidem chriſti quādo ipſum chriſtum magie cultores primi adorauerunt. Vtile eſt ergo docuiſſe fideles ne cum magum audiunt. demonum cultorem ſemper intelligant. Et cum audiunt apud perſas magos in ſummo honore & reuerentia habitos propter eorum doctrinam & ſapientiam ſciant philoſophos illos fuiſſe non necromantes. quos utpote populis exiciales & damnoſos. imo peſtiferos omnes gentes ſemper eiectos & male habitos pſecute & deteſtate ſunt. Similiter cum legunt Albertum inter experimenta magie multum temporis conſumpſiſſe de magia naturali. hoc intelligant non de prohibita. ne exemplo tanti uiri illi ſe dedant quod illi licuit ſibi quoq; licere preſumentes Scandala ergo tollunt non generant de mentibus fidelium noſtre magice concluſiones. Quod ſi quando legunt apud doctores omnem magiam eſſe prohibitam ſtatim utiq; ex cauſis prohibitionis intelligent ipſos de ea ſolum loqui quæ habet commertium cum demonibus. & de naturali nihil eos intendere. Eſt autē ut dicit Hylarius intelligentia dictorum ex cauſis aſſumenda dicendi. Quod ſi ad uim uerborū uolunt recurrere poſſunt ſcire ex dialetica ꝙ negatio uel diſtributio termini multiplicis non negat aut diſtribuit ipſum pro omni ſuppoſito cuiuſlibet ſignificati copulatiue. Quare cū iſte terminus magia ſit equiuocus ad ſuperſtitioſam & ad naturalem diſtributio addita ei non diſtribuet ipſum pro quolibet ſuppoſito cuiuſlibet ſignificati copulatiue. Sed ex dictis ꝙ omnis magia prohibetur habebitur ſolū ꝙ omnes ſpecies magie ſuperſtitioſe quæ omnes ſecundum unum nomē & unam rationem dicuntur. Nam multe ſunt prohibite. & hec omnia ſunt clara & dilucida etiam mediocriter eruditis. Nullo ergo modo debuerunt iſtis magiſtris eſſe ſuſpecte concluſiones mee magice. cum ſicut dixi in prima cōcluſione refellam omnem magiam prohibitam ab eccleſia illam damnans & deteſtans proteſtans me ſolum loqui de magia naturali & expreſſius per ſpecialem concluſionem declarans ꝙ per iſtam magicam nihil operamur niſi ſolum actuando uel uniendo uirtutes naturales. Sic enim dicit concluſio. xi. concluſionum magicarum. Mirabilia artis magice non ſunt niſi per unionem & actuationem eorum q̄ ſeminaliter & ſeparate ſunt in natura. & idem eſt quod dixi in. xiii. concluſione ꝙ magiam operari non eſt aliud q̄ maritare mundum. Predictam autē ſpecificationem & reſtrictionem intentiōis mee. In concluſionibus magicis ad magiam naturalem intendo eſſe applicandam cuilibet cōcluſioni particulari. & ita cum dico de actiuitate caracterum & figuraꝝ in opere magico loquor de uera actiuitate ſua & naturali. Patet enim ꝙ talem habent ſecūdum omnes philoſophos tam in agendo q̄ in modo agendi & paciēdi. Et licet ſecūdum perypatheticos longe minoris ſint actiuitatis & uirtutis q̄ ſint quali

Nota

Albertus

Hylarius

Pythagorici. tates materiales. tamen dicerent pythagorici quorũ ego philosophiã in cõclusione xxiiii. uoco secretiorẽ philosophiam quia ẽ minus nota & minus in usu ꝙ sicut mathematica sunt formaliora physicis. ita etiam actualiora. & sicut in suo esse minus dependent. ita etiam in suo operari. & ita ꝙ dixi de plus posse eorũ q̃uis discordia pythagoricorum & perypatheticorum sit indifferens ad fidem. tamen non dixi ut in se & absolute uerum. sed ut consequens ad secretam philosophiam pythagoricorum modo predicto intelligendam. quorum. etiam sententia est inter omnia mathematica numeros ut formaliores. ita etiam esse actualiores & inter numeros impares ternarium. Quia sit primus impar & primum in unoquoq; genere est perfectissimum in illo genere. & inter numeros pares denarium qui est omnis numerus ut patet. Ab eo enim ultra numeramus per replicationem. & hoc intendebã per id quod dixi de ternario & denario in magia naturali. Numeris autem etiam efficientiam & uirtutem tam ad bonum q̃ ad malũ attribuunt doctores catholici. Vnde

Hilarius Hylarius in cõmento suo super psalmos inquirendo causam cur psalmorum ordo non sit secundum historiam. sed sepe psalmus qui prius fuit compositus posterior in ordine collocatur. sic inquit. Non est autem ignorandum indiscretum apud hebreos esse numerũ psalmorum & sine ordinis annotatione esse conscriptos. Nõ enĩ illic primus aut secundus aut tertius aut quinquagesimus aut centesimus prenotã

Hesdras tur. sed sine prescriptione aliqua ordinis in unum permixti sunt. Hesdras enim ut antique traditiones ferunt. incompositos eos & pro auctorum ac temporum diuersitate dispersos in uolumen unũ collegit & retulit. Sed. lxx. seniores secundũ moysi traditionem ad custodiam legis atque doctrine in sinagoga manentes. Posteaq̃ illis a rege Antiocho transferende ex hebreo in grecum sermonem totius legis cura mandata est spiritali & celesti scientia uirtutes psalmorum intelligentes in numerum eos atque ordinem redegerunt. singulis quibusque numeris pro efficiẽtia sua & absolutione perfectis perfectorum & efficientium psalmorum ordine deputantes. hec Hylarius ad uerbum. Ex quibus apertissime patet ꝙ numerus uirtutem

Hieronimus dat & efficientiam. Hieronymus quoque contra Iouinianum infaustum dicit esse numerũ. xx. in quo seruiuit Iacob & uenditus est Ioseph. & quẽ dilexit Esau in eo quedam munera accipiens. & in eodẽ loco laudat denarium dicens de eius laudibus se sepius dixisse. Et in eodẽ libro ca. viii. dicit ꝙ ideo in secunda die non fuit dictum. & uidit deus quoniam bonum quia binarius numerus sit malus. Quinim

Basilius mo ex numero binario sumit argumentũ contra bigamos. & propter hoc dicit om

Nazãzenus. nia animalia immunda in archam noe bina ingredi. septena autẽ quæ sunt mũda.

Ambrosius Similia centies inuenies apud Basilium. Nazanzenum. Ambrosium. Origenem.

Origenes Augustinum & alios. Quin rabanus insignis doctor ecclesie de numerorum uirtu

Augustinus. tibus specialem librum composuit. & obseruare ubiq; proprietates ipsorum nume

Rabanus rorũ ĩuenies semp ecclesiasticos doctores. ẽt quãdoq; quasi usq; ad curiositatẽ si di

Nota de nu ci põt. dũ nũc ad binariũ duo testamẽta. duo cherubin. duo charitatis p̃cepta. du

meris. as primas dignitates. duos primos populos referũt. Nũc ternarii mysteriũ insuper

substātiali diuinitate in triduo sepulchri. in tribus theologicis uirtutibus ī tribus tē poribus nature. legis. & gratie. in tribus statibus perfectionis contēplantur. Nunc nō sine mysterio sed propter occultā etiā ipsius numeri ꝓprietatē esse uolūt ꝙ.xl. dies Moyses. xl. Helias. xl. christus ieiunauerit. & per. xl. dies post resurrectionem ascēderit. & per. xl. horas fuerit apud inferos & post. xl. dies Niniue quæ est typus figure huius mundi subuertetur. & per totidē dies noctesq; pluit super terrā dominus Magnū itē dicūt cōtinere sacramentū ꝙ in quinquagenario numero in quo fit remissio peccatorū. In eodem etiā descēderit spiritus sanctus. Et ī eodē numero positus sit psalmus Miserere mei deus. quod maxime notant Hylarius & Origenes. Hylarius & his per omnia multū concordāt mysteria cabalistarū. qui quinquagenarium numerum attribuunt spiritui sancto. qui spiritus sanctus apud eos etiam per ignem significatur. in qua forma & in quo numero dierum descendit super apostolos. Est ꝙ & apud eos spiritus sanctus tertia persona siue proprietas in diuinis procedens a prima & a secunda quæ secunda dicitur sapientia & procedit a prima & differt ab utraq; solū ratione processionis. sicut. s. id quod procedit differt ab his a quibus procedit cum sit tamen per substantiam & essentiā idem cū illis hec expresse dicūt cabaliste quorum dicta isti magistri a me contra iudeos allata ut suspecta de fide abhominabantur. Vocāt autē & eandē tertiā proprietatem penitētiam quod cōcordāt modo dictis ut idē sit numerus attributus spiritui sancto qui & penitētie sacramento. Vnde & illud possumus colligere peccatū in spiritū sanctū proprie peccatū esse impenitētie quod nō remittitur ī hoc seculo neq; ī futuro. sed de his alias. duodenarii etiam secretā aliquā proprietatē ī. xii. tribubus israel. ī. xii. apostolis. ī. xii. lapidibus celestis Hierusalem speculantur. Credūt etiam non sine causa neq; casu in denarium numerū coincidisse & precpeta legis. & decē cordas psalterii. & apud hebreos ut habetur in midrasthillum cantores psalmorum decem qui sunt Adam. Abraam. Melchisedech. Moyses. Asaph. Dauid. Salomon. & tres filii chore q̄uis aliter a nostris enumerentur. & correspondent decem organa. i. decem instrumenta uel decem modi musice quibus canantur sic dicti apud hebreos.

Origenes

Nota

Peccatū ī spiritū sanctū ꝓprie qd sit

Cātores. ps.

. i. nesa. nieum. mizinor. sir. thephila. beracha. alel. odaya. asre. alleluia. quæ ego obseruaui sic distinguēda ut per primum canantur ode. Secūdū idē est quod organū. per tertium psalmi. per quartū cātica. per quintum orationes. Per. vi. benedictiones. Per. vii. laudationes. Per viii. gratiarum actiones. per. ix. felicitas alicuius. per ultimū laudes dei tm̄. Addas tu & meschil quo canūtur cōtēplationes & erit alleluia quasi eisoph nō ponēs ī numerū cū aliis. Addūt &. x dies qbus post ascēsum xp̄i descēdit spiritus. & decē cortinas ī tēplo et similia innumera & īfinita illud dicētes semp ꝙ nihil casu sed oīa deus per suā sapiētiā ut in pondere & mēsura ita in numero disposuit. Taceo quot & quāta obseruent ī nouenario ut preter Ierarchias angeloꝝ & nouē beatitudinū gradus iuxta Matheū etiā longitudinem cubitoꝝ Og regis basan qui typus est diaboli nō credāt esse casualē & sine misterio. illud etiā obseruātes ꝙ dominus hora nona

clamauit. Nõne etiã ĩ quatuor euãgeliis. quatuor fluminibus paradisi quatuor aĩa libus ezechielis quaternarii pfectionẽ cõsiderãt. & senarii ĩ sex diebus creatiõis mũ di. & ĩ sex etatibus siue septima sit futura uita. ut uult Augustinus siue octaua ut Hieronymus quin & illud nõ ptermittitur ꝙ dominus sexta feria passus ẽ. Quid de septenario cũ magna dicerẽt attẽtione dignũ ꝙ die septima dominus quieuit. ꝙ septem dona spiritus sancti. & ĩ apocalipsi septem signacula libri. septẽ cornua. septem oculi. septẽ angeli. septẽ ecclesie. septem candelabra. septẽ stelle. septẽ spũs nequiores & septem nequitie apud Salomonem. & septies in die deo canit Dauid propheta. Quartũdecimum aũt numerũ ita uidemus obseruatũ a Matheo ut ad hoc ꝙ posset eũ ubiq; ĩ generationibus xpi retinere nonnullas etiã generatiões pre-termiserit. De medicis. de astrologis. de philosophis maxime platonicis & pythago ricis nihil affero. sed solum de nostris ecclesiasticis doctoribus. Cum de hoc agatur utrũ credere esse proprietates in numeris & uirtutes aliquas naturales aliquo mo-do ueritati fidei catholice repugnet. Quas cũ uideamus ẽt ut dixi fortasse usq; ad curiositatẽ a catholicis auctoribus obseruatas nihil est amplius cur dubitemus nõ esse talẽ opinionẽ pro heretica reiiciendã. Cum ergo ĩ cõclusionibus meis de figu-ris. de numeris loquor. non loquor quãtũ ad supstitiosum usum suum p pacta & cõuentiones cum demonibus. quia hec omnia reprobaui ĩ prima cõclusione mea. Similiter de nominibus ꝙ habeãt aliquam actiuitatẽ naturalẽ etiã notũ ẽ oĩbus. Quã quidẽ actiuitatẽ naturalẽ nõ habẽt ut significatiua sũt ad placitũ. sed ut sũt ĩ se q̃dam res naturales. Ideo dixi nomina illa habere uirtutẽ ĩ magia naturali non ut significatiua sunt nisi forte essent aliqua quibus significatio esset naturalis. sicut Stoici dicunt de omnibus nominibus quibus ut aduersantur peripathetici. ita Pla toĩ cratilo assentitur de his quæ sunt recte imposita. Origenes autem de hebraicis hoc sentit. & ideo dicit ꝙ quedam nomina hebraica in sacris litteris. sicut osanna. sa baoth. alleluia & similia fuerunt sic reseruata & non mutata in aliam linguam in qua non retinuissent suam naturalem significationem & consequẽter uirtutem. & hoc solum intendebam dicere dum cõparabam nomina significatiua nõ significati uis. & nomina hebraica aliis ĩ sua efficacia ĩ magia naturali &c. Volo autem & ali quid dicere latius de ista cabala q̃q̃ & supra in prima parte apologie nostre multa dixerimus. sed illa forte nõ magis ab istis magistris intelligentur q̃ intelligãtur bar bara ab eruditis. Quare & hic aliquid secum hoc parisiensi stilo dicemus de ista ca bala. horrendum enim istis patribus uidetur hoc nomen. & ex ipo pene sono timẽ dum. ita ut forte sint ex ipsis qui cabalistas nõ homines. sed hircoceruos potius uel centaurum uel omnino monstruosum aliqd esse suspicẽtur. Quinimmo audi rem ridiculã. cũ semel quidã ex eis ĩterrogaretur qd esset ista Cabala respõdit ille fuisse pfidũ quẽdã hoĩem & diabolicũ q dictus est cabala. & hũc multa cõtra xpm scrip sisse inde sequaces eius dictos cabalistas. Quis queso hic risum teneat. Est ergo sci endũ opinionẽ esse nõ solũ rabi eliazar. rabi moysis de egypto. rabi simeon benla-gis rabi ismael. & rabi iodam. & rabi nachinan. & alioꝝ q̃plurĩũ ex sapientibus he

Augustinus
Hieronimus
Stoici.
Peripathetici
Plato.
Origenes.
Stilus parisi-ensis.
Rabi eliazar
Rabi moyses de egypto
Rabi simeon
Rabi ismael
Rabi iodam
R. nachinan

breorũ. sed nostro℞ etiã doctorum ut infra ostẽdã pter legẽ quã deus dedit moysi ĩ mõte et quã ille qnq; libris cõtẽtam. scriptã reliquit. reuelatam quoq; fuisse eidẽ moysi ab ip̃o deo ueram legis expositionẽ cũ manifestatiõe oĩum misteriorũ & se/creto℞ q̃ sub cortice & rudi facie uerborum legis cõtinerẽtur. Deniq; duplicẽ acce pisse legẽ moysen ĩ mõte litteralẽ & spiritalẽ. illã scripsisse & ex p̃cepto dei populo cõicasse. de hac uero mandatũ ei a deo ne ip̃am scriberet. sed sapiẽtibus solũ q erãt lxx. cõicaret quos idẽ moyses ex p̃cepto dei elegerat ad custodiẽdã legem eisq; iti/dẽ precipet ne eã scriberẽt. sed successoribus suis uiua uoce reuelarẽt. tũ & illi aliis & sic ordine ppetuo. Ex quo modo tradẽdi istã sciẽtiã p successiuã. s. receptionem unius ab altero dicta est ip̃a scientia. scientia cabale. quod idem est quod sciẽtia re/ceptionis. quia idem significat cabala apud hebreos quod apud nos receptio. Fue/runt autem postea hec mysteria litteris mandata tempore et causa infradicendis. & illi libri dicti sunt libri cabale in quibus libris multa immo pene omnia inueniũ tur consona fidei nostre. Fuerunt enim & ab ore dei traditi & a iudeis ante christũ scripti quo tempore nulla passione moueri poterant ad uiciandam uel corrumpen dam ipsam ueritatem. Ex istis libris & auctoribus huius scientie ego multas posui conclusiones ad confirmationem fidei nostre contra iudeos. quas cum isti magistri forte non bene considerassent suspectas esse dixerũt in fide & iudaicam perfidiam sapientes. quod tamen posteaq̃ intellexerunt quid esset cabala multos ex eis pudu it dixisse. Quod autem ita sit ut supradiximus ꝙ deus Moysi preter litteralem le/gem quam ipse scripsit dederit etiam & reuelauerit mysteria in lege contenta. ha/beo ex nostris quinq; testes. Esdram Paulum. Origenem. Hilarium & euangeliũ. Primo enim habemus hoc ex textu Esdre apud quem loquens dominus sic inquit Reuelans reuelatus sum super rubũ. & locutus sum Moysi quando populus meus seruiebat in ægypto. & misi eum & eduxi eum de ægypto. & adduxi eum super montẽ synai. & detinebam eum apud me diebus multis & enarraui ei mirabilia multa. & ostendi ei temporum secreta & finem & precepi ei dicens. hec in palam facies uerba & hec abscondes. Secundo habemus auctoritatem Origenis cuius te/stimonium in his in quibus ab ecclesia recipitur est ualidissimũ. qa ubi bene nemo melius. Hic ergo sup illud pauli ad roma. tertio. Quid ergo amplius uideo aut q̃ utilitas circũcisionis multũ p oẽm modũ. primũ qdẽ qa credita sunt illis eloquia dei. Dicit Origenes cõsiderãdũ ẽ qa nõ dixerit litteras eẽ creditas. sed eloquia dei. Ex quo dicto Origenis habes ꝙ preter litterale legẽ aliud qd traditũ fuit iudeis qđ hic uocat paulus eloquia dei. Litteras enĩ idest litteralẽ legẽ eis fuisse traditã nemo negat. sed nõ ĩputatẽ eis ad p̃rogatiuã. qa littera p se occidit. & nisi adsit sp̃us uiuifi cãs oĩo per se est res mortua. Sed preter has litteras tradita sunt eis eloquia dei. de quibus merito gloriantur. quæ nihil aliud sunt q̃ ꝙ apud hebreos dicitur cabala. i. uerus legis sensus ab ore dei acceptus. unde & apud hebreos quandoque uocatur quod idem est ꝙ lex de ore nata. quæ propter illam successi/uam receptionem deinde dicta fuit cabala. Et ꝙ istam scientiam deinde Moyses

Vnde cabala

Nota

Esdras

Paulus

Origenes

Hilarius

Euangelium

Origenes

Hilarius

iam a deo acceptã.lxx.senioribus tãtũ cõicaret.aperte testatur Hilarius qui ĩ expositiõe psalmi.ii.Quare fremuerũt gentes &c.sic scribit.erat aũt iã a moyse ante institutũ ĩ omni sinagoga.lxx.esse doctores.Nã idem moyses q̃uis ueteris testaméti uerba ĩ litteris cõdidisset.tamen separatim quedã ex occultis legis secretiora mysteria.lxx.senioribus qui doctores deinceps manerent intimauerat.Cuius doctrine ẽt dominus in euangeliis meminit dicens.Super cathedram moysi sederunt scribe & pharisei.Omnia ergo quecũq; dixerint uobis facite & seruate secũdũ uero facta eorum nolite facere.doctrina uero eorum mansit in posterum.hec Hylarius ad uerbum.Ecce ꝙ Hylarius expresse testatur fuisse preter legem scriptam doctrinã quãdam aliã secretiorẽ q̃ moyses ipsis.lxx.sapiẽtibus ĩtimabat.Quod aũt & ista secretior & uerior de mysteriis legis expositio oĩbus passim nõ publicaretur.sed solum moysi specialiter a deo.& ab eo aliis tãtũ.lxx.sapiẽtibus fuerit reuelata.testatur ẽt Origenes in loco preallegato sic dicẽs de moyse prophetisq; & ceteris horum similibus.hec intelligẽda sunt dici quibus sunt credita eloquia dei.Adde & si quis apud eos sapiens & intelligẽs auditor & mirabilis consiliarius fuit.hec Origenes.Per hos autem mirabiles consiliarios illi intelligũtur quos uocant hebrei senedrim.i.lxx.illos seniores quos elegit Moyses ex precepto domini quorum locum mihi uidentur tenere Cardinales in nostra ecclesia.& ad imitationem numeri illorum.lxx.seniorum ut nunc declarabimus fuerunt redacta mysteria cabale in.lxx.libros principales tempore Esdre.Usq; enim ad tempus Esdre de ista doctrina nihil erat scriptũ.sed solum ut dixi per successiuam receptionem tradebatur.unde cabalistice nomen accepit.Postq̃ autẽ a babylonica captiuitate restituti fuerunt per Cyrũ.& sub Zorobabel instauratum fuit templum.tunc Esdras qui fuit prefectus synagoge postq̃ reparauit legem scriptam Moysi & correxit testamentum uetus.Uoluit etiam ut ista secreta dei eloquia quæ usq; ad illud tempus scripta non fuerant scriberentur.& hoc quia propter captiuitatem gentis non poterant seruare illum ordinem tradẽdi sibi illam doctrinam per manus.& merito erat dubitãdum ne propter dispersionem eorum si non inueniebantur scripta tandẽ perirent.Statuit ergo Esdras ut scriberentur adhibitis ad hoc specialiter notariis.& quia erant.lxx.seniores siue consiliarii.inter quos erat hec doctrina.iussit ut redigerentur oĩa illa secreta ĩ.lxx.uolumina principalia.quæ tamẽ deinde etiã nõ nisi sapiẽtibus cõicarentur.& hoc ẽ q̃d apud Esdrã legitur his uerbis.exactis.xl.diebus locutus est altissimus dicẽs Priora q̃ scripsisti ĩ palã pone legant digni & indigni.nouissimos autem.lxx.libros conseruabis ut tradas eos sapientibus de populo tuo.In his enim est uena ĩtellectus & sapientie fons.& scientie flumen.& sic feci.hec Esdras ad uerbum.habetur autem de isto concilio in quo fuerunt scripti isti libri mentio lata & diffusa apud hebreos in libro qui dicitur Sederolam.i.liber seculorum.ubi habetur qui sederunt in concilio.& deniq; totius concilii gesta & ordo.Ex quibus omnibus satis patere potest nõ eẽ confictũ a me ꝙ p̃ter legẽ scriptã Moyses uerã quoq; legis expositionẽ a deo acceperit.& ꝙ illa deinceps ꝑ successionẽ a Moyse septuaginta senioribus.& ab illis

Senedrim

Sederolam

aliis suis successoribus fuerit reuelata. Vnde & nomẽ accepit ut diceref cabalistica & tẽpore Esdre in plures libros fuerit redacta. qui dicuntur libri cabale. quos ego libros sũma impensa mihi conquisitos. Neq; enim eos hebrei latinis nostris cõmunicare uolunt. Cum diligenter perlegerim inueniens ibi multa. ĩmo pene omnia consona fidei nostre. Visum est mihi habere posse christianos unde iudeos suis telis cõfodiant. cum ab eis auctoritas cabalistarum quos habent in magno honore & reuerentia negari non possit. Est autẽ ulterius sciendum ꝙ ista expositio biblie proportionatur modo exponendi bibliam qui apud nos dicitur anagogicus. Sicut enĩ apud nos est quadruplex modus exponendi bibliam. litteralis misticus siue allegoricus. tropologicus & anagogicus. Ita est & apud hebreos. litteralis apud eos dicitur Pesat. quem modum tenent apud eos Rabi Salamon. Chemoy & similes; Allegoricus Midras. unde sepe apd' eos audies Midras ruth Midrastillym. Midras coeleth. i. expositio per Midras. i. mistica super ruth. super psalmos. super ecclesiasten. & sic de aliis. Et istum modum sequuntur maxime doctores Talmutici. Tropologicus dicitur sechel. quem sequuntur Abraã abnazara. ubi litteraliter non exponit & leuibengerson & multi alii. & ante omnes Rabi Moyses egyptius. Anagogicus dicitur cabala. & hoc quia illa expositio que dicitur ore dei tradita moysi & accepta per successionem modo predicto quasi semper sensum sequitur anagogicum. qui etiam inter omnes est sublimior & diuinior sursum nos ducẽs a terrenis ad celestia a sensibilibus ad intelligibilia. a tẽporalibus ad eterna. ab infimis ad suprema. ab humanis ad diuina. a corporalibus ad spiritualia. Et hinc ẽ ꝙ ualidissima inde argumenta habentur contra iudeos. quia discordia quæ est inter eos & nos ut maxime patet ex epistolis pauli hinc tota precipue dependet ꝙ ipsi sequuntur litteram occidentem. nos autem spiritum uiuificantem. quod unico exemplo sufficiat nunc declarasse. Nã cũ eis in eis prophetiis promittitur ꝙ messias eos liberabit de captiuitate. & adducet in terrã promissionis & in Hierusalẽ. & in tẽplo gaudebũt & cõgregabuntur. Ipsi hec litteraliter intelligentes dici de captiuitate mũdana & de terra promissionis quæ est iudea terrestris. similiter de materiali ciuitate Hierusalẽ et teplo nõ possunt credere illũ fuisse messiã per quẽ eiecti sũt de illa terra promissionis & ciuitas destructa & dirutũ fuit tẽplũ. qđ si uoluerint simul cũ cabalistis anagogice exponẽdo scripturã ĩtelligere illa de celesti Hierusalẽ. de captiuitate spũali. de celesti terra uiuẽtiũ cognoscãt & cõfiteãt necesse ẽ illũ uerꝝ fuisse messiã ꝑ quẽ totus pene orbis de manu demonis cui ꝑ ydolatriã seruiebat fuit liberatus. Quem fore effectũ ꝓcipuũ aduẽtus xp̄i ipsoꝝ cabalistaꝝ firma ẽ opinio. Ita cognosceref eẽ de oĩbus aliis si cõclusionũ meaꝝ cabalisticaꝝ ꝓbatiões uiderẽtur nullũ eẽ. s. pene articulũ ĩ quo nobiscũ iudei ꝑ cabalistaꝝ auctoritatẽ sentire nõ cogãtur. At statim insurgunt isti patres & cur omnes iudei nõ fiunt christiani. & cur Augustinus Hieronimus & alii doctores ecclesie huius doctrine non meminerunt. Miror de sapientia istorum patrum. Et queso dicant mihi ipsi uera fuerint ne miracula christi an a nostris falso conficta. Si uera dicũt dicant & mihi. cur tunc non omnes iudei facti

Nota

Nota

Quadruplex modus exponendi bibliã apud hebreos est sicut & ap̄ nos. s. pesat.

Midras.

Sechel.

Cabala.

R. Salamon

Abraam auenazra.

Leuibengerson.

Rabi moyses ægiptius

Exemplum

Nota

sunt xp̄iani. Nam etiam si cabalistas ipsos presupponamus eadem penitus scribere q̄ Augustinus scribit. Dubitandum tamen non est maioris fuisse efficacie miracu/la uiuentis xp̄i ante eorum oculos quotidie facta q̄ auctoritatem cuiuscū q; aucto/ris. q̄q̄ apud eos maxime autentici Sciant autem eē prohibitum iudeis legere illos libros anteq̄ attigerint annum quadragesimum sue etatis. Et si quādo legūt & nō

Origenes — credunt. sicut & in xp̄m ipsum quem uiderūt nō crediderūt. dico cum Origenē ꝙ facti sunt de illis qui legunt & non intelligunt. legunt & non credunt. Obscuratū ē enim insipiens cor eorū. Et sicut de illis eloquiis dei q̄ supra declarauimus eē istam

Paulus apostolus — cabalisticam traditionem. dicit paulus in hunc modū. Quid enim si quidam illoꝝ non crediderunt. nunquid incredulitas illorum fidem dei euacuauit. absit. Est enī deus uerax. omnis autem homo mendax; Ita & nos dicamus. quid si multi nō cre dunt. nunquid illorum incredulitas huius scientie ueritatem & nobilitatem euacu at. absit. Sunt aūt maxime digni christiani hac scientia. quia sicut ipsa est lex spiri/tualis non carnalis. ita nos spirituales sumus israelite. non carnales. Pertinet autē lex spiritualis ad eum qui iuxta paulū ī abscondito uidens est. nō ad eum qui ī ma nifesto. Quod autem dicant se mirari doctores ecclesie de ista doctrina nūq̄ fecisse

Hylarius — mentionem. satis nos supra ostendimus. & Hylarium & Origenem & Hesdram.

Origenes — & iuxta hos Paulum & euangelium huius scientie meminisse. Est autem & aduer

Hesdras — tendum ꝙ nunq̄ inuenies aut rarissime doctorem aliquem ex nostris loquor de an tiquis. aliquem ex hebreis nominatim allegantem. sed in uniuersali tantum uide/bis dicentes. sic dicunt hebrei. Hec est sentētia hebreorum. Et ego quidem non me

Huillus — mini me hoc nisi semel inuenisse apud Origenem qui allegat Huillum patriarchā coetaneum suum. Quare nihil mirum si & auctores cabale ab eis nunq̄ audias no minatim allegari. Verum cū de hebreorū testimonio uideamus quādoq; doctores

Hieronimus — nostros ita considere. ut sicut noster Hieronymus dicit. Cū uolūt approbare q̄d di

Eusebius — cūt Eusebius maxīe Origenes & Clemēs. & q̄plures alii. ad hebreos se semp̄ refe/

Origenes — rāt. dicētes. referebat mihi hebreus. audiui ab hebreo. hebreoꝝ ista sn̄ia est. Et ipse

Clemens — Hieronymus etiā eos magistros uocet. dicēs. hec ē sn̄ia magistroꝝ. nihil dubitādū

Oīs scola hebreoꝝ in tres sectas diuisa — ē de doctoribus cabale eos ītelligere. q̄d euidēti rōne pōt demōstrari. Est. n. oīs sco la hebreoꝝ ī tres sectas diuisa. In philosophos ī cabalistas & ī Talmuticos. Talmu ticos allegari ab antiquis doctoribus nostris non est credendū. tum quia Clemens

Clemens — & multi alii qui hebreos allegant fuerint ante compositionem ipsius talmut q̄ fuit post christi mortem plus q̄ per. d. annos. tum quia doctrina talmutica est totaliter

R. moyses de ægypto prius cepit exponere bibliā secūdū philosophiam tpe Auerrois — contra nos conficta ab ipsis hebreis. iam contra christianos pugnantibus quare illi doctrine talem honorem non detulissent nostri ut tunc maxime aliquid dictum ab eis firmum putarent cum iudeorum testimonio corroboratur philosophos pari/ter certum est eos nō allegare quia & isti qui. s. secūdū philosophiā exponere cepe/runt bibliam ceperūt a modico tempore. Primus enim fuit rabi Moyses de egypto quo adhuc uiuente floruit Auerrois cordubensis. nondum autem fluxerunt trecē ti anni a morte Auerrois. Relinquitur ergo ut hec hebreoꝝ doctrina cui doctores

catholici ex Hieronymi teſtimonio tantum deferunt & quam adeo approbant ſit
illa quã ipſimet noſtri doc; fatentur & credũt a deo Moyſi & a Moyſe p̃ ſucceſſio
nem aliis ſapientibus fuiſſe reuelatam & eſt illa quæ ex hoc modo tradendi dicitur
cabala quam ſepe etiam uideo a noſtris auctoribus hoc modo deſignari dicendo ut
dicit antiqua traditio. Hec eſt prima & uera cabala de qua credo me primũ apud
latinos explicitam feciſſe mentionem & eſt illa qua ego utor in meis cõcluſionibus
quas cum expreſſe ponam contra hebreos ad cõfirmationẽ fidei noſtre neſcio quo
modo iſti magiſtri habere potuerunt pro ſuſpectis ĩ fide. Verum quia iſte modus
tradẽdi per ſucceſſionem qui dicitur cabaliſticus uidetur conuenire unicuiq; rei ſe
crete & miſtice hinc eſt q̃ uſurparunt hebrei ut unamquamq; ſciẽtiam quæ apud
eos habeatur pro ſecreta & abſcondita cabalam uocent & unumquodq; ſcibile qđ
per uiam occultam alicunde habeatur dicatur haberi per uiam cabale. In uniuerſa
li autẽ duas ſcientias hoc etiã nomine honorificarunt unã q̃ dicit
.i. ars combinandi & eſt modus quidam procedendi in ſcientiis & eſt ſimile quid ſi
cut apud noſtros dicitur ars Raymundi licet forte diuerſo modo procedant. Aliam
quæ eſt de uirtutibus rerum ſuperiorum quæ ſunt ſupra lunam & eſt pars magie
naturalis ſuprema. Vtraq; iſtarum apud hebreos etiam dicitur cabala propter ra-
tionem iam dictam & de utraq; iſtarum etiam aliquando fecimus mentionem in
concluſionibus noſtris. Illa enim ars combinandi eſt quam ego in concluſionibus
meis uoco alphabetariam reuolutionem. Et iſta quæ eſt de uirtutibus rerum ſupe
riorum quæ uno modo poteſt capi ut pars magie naturalis. Alio modo ut res diſtĩ
cta ab ea eſt illa de qua loquor in preſenti concluſione dicens q̃ adiuuat nos in co-
gnitione diuinitatis chriſti ad modum iam declaratum. & licet iſtis duabus ſcien-
tiis nomen cabale ex primaria & propria impoſitione non conueniat. tranſumpti-
ue tamen potuit eis applicari. Verum ſicut cum olim magi tantum dicerentur ſa-
pientes necromantes deinde & diabolici uiri ſapientis ſibi falſo nomen uendican-
tes magos ſe uocauerunt. Ita & quidam apud hebreos res diuinas falſis & uanis
ſuperſtitionibus pollicentes. immo in rei ueritate quaſi nihil a necromãtibus diffe
rentes dixerunt ſe habere ſecreta dei nomina & uirtutes quibus demones ligarent
& miracula facerent. & chriſtum non alia uia feciſſe miracula. & iſti falſo ſibi caba
liſtarum nom̃ uendicauerũt dicẽtes artẽ ſuã eẽ illã ueram cabalã quã reuelauit deus
Moyſi. ſicut ẽt dicũt necromãtes q̃ illas ſuas ĩcãtatões & beſtialitates habuerunt a
Salamone & ab Adam & ab Enoch & a ſimilibus. hanc autem falſo uocatam caba
lam non ſolum ego non approbaui in concluſionibus meis aut ſequutus ſum. ſed
expreſſe reprobaui ponẽs concluſionem ſpecialem de directo contra iſtã quæ dicit
q̃ miracula chriſti non potuerunt fieri per uiam cabale hec ſufficiant de preſenti
concluſione quæ ſpecialem librum exigeret. ſi quid ſit naturalis magia quid cabala
exacte uellemus declarare hic ſufficit oſtendiſſe nihil contineri in eis quod catho-
lice & ortodoxe fidei repugnet.

Prima & uera cabala

Duas ſciẽtias cabale nomine hebrei honorificarũt

Ars raymũdi

QVESTIO SEXTA DE EVCARISTIE SACRAMENTO.

I TENEATVR communis uia de possibilitate suppositationis respectu cuiuscūq; creature dico ꝙ sine conuersione sbē panis ī corpus xp̄i uel paneitatis anihilatione fieri potest ut in altari sit corpus xp̄i secundum ueritatem sacramenti quod sit dictum loquēdo de possibili nō de sic esse. Per hāc cōclusionem nō intendo dicere ꝙ panis nō cōuertatur ī corpus christi & ꝙ de facto sit corpus christi in sacramēto de facto instituto a christo aut illius sacramēti ueritas actualis sit p̄sentialitas corporis christi ad panem de facto assumptum uel suppositū a uerbo. Ista enim de inesse reiicio exp̄sse in fine cōclusionis ibi quod sit dictum de possibili nō de sic esse. ubi ly possibile referri uolo nō solum ad dictum precedēs de suppositatione panis a christo sed ad ueritatem sacramenti eucharistie & etiam ad ipsum sacramentum. īmo etiam ad presentiam corporis christi simul cum pane assumpto. ita ꝙ forsan non esset necessarium ꝙ uirtute istius assumptionis panis a uerbo incarnato esset corpus christi qđ iam assumpsit de uirgine cum pane. Sed tamen possibile est ꝙ in altari esset simul cum pane si esset assumptus a xp̄o. Loquor igitur in presenti cōclusione de sacramēto possibili & possibili eius ueritate & possibili p̄sentia corporis xp̄i simul cum isto pane assumptibili. Ideo miror ꝙ damnata sit presens conclusio pro erronea ex eo ꝙ predicta sint falsa de sacramēto eucharistie iam instituto de quo dicunt me loqui. cum tamē de possibili sacramēto & possibili eius ueritate expresse loqui profitear in cōclusione. Attentius igitur cōsiderēt uerba cōclusionis anteq̄ damnent cōclusionem tam expresse refellētem sensum quem damnāt. īmo cōsiderēt ꝙ determinatio sua male potest defendi ab errore quia si sic esset ꝙ cōclusio uellet saluare ueritatem sacramenti secūdum institutionem christi quam tenet ecclesia ut ip̄i dicūt tūc non solum est erronea sed simpliciter heretica. Si autem sensus conclusionis est ille per me explicatus nō solum nō errronea in fide. sed īmo est erroneum dicere oppositū Multa enim sunt quæ de sic esse sunt heretica quorum oppositum de possibili esset hereticum sicut dicere patrem incarnatum de sic esse est hereticum patrem autem posse incarnari non solum non est hereticum sed hereticum est eius oppositum & hec sufficiant pro declaratione conclusionis & defensione eius. Sed nos scolastice exercitationis gratia relinquentes cōclusionem meam uideamus. an hoc sit uerum ꝙ possit per alium modum saluari corpus christi posse esse in altari q̄ per conuersionē panis in ipsum. s. per substentationē paneitatis in diuino supposito una cum humanitate assumpta ita ꝙ esset unum suppositum in tribus naturis. s. deitate. humanitate. & paneitate. & ratiōe suppositi esset predicatio cuiuslibet nature in concretione ad suppositum sumpte de alia. & cōicatio idiomatum deus est panis & homo et econuerso. & christus homo est in altari sicut xp̄s panis est in altari & sic de cōsimilibus. & hoc esset sacramentaliter siue uirtute sacramenti si uirtus ad hoc esset data

Questio

diuinitus uerbo sacramentali. nec intromittamus nos utrum ad hoc sufficeret uer/
bum istud cum predicta uirtute hoc est corpus meum. uel aliquid aliud requirere
tur. Et primo pro parte affirmatiua arguitur ꝙ hoc sit tenēdū quia uidetur Dam̄. Primū argu/
hoc tenere de facto. hoc. s. sacramentum esse per assumptionem. Sic enim dicit & mētū pro pte
nūc interrogatus qualiter panis corpus christi sit & uinum & aqua sanguis christi. affirmatiua.
Dico tibi & ego spiritus sanctus superueniet & hoc facit quod est super rationem Dam̄.
& intellectum. Panis autem & uinum assumuntur & isra ibidem. & quemadmo
dum in baptismate quia consuetudo hominibus aqua lauari & oleo ungi iugauit
deus aquam & gratiam spiritus sancti & fecit idem lauacrū regenerationis. ita qa
consuetudo hominibus panem & uinum cōmedere & bibere iugauit eis deus dei/
tatem & facit ea corpus & sanguinem eius. & infra eodem. c. loquens de hoc alta/
ris sacramento carbonem uidit Esaias carbo autem lignū simplex non est sed uni/
tum igni. Ita & panis cōmunionis non panis simplex est. sed unitus deitati. Dioni
sius autem de ecclesiastica hierarchia tertio. c. uocat istud sacramētum assumptio/ Dionisius
nem. Quod ergo isti doc. dicere uidentur de sic esse multo magis potest teneri de
possibili. Secundo arguitur quia cum secundum Augustinum ad Volusianū in re/ Secūdū argu
bus mirabilibus tota ratio facti sit potentia facientis sic artare hoc mirabile sacram̄ mētum.
tum ad determinatum defensionis modum qui ex canone scripture aut ecclesie de
terminatione non habeatur expressus est diuinam potentiam artare ad intellectus
nostri capacitatem. quod est periculosum. & cōtra Augustinū ibidem dicentē hoc.
Si ratio queritur non erit mirabile si exemplū ponitur non erit singulare. Demus
deū aliquid posse ꝙ nos fateamur iuestigare nō posse. Tertio arguitur. quia illud Tertiū argu/
cuius oppositum etiam deinesse non habetur euidenter ex dictis sanctorū multo mentum
magis potest teneri de possibili. Sed oppositum huius ꝙ de facto remaneat panei
tas in altari substantiata a supposito diuino nō habetur euidenter ex dictis sancto
rum ergo &c. Probatur quia illud Gregorii in omelia pascali dicentis. species & si/ Gregorius
militudo illarum uocabula sunt rerum que ante fuerunt. s. panis & uini. hoc quod
ante fuerunt exponunt tenentes opinionem q̄ ante fuerunt sola nunc autē nō sunt
sola quia ibi latet corpus christi. Item illud Ambrosii ꝙ uirtus dei quæ creaturas ex Ambrosius
nihilo creat. hic creaturas mutat & alie quæ dicunt panem & uinum non remane
re post consecrationem sed conuerti. sic exponētur ꝙ panis non remanet qui panis
fuit. licet eadem sit paneitas & hoc propter aliud suppositum. Hec autē dictio pa
nis dicit suppositum in natura paneitatis & hoc non remanet. Multū autē interest
dicere ꝙ remaneat paneitas in diuino supposito hypostatizata. & ꝙ remaneat pa/
neitas in proprio supposito quia hoc secundo modo nō fieret cōmunicatio ydioma
tum quæ fit primo modo. Has autem auctoritates omnino ego credo eē cōtra sic
ponentes de facto & de sic esse & non de possibili tātum. Quarto sic arguitur. Ista Argumētum
opinio approbatur de sic esse in confessione Berengarii approbata per Papam Nico quartum
laum Rome coram. cxiiii. episcopis ergo multomagis potest teneri de possibili an/ Berengarius
tecedens sic deducitur. Quia Berengarius confitetur post consecrationem non solū

sacramentū sed etiā uerum corpus & sanguinē domini nostri ihesu christi esse ī altari & sensualiter nō solū alias sacramentaliter sed ī ueritate manibus sacerdotū tractari frangi & fideliū dentibus atteri. Quæ uerba uidentur nō posse plane accipi ī sensu claro & expedito qualis debet esse uerboꝝ cōfessionis sic solēniter approbate nisi per substentationē paneitatis in supposito dei cū corpore xp̄i modo predicto. Ita ꝙ sit idem corpus xp̄i hominis & panis & ita sit integrū inquātū corpus hominis & atterratur inquātum panis sicut christus in cruce moriebatur & uiuebat. sed hoc ut homo & illud inquantū deus & ꝙ quidā ita acceperint uerba predicte confessionis patet per magistrum sententiarū. iiii. libro. di. vii. Cuius uerba sunt hec. Alii tradunt corpus xp̄i essentialiter frangi & diuidi & tamē integrū & incorruptibile existere quod se colligere asserūt ex cōfessiōe Berengarii qui cōfessus ē coram Nicolao Papa & pluribus episcopis panē & uinū quæ in altari ponūtur post consecrationem. nō solū sacramentum sed etiā uerum corpus & sanguinē christi esse & sensualiter nō solū ī sacramēto sed etiā in ueritate manibus sacerdotū tractari et frāgi. & fideliū dentibus atteri. ecce ꝙ confessio Berāgarii attentata & examinata per ecclesiam cōtinet corpus christi nō in sacramēto tantum sed in ueritate dentibus fidelium atteri. quod plane acceptum ueritatem haberet per cōmunicationē ydiomatum. quia atteritur dentibus secundum paneitatem & integrum manet secūdū humanitatem. Quod si aliquis uelit exponere dictam cōfessionē dicens ꝙ in ueritate & non in sacramento tantum refertur ad immediatum uerbum tātum. s. manibus sacerdotum tractari. & sequentia uerba ad species siue ad exterius sacramentum. sub quo fracto & attrito corpus christi integrum sumitur. Videtur ꝙ non accipiantur uerba confessionis plane ut in iacent. & ut de plano sonant cum tamen uerba confessionis sic examinate debeant accipi absq; expositione uiolenta. & extorsione secundum sensum quem in aperto faciunt. Sed contra arguitur ad oppositū quia ista opinio de remanētia substantie panis in altari est damnata ab ecclesia ergo uitanda ut heretica. Respondetur secundum sic opinantes ad hoc primo ꝙ dānata est de sic esse nō de possibili. Secundo ꝙ opinio dānata differt ab ista quæ ponit paneitatem remanere hipostatizatam a uerbo homine. Illa enim ponit post cōsecrationem plura supposita hominis christi & panis. hec unum suppositum in tribus naturis. sicut in diuinis est una natura in tribus suppositis. Illa ponit substantiam panis manere post consecrationem. hec uero non per modum substātie sed ꝑ modum accidentis. sicut ē de humanitate assumpta. Illa ponit panem & uinū remanere. hec uero non. sed alium panem. licet sit eadem paneitas. Ex illa sequitur corpus christi non posse esse in altari ueraciter sub sacramento. cum panis in nullo mutetur. Ex hac uero non cum ponit panem mutari & etiam paneitatem quo ad esse. ex illa non uerificatur ꝙ panis sit corpus christi cum sint duo supposita. Ex hac uero uerificatur propter unitatem suppositi quod est unum in duabus naturis ex illa sequitur ꝙ quicquid est in hoc sacramento non est adorandum latria cum

Magister sententiarum

Primum ī oppositum

Prima respōsio.

Secunda responsio

Differētie inter hanc opinionē & opinionem damnatam.

sint duo supposita christi & panis. hec uero ponit unica adoratione adorari. qcqd est sub sacramento propter unitatem suppo iti. Secundo arguitur ꝙ nullo modo potest saluari ꝙ per illum modum possit corpus christi esse in altari. quia cum queritur utrum corpus christi possit esse in altari &c. non intelligitur de corpore quod christus est & accipitur pro genere. sed intelligitur de corpore quod est pars & non predicatur de homine in recto. Tale autem corpus quod est pars non communicat ydioma nature coassumpte neq; supposito neq; econtra. Licet enim deus sit homo & econtra non tamen deus est caput christi & ecōtra. & licet christus homo sit ubiq; ratione suppositi non tamen caput christi hominis est ubiq; quia partes nature assumpte non communicant ydiomata supposito. nec de eo predicantur uel econtra. Quamuis ergo paneitas assumatur a uerbo una cum corporeitate non tamen dicetur ꝙ corpus christi est panis uel ꝙ corpus christi sit in altari si panis est in altari. licet dici posset & uerificari ꝙ panis sit corpus quod christus est secundum quod accipitur ut genus. Quod autem aliter non accipiatur in questione & in sacramento apparet. tum quia corpus genus quod dicitur in recto de christo non dicitur corpus christi sicut animal uel homo quod christus est. non dicitur homo uel animal christi. tum quia forma uerborum in qua institutum est hoc sacramentum est hec. Hoc est corpus meum. Constat autem ꝙ ueritas illius uerbi non saluatur de corpore quod est genus. Animal enim quod de me in recto predicatur. nō est animal meum. sed animal quod ego sum. Tum quia si in triduo mortis christi fuisset consecratum fuisset in altari non corpus genus sed corpus pars tantum. Corpus enim est corpus animatum. quod tunc non erat. igitur corpus christi ut hic queritur & de quo agitur in sacramento est corpus pars tantum quod non predicatur de pane uel deo uel homine. Nec enim communicat ydiomata ceterarum naturarum. Nō ergo esset uerum dicere ꝙ corpus christi esset in altari modo predicto ratione panis uel suppositi. Preterea dato ꝙ ratione dicte substentificationis in uno supposito panis esset corpus non tamen ubi panis in altari ibi corpus christi sed panis in altari erit corpus christi in celo sicut in triduo anima & corpus erant substentata in supposito nec tamen propter hoc anima erat in sepulchro cum corpore nec corpus in īferno cum anima. Preterea si esset substentificatio ista ip̄a terminaretur ad illud ad quod dicimus cōuersionem panis terminari hoc autem est corpus christi. ad quod terminari non potest substentificatio nature aliene. hoc enim soli supposito in creato est proprium secundum communem uiam. ergo non potest fieri substētificatio paneitatis in supposito alterius nature in hoc sacramento. Item sic arguitur quia secundum predictum modum substētificationis paneitatis in uerbo una cum corpore christi dudum assumpto non incipiet corpus esse in altari. sed aliquid de nouo incipiet esse corpus christi. Si autem non incipit cum prius non fuerit sequitur ꝙ non erit in altari. Item arguitur ꝙ licet posset suppositum uerbi assumere paneitatem quam assumendo crearet sicut de humanitate christi tenemus. tamen non

Secūdū ī oppositum.

Tertium.

Quartum.

Quintum.

Sextum.

Septimo. potest assumere paneitatem existentem in proprio supposito quia hoc esset paneitatem corrumpere non assumere. Preterea uidetur ꝙ non possit conferri uirtus uerbo respectu unionis paneitatis ad uerbum quia maioris difficultatis est assumptio paneitatis in supposito uerbi q̃ creatio eo ꝙ magis distat esse diuinum a natura paneitatis cui dicitur cõmunicari in assumptione q̃ ens a nõ ente & tamẽ nõ potest cõmunicari creature uirtus ad creationem operando uel cooperando. ergo nec ad

Confitmatio assumptionem. Confirmatur auctoritate sancti Thome in. iii. qui dicit ꝙ ad unionem creatura cooperari non potest.

Octauum. Preterea illo dato post sumptionem sacramenti sacerdos non esset ieiunus & non esset ibi cibus spiritualis tantum. sed etiam corporalis. quod est contra dignitatem sacramẽti.

Nonum. Itẽ christus aliquid dimitteret post q̃ assumpsisset in unitate suppositi quia assumeret paneitatẽ quam dimitteret pane conuerso in membra.

Responsio Ad isla autem sic forte diceretur primo. saluando hoc

Ad secũdum ĩ oppositum dictum ꝙ sine conuersione panis in corpus christi potest fieri ut in altari sit corpus christi modo predicto per substentificationem paneitatis in uerbo una cum humanitate dudum assumpta de corpore ut est genus non ut ẽ pars & ita de corpore qđ est christus & sumitur a corporeitate quæ est natura & est predicabilis in recto. Et cum arguitur quod de corpore ut genus non diceretur corpus christi dicetur ꝙ immo. sicut etiam dicitur creatura salis. i. quæ est sal. & uerbum dei. i. quod est deus. sicut cum dicitur uerbo domini. i. uerbo quod est deus celi firmati sunt. & dicimus substantiam materie manere per totam trasmutationem naturalem. i. substantiã quæ materia est. sicut etiam dicitur ab aduersariis quæ substantia panis conuertitur in corpus christi utique substantia quæ est panis non quæ est pars panis. Sic

Damascenus etiam Damascenus libro tertio. xvii. c. accipit carnem christi. i. carnẽ quæ christus ẽ pro genere dicens ꝙ caro domini deificata esse dicitur & deo consubstantialis. Et cum arguitur ꝙ non esset conueniens forma uerborum. hoc ẽ corpus meum ẽ corpus pars mei dicetur ꝙ forte non fieret per talem formam uerborum & forte daretur uirtus diuinitus sacramentalis uerbo cuicũque. & forte etiam omnem uirtutẽ quam dare posset deus. Cuicũque uerbo posset deus dere isti uerbo. Hoc ẽ corpus meum uel etiam non significatiuo de absoluta potentia quia uirtus dei nõ ẽ astricta significationi uerborum.

Respõsio ad tertiũ ĩ oppositum Et cum arguitur ꝙ dato ꝙ panis sit corpus & econuerso non tamen sequitur ꝙ ubi panis ibi corpus ĩ altari dicetur ꝙ immo sequitur. qa quicquid dicitur de predicato dicitur & de subiecto. sicut enim quia deus ẽ homo & deus ẽ ubique sequitur ꝙ homo xp̄us sit ubique sicut deus. & ꝙ deus includitur in cunabulis & ẽ filius uirginis. & sugit ubera sicut homo xp̄us. sic sequitur si xp̄us homo ẽ panis & econuerso. ꝙ si panis ẽ in altari ergo & xp̄us homo non solum ea ratione qua ẽ ubique inquantum deus. Sed quia panis in altari ẽ. Communicant enim nature assumpte ydiomata ex pte subiecti pcipue qa ĩ subiecto tenetur p supposito. Dicitur autẽ ex parte subiecti qa ex parte predicati forte nõ cõmunicãt sibi ydiomata necessario. quia ibi tenetur p natura. Vnde forte nõ oportet ꝙ xp̄us sit

homo ubiq;.cũ sit deus ubiq;.licet ex parte subiecti homo xp̄us sit ubiq; nec ualet quod adducitur de anima & corpore in triduo quia nõ sic uniebãtur supposito qđ de supposito predicarẽtur uel de se inuicem cum unirentur ut partes unius nature. & ideo non oportet ea inter se cõicare ydiomata sicut ille nature quæ de se inuicẽ dicuntur. Certũ ẽ autem ꝙ si non sequitur necessario sequitur saltem de possibili.

Quod autem dicitur ꝙ si ẽ paneitatis substentificatio oportet eam terminari ad id ad quod dicimus conuersionem terminari..ad corpus respondetur ꝙ hoc nullam habet necessitatem. Sed dicere possumus substentationem fieri ĩ supposito simpliciter. q̄uis ponentes conuersionem dicant eam terminari ad corpus partem. Posset etiam forte dici ut infra dicetur ꝙ substentificatio terminari potest ad corpus nõ ut humanum. sed ut unitum. quia si suppositum diuinum habet aliam naturam ĩ se substentare inquantum eam trahit ad suum esse cuicũq; cõmunicat suum esse infinitum eidem cõmunicare posset in illo esse substẽtare aliam naturam sibi unitã. & de hoc infra. Cum uero opponitur ꝙ secundum modum istum nõ inciperet corpus xp̄i esse in altari. sed aliquid inciperet esse corpus xp̄i uel corpus xp̄s. diceretur ꝙ sicut si xp̄o dudum homini adueniat paneitas incipiet xp̄s homo esse panis sic incipit per accidens nouo modo esse in altari ꝙ pani cõuenit secundum se. incipiet. s. xp̄s homo esse in altari uisibiliter. & ut cibus fidelium ratione paneitatis assumpte sicut xp̄s deus incepit esse in gremio uel utero matris nouo modo ratiõe humanitatis assumpte. Ad id quod dicitur de assumptione paneitatis preexistentis in supposito proprio. Respondetur ꝙ deus potest assumere omnem naturam assumptibilem preexistente in proprio supposito & eam in assumptione priuare ratione suppositi & trahere ad proprium esse. Constat enim ꝙ uerbum naturam humanam posset dimittere quæ statim haberet propriam subsistẽtiam & rationem suppositi & persone licet hoc non habeat unita uerbo & esset quo ad essentiam eadem humanitas quæ prius erat unita. Posset ergo modo simili humanitatem prius existentem ĩ ꝓprio supposito assumere modo iam dicto & esset eadem natura nunc assumpta & prius non assumpta. Cum autem arguitur ꝙ ad hoc non potest conferri uirtus uerbo forte potest & forte non potest. & si non potest dari uirtus inherẽs quia talis uirtus esset creata forte potest dari uirtus assistẽs quia talis esset increata & nõ creata & hoc modo esset sacramentaliter uirtute uerbi assumptio paneitatis. quomodo ẽt ponunt magni uiri uirtutem conferri sacramentis noue legis & forte si potest cõferri uirtus inherens uerbo sacramentali ad conuertendum totum in totum & precipue in preexistens sine eius augumẽto potest etiam conferri ad effectum predictũ. quia forte alicui uidebitur ꝙ hoc sit tante difficultatis sicut illud. Ad id quod dicitur de solutione ieiunii. responderet quis illud de non soluendo ieiunium nature se qui ad modum qui cõmuniter ponitur. s. ꝙ substantia panis non remaneat ꝙ si ponamus substantiam remanere aliud dicemus uel forte dicetur ꝙ non propter hoc dicitur sacerdos post sumptionem ieiunus quia ibi non est substãtia panis q̃a quãtumcũq; non sit substantia panis si iudeus uel christianus sumeret species sacramẽ

Prima respõsio ad quartum.

Secunda.

Respõsio ad quintum

Respõsio ad sextum.

Respõsio ad septimum.

Prima respõsio ad octauũ

Secunda.

tales per modum cibi corporalis. & intentione cibandi solueret ieiunium. Sed ideo quia sacerdos non sumit per modum cibi corporalis. sed per modum sacramenti. ideo non soluitur ieiunium & consimile esset quia si substantia panis remaneret adhuc non solueret ieiunium nature. dummodo non sumeretur per modum cibi corporalis. Id autem quod dicitur ꝙ christus non dimittit quod assumpsit semel dicitur presupponendo ꝙ teneatur solam naturam humanam assumpsisse. sicut de facto ipsam solam assumpsit. posset tamen aliam naturā assumere & eā dimittere. Potest etiam dici ꝙ si paneitas assumeretur a uerbo nunq̄ dimitteretur a uerbo per se & ex parte sui. sed per accidens ex conditiōe nature assumpte cum suis naturalibus defectibus eam dimitteret propter nature assumpte corruptionem sicut dimisit humanitatem in triduo. Sed rursum disputando inquiramus an possit saluari corpus quod est pars esse in altari ueraciter absq; conuersione panis in ipsum. & uidetur ꝙ sic quia sicut color substentatur in substantia ut in subiecto mediante alio accidente uerbi gratia superficie non quidem ꝙ superficies sit subiectum coloris. qa unum accidens alterius nō est subiectum eo ꝙ ut dicitur a philosopo qualitatis nō est qualitas. sed ideo quia color non inest subiecto nisi in ordine ad superficiem sic paneitas potest substentari in uerbo mediante corpore non quidem ꝙ corpus sit īmediatū substentatiuum & substentificatiuum paneitatis assumpte & uerbū primum. Sed quia nō substentificatur paneitas ī supposito uerbi nisi in ordine ad corpus christi partem. Hunc enim ordinem potest deus ponere inter naturas assumptibiles. licet in natura sua non habeant illum ordinem sicut auferre potest ab aliquibus naturalem ordinem quem habent inter se. ut inter calorem & actum calefaciendi in fornace caldeorum & in aliis multis. Sicut ergo color quia sbē inest ī ordine ad superficiem dicitur de superficie in concreto per modum qualis accidētalis dicēdo sup̄ficies ē colorata sic paneitas quæ est substantia dicetur de corpore xp̄i in concreto sumpta per modū qualis substantialis siue per modū quid dicendo filius dei ē panis & econuerso. sicut & humanitas de supposito dicitur in quid dicendo filius dei est homo & econuerso sicut ergo quia deus hō ē & ecōuerso. inde cōicant sibi ydiomata ubi deus ibi homo. & similiter de superficie & albo sic de pane & corpore. Nam si panis est in altari corpus xp̄i est in altari. forte aliter dicendum ꝙ nature assumpte habent modum accidentis ut dicebant antiqui theologi inquantum adueniunt supposito subsistenti in actu & non constituunt suppositum sed magis constituuntur in esse per ipsum. Sicut ergo in accidentibus inuenitur unum eē subiectum alterius licet non ultimatum sicut dicimus potentiam anime esse subiectū uirtutum & habituum inquantum est substentata per animam & similiter superficies respectu coloris aliquo modo subiectum dicitur. sic licet una natura assūpta non possit per se & primo substentare aliam naturam. tamen inquantum est uerbo unita & in ip̄o substētata pōt aliā substentare in se & hr̄e modū quasi subiecti respectu illius & illa quasi modū accidentis respectu illius quo ad hoc solū ꝙ una in alia substentetur ut ip̄a ē uerbo unita & ab eo substentata. Si enim suppositum

Prima respōsio ad nonū.

Secunda.

Alia questio

Argumetū p pte affirmatiua.

Antiqui theologi.

non substentificat naturam assumptam nisi ratione sui eẽ infiniti. ad qđ trahit naturam sibi unitam & associatam cuicunq; nature cõmunicat suũ esse infinitum eidem cõmunicat posse aliam naturam sibi unitam substentare. Sic etiã substantia inquantum trahit unũ accidens ad suum esse. eo ꝙ accidens non est ens nisi qa est entis in tantum dat ei ut possit aliud accidens sibi adueniens ut actus aduenit potentie substentare in se ipo & in suo esse. Corpus ergo pro parte acceptum ut unitũ & substentatum a uerbo in suo esse quod est esse uerbi sibi cõicatum potest naturam panis assumptibilem & modum accidentis habentem substẽtificare in se ipo. Hoc enim supponitur ꝙ sicut deus dat accidentibus modũ substantie. sic paneitati potest dare modum accidentis substentando ipam in alio quod ad eam se habebit quasi subiectum. nec differt quo ad hoc utrum sit perfectum in specie uel non. qa quandoq; subiectum accidentis est imperfectum in specie. sicut caput uel manus. Sicut etiam deus producit aliquas creaturas immediate. & aliquas mediantibus aliis. & sicut in se ipo terminat ut ĩ fine aliquas creaturas per alias. sic etiam potest uerbum in seipo terminare ut in supposito substentante aliquam creaturam mediante alia. & sicut creature per quas deus producit dicuntur producentes & creature per quas in se terminat ut in fine dicuntur fines siue subfines. sic creatura per quã uerbum in se aliam substentificat dicetur substentificare. ratione ergo talis substentificationis in corpore christi ut in quasi subiecto & immediato substentamento dicetur in concreto panis est corpus & econuerso. sicut filius dei est homo & econuerso. & communicabunt sibi ydiomata modo predicto sicut superficies & coloratum. Supponit enim panis pro substentante paneitatem sicut album pro substentante albedinem. Sicut enim dicit philosophus primo thopicorum ꝙ album ẽ corpus talem colorẽ sic habẽs. dicit Dam̃. li. iii. c. xi. deus est qui habet diuinã naturã. & homo qui habet humanã naturã & sic de ceteris & sicut non differt ad hoc ꝙ aliquid sit album ꝙ ipm in quo substentatur albedo sit perfectum in specie uel nõ. sic non differt ad hoc ꝙ aliquid dicatur panis ꝙ ipm quod est paneitas quasi subiectũ in quo. s. immediate sustentificatur paneitas sit perfectum in specie uel imperfectũ siue natura uel pars nature. Contra quia natura assumpta uel pars nature assumte non habet rationem suppositi. nec habet esse subsistentie in se. quia licet cõmunicetur ei esse uerbi tamen ut eius est non est esse subsistentie. sed existentie in alio. Non ergo natura assumpta ut unita est potest substẽtare aliam naturam in se. nec trahere eam ad suppositum cum non habeat ipa rationem suppositi. Sed si hoc cõcludit nũquid etiam concludet ꝙ superficies non potest in se substentificare colorẽ cum esse quod est subsistentie respectu sbẽ ut cõmunicatum accidenti sit existentie & ita non poterit esse subiectum coloris eo ꝙ ipa superficies sit accidens. nunqd dicendum ꝙ esse uerbi ut est humanitatis assumpte in habitudine ad uerbum est existentie. sed ut est eiusdem humanitatis in habitudine ad paneitatem ẽ subsistentie. ut autẽ est ultimo assumpte nature est existentie simpliciter sicut de superficie posset dici. Sed adhuc contra ꝑdicta sic arguitur natura ĩmediate unitur supposito

Aristoteles. Damascenus

Contra.

Responsio.

Cõtra iterũ.

nō ergo ē possibile ꝙ paneitas supposito uerbi uniatᷣ mediāte alia natura cū inē natu
Responsio. rā & suppositū nō possit cadere mediū. Sed forte natura ꝓprio supposito īmediate
unitur. sed de supposito extraneo respectu cuius habet modū aliquē accidētis non
Contra. oportet. sed una potest uniri supposito mediāte altera modo predicto. Contra si te
net similitudo de superficie sequeretur ꝙ sicut superficies separata a sbā ē subiectū
coloris & ē colorata. sic si corpus separaretur a supposito uerbo ipm esse posset qua
Responsio. si subiectū paneitatis & adhuc diceretᷣ panis qđ ē absurdū. Hoc nō erit si dicamus
Hilarius. ꝙ sicut dicit Hilarius supficiei separate a sbā pōt cōferri eē & modus essendi sbē ra
tione cuius subiectū erat accidētibus. sed nō sic humanitati separate cōferri pōt eē
suppositi uerbi infinitū rōne cuius poterat substētare naturā sbālem aliā. Et tu no/
ta ꝙ in his oībus inquisitionibus semp fuit presuppositū ꝙ suppositare alienā natu
Contra. ram sit proprium esse infiniti. Sed adhuc contra arguitur sic. Verbū assumpsit car/
nem mediante anima. nec tamen propter hoc anima dicitur de carne uel econtra/
rio. ergo dato ꝙ uerbū assumpsisset paneitatem mediante corpore non propter hoc
Responsio. unum dicetur de alio. Sed forte non est simile. quia uerbū dicitur assumpsisse car/
nem mediante anima tanq̄ anima existente media quo ad esse nature. Item medi/
ante anima quo ad fieri assumptionis sed non assumpsit carnem mediante anima
quasi anima primo substētata. & anima deinde substentet carnem sicut dicitur de
humanitate & paneitate. sed ideo quia non assumpsit carnem nisi in ordine ad na/
Rursus ꝓ pte falsa arguiᷣ. turam humanam cuius est pars per animā sibi unitam. Rursus pro parte falsa ar/
guitur ꝙ conuenientius sit ponere etiam de facto corpus xp̄i esse in altari per hypo
Primo. statizationem paneitatis in supposito xp̄i dei q̄ per conuersionem. Quia si illud re
putatur inconueniens ē quia ē contra determinata ab ecclesia sed probatur ꝙ hoc
non est. Nam si in aliquo uideretur ista positio esse contra determinata ab ecclesia
hoc maxime uideretur ī duobus ꝙ uidelicet panis remaneat & ꝙ accidētia nō sint
ibi sine subiecto sed neutrū dicit ista positio. Concedit enim ꝙ panis non remanet
quia suppositum panis non remanet. & potest etiā dicere ꝙ accidentia sunt ibi sine
Quomō acci cidens a sbā dependeat. subiecto. Accidens enim dependet a sbā quantum ad existentiam tantum saltem
secundum cōmunem uiam non secundum essentiam. Quare licet remaneat essen
tia panis cum tamen desinat ibi esse subsistentia panis per quam subsistebant acci/
dentia; relinquitur ꝙ accidentia per se subsistāt nisi ponamus ea migrare de subie/
Secundo. cto in subiectum. Secundo arguitur quia hec positio sit conuenientior quia plures
difficultates tolluntur per hanc positionē. Solū enī difficultas de unione ē hic. pau
ciora aūt sunt ponēda in articulis fidei nisi fides cogat & assumptio ē specialis arti
culus ergo non oportet multiplicare miracula & credibilia supra rationē nostram
Tertio. sine euidenti & cogente necessitate. Tertio quia per istum modū melius saluatur
apparentia quia apparet in hoc sacramento esse panis & uinum quod saluat assū/
ptio & nō cōuersio. uidemus enī aliquē nutriri ex hostiis sicut ex uero pane & pu/
trefieri hostias. & eis deniq3 omnia accidere quæ accidunt substantie panis. Qua/
re si ista omnia possunt saluari cum hoc non ueraciter corpus christi sit in altari &

quod ille panis qui ut dicit Berengarius fidelium dẽtibus atteratur sit uerum cor/pus christi melius est isti modo adherere q̃ modo de conuersione per quem ista nõ saluantur sine multiplicatiõe miraculorum. Quarto quia dicit Paulus primo cor. .x. Panis quem frangimus nonne participatio corporis domini est. Quinto quia ibi est christus sacramentaliter ubi est uirtute sacramenti directe. sed directius sit christus in altari per assumptionem q̃ per conuersionem quia forma huius sacra/menti quæ efficit significando directius efficit illud quod magis proprie significat & hoc est unio per assumptionem qua communicantur ydiomata ita ut hoc sit il/lud quod sonant uerba formalia hoc est corpus meum. non autem unio conuersio nis quia p illã panis non est christus nec econuerso. sed panis fit christus uel cõuer titur in christum. Sexto quia ille modus de conuersione est intricatus & multas ha bet difficultates. hic autem est clarus & expeditus. Assumptionem enim credimus iam per alium articulum. quecunq; autem sunt idem supposito limitata ubicunq; est unum ibi est reliquum. sicut ubicũq; est musica sortis ibi est eius albedo. Dico autem limitata quia si unũ eẽt limitatum & aliud illimitatum ubi esset limitatum ibi esset illimitatum non tameu econuerso. Sed pane assumpto corpus christi hu/manum & corpus panis esset unum supposito & utrũq; esset limitatum. ergo cum in altari esset panis assumptus ibi esset per consequens corpus christi. Item medi/um est propinquius q̃ extremum. Sed si christus assumeret panem uel paneitatẽ hoc faceret mediante sua corporeitate quia indignius assumptibile est mediãte di/gniori secundum congruitatem assumptionis. igitur cum suppositum christi assu/mens esset in altari cum pane assumpto multo magis ibi esset corpus christi quod esset medium assumptionis. Vltimo uidetur q; nihilominus possint saluari aucto/ritates sanctorum de conuersione tenendo assumptionem cum enim esse differat ab essentia unum potest assumi alio non assumpto. unde non sic est uerbum incar natum sicut in paneatum quia in illa assumptione preuenta fuit essentia assum/pta anteq̃ haberet esse. Vnde nunq̃ habuit esse aliud ab esse diuino sibi communi cato propter quod fuit assumptio sine conuersione aliqua assumpti in assumens, et econuerso. Vnde ecclesia dicit non conuersione diuinitatis in carnem nec supple ecõuerso. sed assumptiõe hũanitatis ĩ deũ Panis p̃xistẽs habet eẽ et essentiã & assũ ptio ad humanitatẽ suppositi cõsumit ip̃m subsistere nõ p annihilationẽ sed p assũ ptionẽ essẽtie substãtialis p̃ficitur hoc misteriũ. & sic oẽs auctoritates de trãsubstã/tiatiõe loquẽtes & cõuersione possunt referri ad esse & nõ ad essentiã & auctorita tes dicẽtes q; post cõsecrationem nõ manet panis sed fuit. uerum est secũdum esse quia remanet solum secũdum essentiã. Ex quibus uidetur q; ita ueraciter potest eẽ sacramẽtaliter in altari corpus christi sine cõuersione per assumptionem paneitatis sicut modo ponitur cõmuniter per cõuersionẽ immo istorum trium terminorum assumptio. cõuersio. anihilatio. nõ potest intelligi bona distinctio nisi presupponẽ/do modum opinionis istius dicendo q; illud assumitur q; ante aliquod ab ip̃o pre/

Quarto. Quinto. Sexto. Vltimo. Assumptio.

habitum esse suppositabile ad nouum suppositi esse assumuntur illud anihilatur quod simpliciter desinit esse. ita ꝙ sua reproductio esset creatio & impertinens est
Anihilatio. omnino ad hoc siue ponatur ꝙ ei aliquid succedat siue nihil succedat quia hoc a re quæ desinit esse est omnino extrinsecum. illud uero conuertitur quod remanens secundum essentiam amisso proprio esse suppositi transit ad esse alterius suppositi et
Conuersio. uere fit illud suppositum & hec est uera ratio conuersionis in qua duo intelliguntur in conuerso quod. s. remaneat per essentiam & per hoc differt ab anihilato & fi
Ratio cõuersionis. at aliud per rationem suppositi per quod differt a nõ conuerso. & dum fit aliud rationem proprii suppositi dimittat & per hoc differt ab assumpto. Tenendo autem communem modum cõuersionis nõ cõuertitur panis sed anihilatur. & qui uolunt saluare ꝙ sit conuersio ita ꝙ non anihilatio uidetur potius uerbis ꝙ̃ re satisfacere. Vnde & multi de illa uia concesserunt ꝙ sit anihilatio &c. Ad oppositum pro parte uera arguitur ꝙ opinio ponens sacramẽtum eucharistie de facto confici per assũ
Ad oppositũ ꝑ pte uera arguitur. ptionem paneitatis sit inconueniens & irrationabilis. Primo autem arguit sic Durandus ꝙ ridiculum est ꝙ omni die assumatur una natura immo multe a supposito diuino & omni die deponantur quod esset si substantia panis in hoc sacramen
Primũ argumẽtum Durãdi. to de nouo assumeretur quia quot sunt consecrationes tot assumerentur & quot fi unt assumptiones sacramenti tot deponerentur. Sed hec forte ridiculositas non demonstrat falsitatem suppositi. Secundo arguitur quia uidetur impossibile ꝙ talis
Responsio. assumptio fiat mediante aliquo creato sicut ponit predicta opinio quia illud medi
Secũdum. um uel se habet in ratione efficientis talem assumptionem uel in ratione terminantis sed nihil creatum potest se habere ad assumptionem aliquo istorum modorum ergo &c. Minor probatur ꝙ enim nihil creatum possit esse causa efficiens talis assũ ptionis patet quia talis assumptio fit per hoc ꝙ res amittit suum proprium & natu ralem modum essendi & alienum induit. quod nõ uidetur posse facere nisi auctor nature qui solus naturas rerum ĩstituit. sic solus eas mutare posse uidetur. Hoc argumentum Durandi forte ostendit ꝙ illud creatum non potest esse causa efficiẽs
Responsio. principalis per idem uidetur ꝙ nihil creatum potest terminare talem assumptionem quia non potest tribui alicui nature quod est supra naturam et totum cursum nature. hoc autem est substentificare aliam naturam quæ nata est in se subsistere. & hec forte erronea oppinio supra posita crederet se euitare per quedam supradicta. Non enim de facili semper falsum de sua falsitate per euidentes rationes conuincitur. ita est debile lumen nostri intellectus utpote eius qui ultimus est in natu
Tertium. ra ĩtellectuali. Preterea arguit sic Durandus quicquid sit de positione talis assumptionis omnino tamen inconueniẽs est ꝙ fiat mediãte corpore parte. Nunꝙ̃ enim corpus ut accipitur ut pars humane nature ponẽdo unam formam tãtum ĩ homi
Corpus. ne. cũ nõ põt nominare solã materiã. sed necessario nominet cõpositũ ex materia
Vt pars. & forma dãte esse corporeũ. necesse est ut corpus humanũ dicat realiter totum &
Vt totum. non partẽ. licet secundum rationẽ possit nominare partem eo ꝙ anima dat omnes

perfectiones quas dant forme inferiores. Et ideo si consideretur compositum ex ma teria & forma quæ est anima prout dat esse corporeum tantum & comparetur ad idem cōpositum prout per animam habet non solum esse corporeum sed sensum et uitam & rationem. sic corpus primo modo sumitur ut pars. & secundo modo ut to tum. sed cū hec differētia sit solū rōnis nō ē ad ꝓpositū eoꝝ cū dicāt realē assūptio nem panis fieri mediante corpore parte. Differentia enī rationis nihil facit ad diffe rentiam realis assumptionis. Quicquid autem sit de efficatia istius rationis contra ponentes unam formam. Patet ꝙ contra non tenentes unam formam non proce/ dit. Item arguit sic. Deficit hec positio in hoc ꝙ ponit ꝙ per talem assumptionē cor pus christi sumptum de uirgine sit in hoc sacramento per cōmunicationē ydioma/ tum quia unum predicatur de altero quia qua ratione corpus christi esset in sacra/ mento altaris per assumptionem sbē panis. eadem ratione sanguis esset in hoc sa/ cramento per assumptionem substantie uini. sed hoc non est uerum ut probabitur ergo &c. Assumptum probatur quia si sanguis christi esset in hoc sacramēto p assū ptionē substātie uini sicut ponitur de corpore xpi p assumptionē substantie panis tunc oporteret ꝙ sicut panis assumitur mediante corpore quod pertinet ad unitatē suppositi assumentis sic uinum assumeretur mediāte sanguine pertinēte ad unita/ tem suppositi assumētis. mō cōstat ꝙ sanguis xpi nō ptinet ad idēptitatē suppositi xpi. cū sanguis nōdū sit sub forma humana. sed sit humor in uia ad conuersionē ut fiat sub forma humana ergo ipm non pōt assumi a supposito xpi mediante sangui ne nisi forte diceretur ꝙ in qualibet confectione huius sacramēti esset assumptio sā guinis xpi īmediate et mediante sanguine assumptio uini. & sic omni die esset assū ptio noue nature. s. sanguinis absq omni ordine ad naturam panis assumptā qđ alii negant & mediante ista esset assumptio uini. Sed in hoc forte multi non solum non acceptarent rationem Durandi. sed non minus eum reprehenderent quam su pradictam opinionem. s. de non assumptione & non hipostatica unione sanguinis christi effusi in cruce & exhibiti in sacramento ad suppositum filii quia uidetur ꝙ secundum hoc ille sanguis non fuisset sufficiens precium redemptionis humani ge neris. Cum non esset unitus hipostatice diuinitati. Vnde sanctus Thomas. vi quo libet. q. vi. sic dicit Sanguis christi in passione effusus humanum genus sanctifica/ uit secundum illud hebreorum ultimo. Iesus ut sanctificaret per sanguinem suum populum extra portam passus est. humanitas etiā christi uirtutem salutiferam ha buit ex uirtute uerbi sibi uniti. ut dicit Damascenus. iii. libro unde manifestum est ꝙ sanguis in passione effusus qui maxime fuit salus fuit diuinitati unitus & ideo oportuit ꝙ in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus &c. hec ille. Se/ quitur Durandus contra predictam positionem quia corpus christi est in altari uel in sacramento altaris per ueram existentiam sue nature. & non propter solam communicationem ydiomatum. sicut ponit hec opinio quod patet quia hoc semp refert idē numero quod precessit. Sed xps instituendo hoc sacramentum dixit hec

Responsio Quartum

Responsio

. S. Thomas

Damascenus

Aliud Durā/ ti argumtū.

uerba Luce. xxii. Hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur &c. Et hic calix i meo sanguine qui pro uobis effundetur. ergo illud idem corpus numero quod postea fuit traditum apostolis in sacramento ad edendum sed corpus quod fuit traditum ad crucifigendum non fuit de natura panis sed fuit corpus pertinens ad naturam humanitatis ergo corpus traditum apostolis in sacramento altaris fuit uere de natura humanitatis & pari ratione in sacramento nostro est corpus christi pertinēs ad eius humanitatem & non est ibi solum per cōmunicationē ydiomatū ex assūptione paneitatis. Quod si quis dicat ꝙ relatiuum refert idem secundum suppositū non idem secundum naturam. & sic potest uere dici demonstrato pane assumpto hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur quia idem est suppositū habens paneitatem assumptam & corporeitatem postea traditam & sic idē suppositū fuit prius demonstratum & deinde traditum. licet secundum aliam & aliam naturā non ualet. Quia cū dicitur hoc est corpus meū. corpus non potest ibi teneri pro supposito habēte corporeitatē sed potius pro natura habita ut notat pronomē possessiuū cui additur cum dicitur corpus meū hoc est quod habeo. Sed forte hoc haberet maiorem efficaciam apud grāmaticos q̄ apud theologos. Vlterius arguit sic ꝙ dicta assumptio non sufficit ad hoc ꝙ corpus christi sit in altari neq; realiter neq; secūdū cōmunicationem ydiomatum. non quidem realiter quia assumptio duarum naturarum ab uno supposito non sufficit ad hoc ꝙ ubi est una natura sit alia. quia si suppositum filii a principio assumpsisset humanitatē Petri in Roma & Pauli in iudea. non propter hoc ubi esset Petrus ibi esset Paulus & econuerso nisi quo ad suppositum quod de utroq; predicatur & de quo utrūq; predicatur cōcretiue. Similiter dato ꝙ suppositum filii assumpserit humanitatem & paneitatem. non oportet ꝙ ubi est natura panis ibi sit natura humanitatis. neq; ratione suppositi posset dici ꝙ ubi panis est ibi est corpus christi propter cōmunicationem ydiomatum quia secundū illam opinionem nomen suppositi non recipit predicationem panis assumpti nec corporis partes. Non enim uerū est dicere secundum istos ꝙ filius dei sit panis uel corpus quod est pars ergo ratione cōmunis suppositi non potest unum de altero p̄dicari ut sic dicatur unum esse alterum uel unum esse ubi est alterum nec est simile de dente ethiopis & eius albedine quia albū dicitur dens & dens dicitur albus. & ubi est unum est alterum quia hoc est per hoc ꝙ sunt unum subiecto. & per consequens indistincta subiecto & loco. non sic autem potest dici de corpore humano et paneitate assumpta & quicquid sit de hoc argumento hoc est uerum ꝙ sicut nō sequitur de necessitate sequitur tamen de possibili &c. Petrus autem de palude sic arguit. aut assumeret substantiam panis cum accidentibus aut sine nō sine quia hoc est impossibile quia quod non est per se factibile nec substentabile quacūq; uirtute ut relatio uel aliquid huiusmodi non est per se assumptibile. Substantia autē corporalis sine quantitate fieri nō potest. quia est suus terminus & propria passio magis quātitas siue figura. hoc autem multi negarent. Si autem cum accidētibus tūc non esset in altari sacramentaliter sed localiter per quantitatē cū substātia assūpta

Remotio obiectionis

Responsio

Aliud durandi argumētū.

Responsio

Argumētum primū petri de palude

in altare. nec inde mota sicut localiter fuit ĩ utero p quãtitatẽ cũ hũanitate ibi assũ pta. Et forte hoc concludit ꝙ non eo modo sacramentaliter quo dicunt Thomiste per conuersionem qui dicunt ꝙ non ẽ ibi per suam quantitatem sed per quantitatem panis quam si assumat cum pane iam uidebitur ꝙ sit ibi per quantitatem quæ sit sua. Modus autem Thomistarum a multis non tenetur. Secundo arguit Petrus ꝙ non potest intelligi de corpore quod est genus. sed solum de corpore quod ẽ pars quia genus non predicatur possessiue de suo inferiori. sicut pars de toto. Cũ enim dico humanitas mea & manus mea. non autem animal meum nec homo meus de me ip̃o. Hoc autem apparet de consecratione sanguinis qua dicitur hic ẽ calix sanguinis mei. sanguis autem nõ est equiuocum ad genus & ad partem sicut corpus. sed tantum sumitur pro parte. Dato ergo ꝙ corpus quod est xp̃s per assumptionẽ esset ex ui sacramenti in altari non tamen corpus christi quod est pars nisi tantum ex naturali concomitantia quia per assumptionem non fieret unio in naturis sed in persona tantum. Vnde per illam assumptionẽ fieret ꝙ panis esset corpus ꝙ est christus non autem corpus christi sicut nec modo diuinitas ẽ humanitas & de hoc satis dictum ẽ supra scilicet de corpore parte & de corpore quod ẽ genus. Tertio arguit. quia sicut corpus hominis assumptum non debuit corrumpi nec putrefieri. nec in substantia nec in quantitate. sic nec deberet corrumpi panis si assumeretur. Forte autem hec similitudo non currit de necessitate. Ad argumenta pro parte opposita respondetur ad auctoritatem Damasceni dicitur ꝙ sicut constat ꝙ aqua baptismatis non assumitur in unitate suppositi diuini nec gratia sancti spiritus unitur ei ita ut faciant unum suppositum similiter panis & uinum non assumuntur ad diuinum suppositum nec eis cõiugitur diuinitas in unitate suppositi; sed sicut aqua ibi assumitur ut materia sacramenti permanens. sic panis & uinum ut materia transiens. quia materia sacramenti conuertitur in corpus christi & per consequens dicitur aliquo modo uniri diuinitati non per assumptionem manẽte natura panis aut uini. sed per trãssubstantiationem ĩ humanitatem prius assumptam. patet hoc ex sequentibus ubi dicitur sic quemadmodum naturaliter per cõmestionem panis & uinum & aqua per potum in corpus & sanguinem cõmedentis & bibentis trãsmutãtur & nõ fit aliud corpus q̃ prius ita & propositionis panis & uinum & aqua per mutationem & aduentum spiritus sancti supernaturaliter transit in corpus domini & sanguinem & ideo non sunt duo sed unum & idem. Ex quibus uidetur ꝙ nõ est intẽtio Damasceni per substantiam panis & uinum remaneant & assumãtur a diuino supposito sed transeunt in corpus & sanguinem christi & sic uniuntur diuinitati. Instant autem illi querentes quomodo unitur quod anichilatur. i. uere in se desinit esse & instant de illa similitudine carbonis in qua dicitur ꝙ sicut carbo lignum simplex non est sed unitum igni ita panis cõmunionis non ẽ sim plex panis sed unitus diuinitati. Et dicitur ꝙ carbo & ignis non sunt supposito idem unum tamen cum sua corruptione transit in aliud sic panis communionis non est cum diuinitate unum supposito. sed sua desitione transit in corpus christi quod ẽ unitum

Responsio. Secundum. Responsio. Tertium. Responsio. Respõsio ad argumẽta p pte opposita. Ad primum. Instantia. Solutio.

Contra. diuinitati. Sed contra quia tunc panis cõmunionis assimilaretur igni in quem uidelicet transiuit carbo per sui corruptionẽ & nõ ipi carboni in quo cũ ipius nature

Responsio. lignee saluatione simul inuenitur natura ignis. Quere responsionem & forte ẽ hec ꝙ similitudo non currit quo ad omnia & forte fuisset melius ꝙ Damascenus non posuisset illam similitudinem. & cum dicit idem Dam̃. ꝙ deus cõiugauit diuinita

Solutio obiectionis. tem pani. Dicendũ est ꝙ non per assumptionẽ licet sicut cibus cõiũgitur cibato qa conuertitur in ipm. Accipiatur autem inter hanc cõuersionem & illam illa similitu

S. Thomas. do que ibi potest cadere. S. Thomas ĩ. iiii. libro. xi. di. q. i. dicit ꝙ uerbum Dam̃. ĩtelligendum est quantũ ad species quibus corpus xp̃i diuinitati unitũ modo ineffabili coniungitur hec ille. & postq̃ modus iste ẽ ineffabilis non oportet ulterius querere de ipo. In tertia autem parte summe. q. lxxv. dicit deus coniugauit diuinitatẽ suam. i. diuinam uirtutem pani & uino. non ut remaneant in hoc sacramento sed

Ad auctoritatẽ apostoli. ut inde faciant corpus & sanguinem suum. Ad auctoritatem apostoli dicitur ꝙ illa loquutio est figuratiua tam ex pte subiecti q̃ ex pte p̃dicati. Nã panis ex pte subiecti supponit pro sacramento sensibili. s. speciebus panis. Corpus autem christi ẽt

Glo. sumitur figuratiue. Vnde secundum glosam. per illam locutionem non datur intelligi ꝙ substantia panis aut species panis sit uere & realiter christus aut corpus christi. nec ꝙ corpus christi predicetur in recto de substantia panis aut de specie panis sed est sensus panis quem frangimus in sacramento. i. participatio panis fracti in altari. participatio corporis diuini est. i. facit nos unum ẽẽ cum christo. Meminerint autem magistri qui mea damnabant ꝙ si uerba Damasceni & Pauli in ista materia acciperentur ut prima facie & superficialiter sonare uidentur. multis possent fa

Ad aliud prima solutio. cere sensum in fide erroneum. Cum autem dicitur ꝙ ad hanc positionem de assũptione minores sequuntur difficultates. Dicendum ꝙ in his quæ sunt fidei. nõ semper eligendum illud ad quod pauciores sequuntur difficultates sed id quod est magis consonum traditionibus apostolicis & dogmati ecclesiastico etiam si plures difficultates occurrant. Oportet enim ĩtellectum captiuare in obsequium fidei & traditionibus patrum obedienti se humilitate cõmittere. ut bene & religiosissime di

Plato. cit etiam Plato in Thimeo. Item dicet aliquis ꝙ licet illa assumptio magis saluaret

Secunda. apparentiam ad sensum. tamẽ cõuersio magis saluat apparentiam ad ĩtellectũ. i. uerba euangelii quæ melius est saluare quia nõ possunt mẽtiri sicut sensus possunt

Iterũ arguiẽ ꝓ pte opposita. decipi. Sed contra arguitur adhuc pro parte opposita. Quia si hoc non fit per assũptionem. ita ꝙ ĩcludatur ĩ articulo ĩcarnationis. eadem enim esset credulitas. oportuit de ista conuersione esse specialem articulum qui tamen non est in symbolo.

Primum. Dicunt quidam sicut Petrus de palude ꝙ articulus de eucharistia forte est specialis

Responsio. sub illo uerbo sanctorum cõmunionem &c. Sanctus Thomas in secunda secunde

Petrus de palude. dicit ꝙ in sacramento euacharistie duo possunt considerari unum. s. quod est sacramentum & hoc habet eandem rationem cum aliis effectibus gratie sanctificantis.

Sãctus Thomas. Aliud est ꝙ miraculose ibi corpus christi continetur & sic concluditur sub articulo de omnipotentia; sicut & omnia alia miracula quæ omnipotentie attribuuntur.

In tertio autem sententiarum dicit ꝙ fides de corpore christi & de omnibus sacramentis & clauibus & omnibus huiusmodi includitur in articulo qui est de effectu gratie qui est sanctam ecclesiam catholicam &c. Ad confessionem Berengarii dicẽdum est sicut dicit ibi glo. ꝙ nisi sane intelligas uerba Berengarii ĩ maiorem incides errorem q̃ ipe habuit. Dicit ergo Petrus de palude ꝙ cum dicitur corpus xp̄i frangitur exponendum est. i. manet sub speciebus quæ franguntur q̃diu remanet in quã tacũq; parte. Subdit autem Petrus hec uerba. Sic ergo dico ꝙ deus posset assumere panem & uinum sicut posset cõuertere & ꝙ posset uerba instituere ad quorum prolationem sequeretur assumptio. sicut nunc ad horum prolationem sequitur cõuersio. non tamen dedit hanc uirtutem istis uerbis. nec posset saluari sensus modernorum si fieret assumptio & non conuersio hec ille. Quæ uerba efficacissima sunt pro ueritate conclusionis mee quæ tota est de possibili non de sic esse &c. Ad id qđ quotiensc ũq; sunt duo idem supposito limitata ubicũq; est unum ibi est reliquum. Dicitur ꝙ ratio tenet solum in his quæ sunt in loco per accidens. Secus autem ẽ de his quæ sunt in loco per se. Cũ autem dicitur ꝙ ista. uidelicet panis est corpus christi. corpus christi est panis non possunt uerificari nisi panis maneret. dicendum ꝙ exponendũ est. i. ubi erat panis ibi sit corpus xp̄i. Et hec sufficiat disputasse de hac questione. ex quibus oĩbus illa teneo quæ sunt cõsona supra explicate declarationi conclusionis mee. Quæ autem dissona censeo abiciẽda & reprobanda.

Ad cõfessionẽ berẽgarii.
Glo.
Petrus de palude.
Nota.
Ad aliud.
Ad ultimũ.

QVESTIO SEPTIMA DE SALVTE ORIGENIS.

Ationabilius est credere Origenem esse saluum quam credere ipsum esse damnatum.

r

Dixerunt isti magistri ꝙ hec conclusio est temeraria & reprehendenda & heresim sapiens. & contra determinationem uniuersalis ecclesie ego autem ut de eis modestius loquar uolo ostendere suum iudicium nõ esse rectum & ꝙ hec cõclusio nõ ẽ cõtra determinationẽ ecclesie & ꝙ plus est ꝙ quãdo etiã q̃cũq; ipi cõtra me afferũt essent uera adhuc nõ potest dici ꝙ hec cõclusio sit heretica uel heresim sapiat. Erunt autem pro pleniori huius materie declaratione. septẽ articuli. In primo uidebitur an Origenes unq̃ hereticam aliquam de rebus fidei opinionẽ scripserit & crediderit. ĩ secũdo dato ꝙ scripserit an dogmatice uel adhesiue uel ĩq̃sitiue tm̃ scripserit. In tertio dato ꝙ adhesiue an taliꝰ adhesiue ꝙ illa scribendo mortaliter peccauerit & hereticus dici possit. In q̃rto dato ꝙ scripserit & taliꝰ scripserit ꝙ scribẽdo errauerit. an ꝓ talibus unq̃ penituerit. In q̃nto dato ꝙ de eius nec penitentia nec impenitentia constet. an sit rationabilius ipsum credere esse damnatum an saluum. In sexto quid ex dictis decretorum iudicandum sit ecclesiam determinasse de Origene. In septimo quantum obliget in ista materia credulitatem nostram determinatio ecclesie. In materia primi articuli amara fuit inter Ruffinum & Hieronymum contentio. quibus (ut dicit Augustinus. qui ortam

Septẽ articuli quomodo in declaratõe cõclusionis procendũ sit.
Pro primo articulo.
Ruffinus
Hieronimus
Augustinus.

inter eos dissensionem deplorat)dederat deus ut coniunctissimi & familiarissimi mella scripturarum sanctarum pariter lamberent. Opinatur Ruffinus heretica dogmata quæ in libris Origenis inueniuntur ab hereticis falso fuisse inserta qui illius deprauauerunt libros & ex Origenis mente non esse Hieronymus contra sentit.

De cõtrouersia hieronymi & ruffini super primo articulo.

Sed uideamus quid utraq; opinio habet probabilitatis & apparebit forte q̄ salua fide & plenaria satisfactione eorum omnium quæ de necessitate salutis tenemur credere adhuc libere & probabiliter potest credi q̄ principales ille hereses ex q̄bus peccatum conuincitur Origenis & consequenter dānatio non fuerint ex Origenis mēte sed ei falso a perfidis hereticis illius libros deprauātibus imposite. Est autem pro

Pamphilus martyr.

hac parte primo auctoritas Pamphili martiris cuius liber fertur in defensionē Origenis in quo gloriosissimus martir ex uerbis ipsius Origenis ex eius libris ibi recitatis ostendit ipsum catholice sensisse in his in quibus hereticus accusatur. Hieronymus autem hunc librum negans esse Pamphili in apologia sua ad Occeanum & Pāmachiū responsiua sic inquit Si ab inimicis Origenis libros eius dicitis esse uiolatos ut infamaretur quare mihi non liceat dicere de amicis eius & sectatoribus cōpositum esse sub nomine Pamphili uolumen. quod illum testimonio martiris ab īfamia uēdicaret. Ex quibus uerbis uidetur quasi satis notari posse q̄ Hieronymus utrūq; ponat probabile innuens sicut conuinci non potest Ruffinus q̄ illi libri non fuerint corrupti. ita nec ip̄e potest conuinci q̄ ille liber sit Pamphili. & infra subdit Hieronymus & ip̄m nomen apologetici ostendit excusationem. Non enim defenditur nisi quod in crimine est. Sed diceret forte quis ergo & cum hunc ip̄m tractatum in quo hec scribit Hieronimus apologie titulo notet in quo defendit se q̄ Origenis doctrinam non dogma sit sequutus pariter se ostendit reū esse criminis post q̄ non defenditur nisi quod est in crimine. & sic nemo iuste poterit excusari si excusatio semper iustam presupponit accusationem. Sed uideamus nunc quibus coniecturis moueatur Hieronymus ad credendum librum nō esse Pamphili. Primum quod mouet Hieronymum est q̄ eadē leguntur in primo libro Eusebii illo℞ sex q̄ scripsit pro Origene. Secundum est q̄ ip̄e Eusebius scribens uitam Pamphili dixit ipsum nihil proprii operis scripsisse. Sic enim dicit Hieronymus in primo libro contra Ruffinum ad Pamachium & Marcellum. Sex libros Eusebius cesariēsis episcopus Ariane quondam signifer factionis pro Origene scripsit latissimum & elaboratum opus. & multis testimoniis approbauit Origenē iuxta se catholicum. i. iuxta nos Arianum esse. horum tu primum librum uertis sub nomine martiris & infra. Si iste Pamphili liber est de sex libris quis erit primus Eusebii & infra. Item Eusebius amator & preco & contubernalis Pamphili tres libros scripsit elegantissimos uitam Pamphili continentes in quorum tertio sic dicit de Pamphilo. & ipse quidē proprii operis nihil omnino scripsit. exceptis epistolis quas ad amicos forte mittebat. In tantum se humanitate deiecerat defensor Origenis & laudator Pamphili dicit Pamphilum nihil omnino nec proprii quicq̄ condidisse sermonis & hec dixit iā Pamphilo martirio coronato ne habeas suffugiū post editos ab Eusebio libros hoc

Hieronimus

Hieronimus

Eusebius cesariensis ep̄s.

Pamphilũ scripsisse & infra. Quid facient epistole Theophili epi. qd Pape Anastasii in toto orbe hereticum prosequentes. Cum liber tuus sub nomine Pamphili editus pugnet contra epistolas eorum & in secundo libro sic scribit Hieronymus. Cũ ante annos ferme decem. Dexter amicus meus qui prefecturam administrauit pretorii me rogasset ut auctorum nostre religionis ei indicem texerem ĩter ceteros tractatores posui. & hunc librum a Pamphilo editum ita putans esse ut a te & tuis discipulis fuerat diuulgatum. Sed cum ip̃e dicat Eusebius Pamphilum nihil scripsisse exceptis epistolis &c. Et primus liber sex uoluminum Eusebii eadem & hisdẽ uerbis contineat quæ sub nomine Pamphili a te ficta sunt. perspicuum est te idcirco librum hunc disseminare uoluisse ut sub persona martiris heresim produceres. Cum & de ip̃o quem Pamphili simulas multa peruerteris & aliter in greco & aliter in latino sit. In apologia autem ad Occeanum & Pamachium responsiua ĩ qua ostendit se doctrinam Origenis & non dogma sectatum sic inquit de eodem libro Pamphili loquens uidetur uel Didimi uel cuiuslibet alterius fuisse opusculum. Si concedamus ex superfluo ut Pamphili sit. sed necdum martiris ante enim scripsit q̃ martirium perpetrauit. Et quomodo inquies martirio dignus fuit. s. ut martirio deleret errorem. hec Hieronymus ad uerbum diuersis in locis prout allegatum est de isto libro Pamphili. Ruffinus autem comprobans librum Pamphili martiris esse & ad Origenis facere defensionem in secundo libro inuectiuo contra Hieronymum postq̃ dixit sic de quolibet opere faciliter dici posse ꝙ eius nõ sit auctoris cui ascribitur sic deinde inquit. Sed ponamus ꝙ non sit martiris libellus iste sed cuiuscũq; unius de ecclesia. nunquid suis uerbis usus est quisquis ille est scriptor ut meritis cedendum uideatur auctoris de ip̃is Origenis uoluminibus ponit exempla. Et quid de singulis sentiat non suis defensoris uerbis sed eius ipsius qui accusabitur ostendit. & ideo superfluo est de auctore questio ubi defensio talis est quæ assertore non egeat. hec Ruffinus. Ad ea autem quæ dicit Hieronymus responderet forte aliquis sic pro Ruffino. primo cum dicit Eusebium sex libros scripsisse in quibus Origenem probat Arianum & horum primum conuersum a Ruffino sub nomine Pamphili quomodo hoc potest stare ꝙ liber Pamphili sit primus Eusebii cum diuersa omnino & pugnantia intendantur in illis libris. Nam Eusebius per te o Hieronyme suis libris conare probatur Origenem esse Arianum. In libro autem Pamphili nihil aliud agitur q̃ ut probetur Origenem Arianum nõ fuisse. Sed quecunq; heresim Arii confirmantia in eius libris inueniuntur ab ip̃is Arianis qualis et Eusebius fuit & multi alii fuisse inserta. Diuersus ergo omnino sit liber iste ab illo necesse est qui diuersam penitus immo contrariam agit causam. Nec sufficit si qs dicat illa quæ ad Arianam spectabant heresim de libro Eusebii fuisse commutata. Nam & quod pertinet ad alias hereses non potest dicere Hieronymus Eusebium ostendisse in illis corruptos esse libros Origenis. Quia ipsemet in secundo libro cõtra Ruffinum dicit ꝙ preter id quod attinet ad filium & spiritum sanctum in aliis dogmatibus Eusebius & Didimus apertissime in Origenis sectam concedunt.

Theophilus episcopus. Papa anastasius.

Ruffinus.

Quare non bene potest intelligi quomodo eademquæ in libro Pamphili leguntur legi poterant in primo Eusebii nisi aliqua forte communia de Origene & ad articulum huius conclusionis de quo agitur non pertinentia. nec uidetur adeo mirādum ut miratur Hieronymus similia aliqua scripsisse Pamphilū & Eusebium q ut ipse dicit Hieronymus fuerant contubernales quæ potuit Eusebius uel apud Pāphilum lecta in suis etiam libris retulisse uel ut fit quotidie simili mentis motu per se inuenisse & excogitasse. Et hec de primo Eusebii. Quod autem dicit Hieronymus scribere Eusebium in uita pamphili q propter humilitatem ipse proprii operis nihil scripsit exceptis epistolis. Et subdit q Eusebius defensor Origenis & laudator pamphili hoc dicit. Forte responderet Ruffinus hoc non multum contra se facere. Primo quia & ille tractatulus pamphili ad epistole potius breuitatem q̄ ad iusti libri magnitudinem declinat. Secundo quia illa breuis pro Origene apologia nō recte fortasse dici potest opus propriū cū ibi nihil dogmatizet pamphilus. immo nec questio ibi de re in uniuersum tractetur aliqua. sed de particulari tantum homine. i. de Origene breuiter agatur. Fuerint libri eius corrupti nec ne quod scribere non est proprii operis aliquid condere. nec est ex sua humilitate dogmatiste uel auctoris nomen deuitante se subleuare. Tertio possibile est q & ad noticiam Eusebii iste liber non peruenerit. tum ob libri exiguitatem. tum ob auctoris quam ipse affert humilitatem & nihil magnum scribentis & tenuia etiam illa & minutula que scripsit occultantis potius q̄ ostentantis. Quarto dicet Ruffinus possibile est etiam q Eusebius ut Ariane perfidie defensor librum martiris qui suam sectam Origenis testimonio priuabat non occultare modo uoluerit. sed hac etiam obliqua sua testatione agere ut non esse pamphili a posteris crederetur. Quare q Hieronymus quasi ad corroborandum rationem suam dicit defensor Origenis. dicit pamphilum nihil scripsisse &c. potius contra ipsum est q̄ pro ipso. Quia ex quo Eusebius Origenem non ut catholicum sed ut Arianum defendebat merito in hoc sicut dixi potuit esse suspectus. Sed quid oportet in his laborare aut quomodo omnino potest Hieronymus ex Eusebii testimonio probare illam pro Origene Apologiam non esse Pamphili. cum ipse Eusebius in libro sexto hystorie ecclesiastice dicat a sancto Pamphilo martire scriptam esse apologiam pro Origene. Cum autem subdit Hieronymus quid facient epistole Theophili episcopi. Quid pape Anastasii & cetera. Diceret forte Ruffinus non pugnare librum pamphili contra primariam illorum intentionem. Fuisse enim illorum propositum hereses illas pessimas & uenenata dogmata cuiuscūq essent extirpare de mundo. quia hoc ad fidem spectabat ad religionis cōfirmationem & stabilimentum ecclesie Origenis autem illa eē ut credebatur a multis aut non esse parum curaturos fuisse religiosissimos pontifices. Quinimmo optabile forte illis & acceptissimum fuisse futurū si certis & ualidis pbari potuisset argumētis hereticas illas opiniones nō fuisse ab Origene creditas. qa p fide hoc faceret nō cōtra fidem: cōtra hereticos. & non pro hereticis q

Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.

non parum tanti uiri & a catholicis tantum laudati testimonio initebantur & erro/
rem suum illius auctoritate defendebant. Quapropter pugnaturum pamphili li/
brum contra illas epistolas. si in illo hereses quas illi accusabant excusarentur. Non
autem si id totis in eo agitur uiribus ut illarum assertores tam bono patrono priuē
tur quem si ille prosequuntur epistole. Certum est ꝙ non nisi ut illarum creditum
opinionem heresiarcham prosequuntur. Ad ea autem quæ in secundo libro affert
Hieronymus sic fortasse responderetur. Primo cum dicit se etiam aliquando credi
disse & ita scripsisse illum esse Pamphili librum priusq̄ apud Eusebium legisset Pā
philum nihil scripsisse & cætera. Ex hoc suo dicto forte sic contra eum argumenta
retur Ruffinus. si lectum o Hieronyme pamphili librum pamphili esse aliquando
& credidisti & scripsisti: Dic queso quæ in eo legebas mendacia ne & hereses aut
heresum fauores esse cognoscebas an potius uera uel uerisimilia & catholicam fi/
dem nihil ledentia: si falsa & heretica quo pacto adduci poteras ut crederes aucto/
rem libri esse catholicum martirem de cuius testimonio & dictis nihil sinistre sine
flagitio suspicari quis posset. Si uero & catholica & deniq; christiano martire di/
gna cur nunc ipsa damnas & commentitia dicis: & ad introducendas hereses disse
minata. & breuiter cur indigna martire nunc iudicas quæ tunc martire digna iudi
casti. cum eadem sit ut que nunc legis & quæ tunc legebas quasi dicamus ipsum au
ctoris titulum sedudentes. ipsa quæ ibi in defensionem Origenis dicuntur secun/
dum se consideremus. Si mala sunt cur tunc sancti martiris esse iudicasti. si bona
cur etiam nunc cuiuscunq; sint pro bonis non acceptantur. Preterea quomodo po/
tes o Hieronyme dicere ad introducendas hereses me librum disseminasse. cum in
eo libro nihil aliud agatur ut supra etiam dictum est nisi ut heretici Origenis testi/
monio se corroborare non possint quod ad euellendam facit non ad disseminādā
heresim. Preterea nō solum latinus inenitur iste liber sed græcus. Ego Ruffinus la
tinum feci ex græco transferendo. Græcum quis edidit si non pamphilus. non ego
utiq; Ruffinus secūdum te qui me de inscicia arguis græcarum litterarum librum
tam græcæ & tam facunde scribere potui ut Eusebii stilum equaret. Si alius profe/
ratur ille respondet Hieronymus ꝙ Dydimi est uel alicuius alterius. Instabit Ruf
finus. Quisquis sit ille alius iam non ego Ruffinus sed alter huius criminis reus te
nebitur. & si Dydimus est mendax secundum te & deceptor est Dydimus pre/
ceptor tuus o Hieronyme quem tu & prophetam uidentem & oculum habentem
sponse de cantico canticorum & apostolicum uirum in tuis libris nominasti men/
dax inquam ipse qui ipsum græcum edendo falso pamphilo adscripsit. nō ego qui
inuentum græcum titulo pamphili sub eiusdem auctoris titulo: transferendo com
municaui latinis. nec mirum tibi esse debet ꝙ ego Dydimo in hac re crediderim
cui tu in scripturarum explanatiōe credidisti. Quod autem dicit ꝙ aliter in lati/
no sit aliter sit in græco. Diceret Ruffinus cur locos non profers o Hieronyme ma
le interpretatos an ideo ne me a culpa asserere possim. sicut & tu cum Augusti/
nus ad te scribat quedā de tua ex hebreo ĩterpretatiōe damnari & locos nō ponit.

Dicis ideo factum ne te possis defendere & ueritatem tue interpretationis compro bare . Quare quod tibi diceret Ruffinus licuit de Augustino. liceat & mihi quoq de te o Hieronyme suspicari hec sunt dicta de dissensione Hieronymi & Ruffini de libro Pamphili in qua ego sicut & in aliis omnibus Hieronymi iudicium iudicio Ruffini semper antepono.

Nota.

Secundū quod ad possibilitatem huius affertur ꝗ Origenis libri sint corrupti hoc est ꝗ hoc similiter uidemus accidisse multis aliis libris catholicorum doctorum. Nam Clemens apostolorum discipulus qui Romane ecclesie post apostolos episcopus & martir fuit libros edidit qui appellantur recognitio. In quibus cum ex persona petri doctrina quasi uere apostolica exponatur. in aliquibus ita Eunomii dogma inseritur ut nullus alius q̄ ipe Eunomius disputare credatur filium dei creatum de nihilo dicens. Item in clementis Alexandrine ecclesie presbiteri uiri catholici inuenitur scriptum dei filium esse creatum. & i Dyonisii Alexādrine urbis episcopi quatuor libris ubi contra Sabellum disputat est Ariani dogmatis comprobatio. & quid oportet apostolicos proferre uiros cum sciamus ipa euangelia & iporum apostolorum dicta ab hereticis sepe fuisse deprauata. ut maxime ex libro Tertuliani contra Marcionem cuilibet constare potest. Quod ergo illorū contigit libris cur non & Origenis libris potuit contigisse & omnino in simili causa cur per omnia similis nō acceptatur excusatio. quæ ideo etiam de Origenis libris uidetur magis acceptanda ꝗ ipemet uiuens adhuc de hoc in suis epistolis ut infra patebit conqueritur. corrumpi. s. & deprauari ab hereticis libros suos. Quod si hoc pro impossibili habet Hieronymus illud afferens ꝗ sic quicquid in libris omnium reperitur. ab aliis dici possit esse corruptum. & ꝗ difficile est omnia exemplaria posse uiciari. Nescio quo pacto ipe respondere poterit Eunomianis comprobantibus dogma suum testimonio clementis apostolorum discipuli. in quibus inuenitur expresse scriptum filium dei esse creatum. Nam si ipe ad hec recurrerit corruptos libros clemētis ab ipis hereticis ipsius Hieronymi uerbis hoc arguent esse impossibile. illa & ipi dicentes sic. s. quicquid reperitur in libris omnium ab aliis corruptum dici posse. & impossibile esse omnia exemplaria esse corrupta. Quare forte cauendum est ne dum hereticum omnino facere uolumus Origenem hereticos apostolos hereticosque apostolorum discipulos esse faciamus. Nam cum nihil minus detestande & execrande hereses non minus impia dogmata in illorum inueniantur libris q̄ in libris Origenis non uideo. Cur non uel similiter accusentur uel excusentur similiter Hieronymus autem de libris Clementis & aliorum corruptione his uerbis respondet. & quomodo inquies in libris eorum uiciosa non nulla sunt si me causas uiciorem nescire respondero non statim illos hereticos iudicabo. Fieri enim potest ut uel simpliciter errauerint uel alio sensu scripserint uel a librariis imperitis eorū paulatim scripta corrupta sint. uel innocenter quedā & minus caute loquuti sint. & quæ non possint peruersorum hominum calumniam declinare. Huic autē Hieronymi responsioni sic forte responderet Ruffinus sic non propterea ꝗ in eorum

Clemēs discipulus apostolorum.

Eunomii error.

Clemens alexandrine ecclesie presbit

Dyonisius epūs alex.

Tertullianus contra marcionem.

libris uitiosa non nulla sunt etiam si causas uiciorum nescias non statim uis illos hereticos iudicare. Cur uisis aliquibus in Originis libro uiciosis quibus etiam alibi ipsum legis cõtradicentem Origenem statim hereticum iudicas que est causa dissimilitudinis maxime cũ & in Origene eam ingenii sublimitatem eum fidei zelum tale ac tantum scripturarum studium & tu noueris fuisse & scripseris & predicaueris ut non in merito in codicibus undecunq; potius q̃ in mente eius uicium fuisse suspicari possis. Preterea sicut fieri potuit secundum te ut illi uel simpliciter errauerint uel alio sensu scripserint uel innocenter & minus caute loquuti sint. Cur non fieri potuit similiter ut Origenes. uel simpliciter errauerit uel alio sensu scripserit. ut contendit Dydimus. uel innocenter & minus caute loquutus sit quedam quæ non possunt peruersorum hominum calumniam declinare. Et sicut a librariis imperitis dicis potuisse illorum scripta corrumpi cur non similiter uel ab imperitis librariis uel a perfidis hereticis scripta Origenis potuerunt corrumpi omnino dissimilitudinis causa non apparet. Refert etiam Ruffinus q̧ liber Hilarii confessoris post ariminensem synodum fuit falsatus ab hereticis. & q̧ ob hanc causam cum in cõcilio episcoporum ei questio moueretur proferri librũ de domo sua iussit qui nesciente se in scriniis suis hereticus tenebatur. & dicit q̧ cum prolatus fuisset & ab omnibus hereticus iudicatus auctor libri Hilarius excõmunicatus discesserit de concilio. Hoc esse falsum & fictum in calumniam Hilarii dicit Hieronymus nihil aliud afferens. sed uerum fuerit nec ne non bene sciri potest nec multum ad Origenis attinet defensionem. Hoc est uerum q̧ Ruffinus hoc de Hilario recitaturus hec uerba prefatur. Et ne quid aperte credulitati desit res adhuc quæ sunt memorie nostre retexam quo testimonii ueritas neminem lateat. Quare uel uerum fuit uel magna fuit Ruffini impudentia in re tam recentis memorie apertum mendacium & nouam texere fabellam. Sed siue uerum sit siue falsum non uidetur in Hilarii calumniam uel fictum uel recitatum. quia potius illos qui Hilarii librum deprauauerant q̃ ip̃m Hilarium calumniatur. quem innocentẽ heresis fuisse & iniuste excõmunicatum & subdole deceptum attestatur. Post hec recitat Ruffinus q̧ Tertuliani liber cuius est titulus de trinitate sub nomine Cipriani martiris Constantinopoli a Macedoniane partis hereticis legebatur. Hieronimus dicit q̧ nec liber est Tertuliani. nec dicitur Cypriani sed Nouatiani. neuter eorum aliud pro se affert. nisi q̧ Hieronymus dicit q̧ auctoris eloquium stili proprietatẽ demonstrat. Quamq̃ & in multis sepe est deprehendere similem stili faciem & tenorem. Sed hec nihil ad Origenem. Ipse autem Ruffinus hoc idem ostendit accidisse Hieronymo quod & libris Origenis. refert enim q̧ cum a Damaso Romane urbis episcopo ei tradite fuissent ecclesiastice epistole dictande Appollinariste Athanasii librũ ubi dominicus homo scriptum erat ad legendum acceptum. ita corruperunt ut in libro id quod eraserant rursus scriberent. scilicet ut non ab illis falsatum sed a Hieronymo additum putaretur. Et aduerte q̧ Hieronymus in hac parte Ruffino respondens cum dicat mihi mea ingeritur fabella. uerum tamen fuisse non

Dydimus.

Hylarius. Ariminensis synodus.

Tertulianus. Ciprianus.

Damasus ro. urbis ep̃s.

Nota.

negat. sed in fine sic dicit. fieri potest Ruffine ut etiam si a me uerum audisti alius qui huius rei ignarus est dicat a te esse compositum & fictum. Tertiũ ꝙ uerisimile facit libros Origenis fuisse corruptos est ꝙ de hoc ip̃e uiuens conquestus est. Extat enim in libro quarto Origenis epistola eius ad quosdam caros suos in Alexandria in qua conqueritur his uerbis. Sed nihil mirum mihi uidetur si adulteretur doctrina mea ab inimicis. & tali adulterio corrumpatur quali adulterio corrupta est epistola Pauli apostoli. Quidam enim sub nomine Pauli falsam epistolam conscripserunt ut conturbarent Thessalonicenses quasi instaret dies domini & seducerent eos propter hanc ergo epistolam in secũda epistola quam ad Thessalonicenses scribit hec dixit. Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu christi & nostre congregationis in ipsum ut non cito moueamini a sensu uestro neq; terreamini neq; per spiritum neq; per uerbum neq; per epistolam tanq̃ per nos missam quasi instet dies domini. nemo uos seducat ullo modo talia ergo quedam uideo accidere nobis. Nam quidam auctor hereseos. cum sub presentia multorum habita fuisset disputatio nostra accipiens scripta ab his qui descripserant codicem quæ uoluit addidit. & quæ uoluit abstulit & que ei uisum est permutauit & circumfert tãq̃ ex nomine nostro insultans & ostendens ea quæ ip̃e conscripsit pro quibus indignantes fratres qui in palestina sunt miserunt ad me Athenas hominem. qui acciperet a me ip̃a auctentica exemplaria quod ne relectum quidem uel recensitum a me antea fuerat. Sed ita neglectum iacebat ut uix inueniri potuerit. misi tamen & sub deo teste loquor. quoniam cum conuenissem illum ipsum qui adulterauerat librum. quare hoc fecisset uelut satisfaciens mihi respõdit quoniam magis ornare uolui disputationem atq; purgare ipsam. Videte quali purgatione disputationem nostram purgauit tali nempe quali purgatione Marcion purgauit euangelia uel apostolum uel qualis successor eius post eum Apelles. Nam sicut illi subuerterunt scripturarum ueritatem sic iste sublatis quæ uere dicta sunt ob nostri criminationem inseruit quæ falsa sunt. Hec ad uerbum in Origenis epistola leguntur. quod si uiuente ipso non dubitabant heretici eius libros corrumpere. Quanto magis credendum est hoc ipsos ausos fuisse post eius mortem. Conqueritur autẽ & de alio quodã heretico ĩ epheso qui cõferebat multa falsa tãq̃ sua. & extat ẽt ĩ alia eius epistola de suoꝝ libroꝝ falsitate querimonia. Quartũ quod eiusdẽ rei maxime fidem facit ꝙ. s. heretica illa Origenis nõ sint sed ab hereticis ĩserta ẽ ꝙ de illis eisdẽ inuenitur alibi Origenes pie & catholice determinare. Ex quo si illa heretica Origenis sũt sibi ip̃i cõtradicet. Locos autem ubi catholice agit de illis plurimos ẽ uidere in apologia Pamphili. & hoc est quod dicit Ruffinus ꝙ non est curandum de nomine auctoris illius libri quoniam illa defensio cuiuscũq; sit per se ualida est cum ex uerbis & dictis propriis ipsius Origenis de eius catholico & orthodoxo dogmate fidẽ faciat. Et ꝑ hoc ẽt uidetur satisfieri cuidã dicto Hieronymi cõtra Ruffinum. Nam cũ Ruffinus hoc idem diceret pie. s. & catholice de illis alibi ab Origene determinatũ sic inquit contra eum Vbi est illa fiducia qua inflatis buccis creberrime persona-

Nota origenis uerba.

Marcion. Apelles.

Apologia pãphili.

bas te quæ in aliis libris Origenis legeras emendasse i libris periarchon. Et nō aliena. sed sua reddidisse suis. De tanta librorum silua fruticem ac surculum proferre non potes. Responderet enim forte Ruffinus non oportere se de ea silua surculos ꝓferre de qua iam Pamphilus multas protulerat integras arbores. Locos enim illos copiosissime recitat Pamphilus & illo iam presupposito hoc agit Ruffinus in libello suo quem Pamphili libro superaddit. ut ostendat unde hoc prouenerit ꝙ i libris Origenis contradictoria inueniantur assignatq; illam causam de falsatione per hereticos. Quintum quod & multum facit ad asserendum hoc ꝙ hereses ille nō sunt de mente Origenis est ꝙ ex testimonio multorum quibus merito tenemur fidem adhibere habemus Origenem in principalibus opinionibus in quibus errasse dicitur catholice sensisse. Duo enim sunt principales hereses quæ Origeni obiciuntur. Prima est de trinitate ꝙ male. s. de filio & peius de spiritu sancto senserit. Secunda est de salute diaboli quod. s. pena eius & infernale supplicium non sit eternum futurum sed ab eo sit aliquando liberandus. Ex qua uidentur multe alie dependere eidem asscripte Illa. s. ꝙ pro salute istorum saluādorum demonum iterum in subli miori elemento sit crucifigendus christus. & illa ꝙ omnia restituenda sunt in unū & illa ꝙ diabolus penitere possit. & illa ꝙ pena dānatorum non sit eterna. De istis autem duabus heresibus ꝙ non fuerunt de mente Origenis uidentur esse euidētia argumenta. Nam de trinitate non solum Didimus quo preceptore tantum gloriatur Hieronymus dicit catholice sensisse Origenem. idq; propriis in periarchon editis cōmentariis comprobauit. Sed & Athanasius defensor niceni concilii libris propriis contra Arianos uoce clara testem fidei sue hunc uirum uocauit & Methodium legimus penituisse ꝙ Origenem damnasset. dicitq; eum tandem inuentum nihil male credentem de sancta trinitate. Quinimmo ipsiusmet Origenis habemus dicta de trinitate a catholica fide nihil discrepantia. nam super illud Pauli ad Romanos & spiritus adiuuat infirmitatem nostram expresse tenet spiritum sanctum non esse creaturam & super illud qui etiam proprio filio nō pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum quo modo non etiam cum illo omnia donauit hec Origenes exponens dicit. Nihil enim est neq; uisibilis neq; inuisibilis creature quod filio possit adequari. nullo enim pacto creatori suo potest creatura conferri. & si creator ipe donatus est nobis quomodo non cum ipo nobis omnis creatura donabitur. & infra super illud Pauli qui est super omnia deus benedictus sic inquit Origenes. Christum aliud secundum carnem esse. aliud secundum spiritum iam & in prioribus huius ipsius epistole partibus designauit ubi dicit qui factus est ex semine Dauid secundum carnem qui destinatus est filius dei in uirtute secūdum spiritum sāctificationis & quomodo secūdum spiritum filius dei sit & secūdum carnem filius Dauid ibi plenius exposuimus pro uiribus quem ergo ibi secundum spiritum filiū dei dixit hic procedente doctrina ordine proficientibus utpote auditoribus deum qui est super omnia ipsum esse pronunciat & miror quomodo quidam legentes ꝙ idem apostolus in aliis dixit. Vnus deus pater ex quo omnia & unus dominus

Due principales hereses q̄ origeni attribuuntur.

Pro prima heresi q̄ ei obicitur defensio.

Didimus.

Athanasius

Methodius.

Nota.

Origenis uerba.

Iesus christus per quem omnia negent filium dei deum debere profiteri. ne duos deos profiteri & dicere uideantur & quid de hoc loco apostoli facient in quo aperte christus per quem omnia super omnia deus esse describitur. Sed non aduertunt q hoc ita sentiunt quia sicut dominum Iesum christum non ita unum esse dominũ dixit ut ex hoc deus pater dominus non dicatur. ita & deum patrem non ita dixit esse unum deum ut deus filius non credatur. Vera est enim scriptura quæ dicit. Scitote ꝙ dominus ipẽ est deus. Vnus autem uterq; ẽ deus quia non est aliud filio diuinitatis initium q̃ pater sed ipsius unius paterni fontis sicut sapientia dicit purissima est manatio filius ergo ẽ christus deus super omnia quæ omnia illa sine dubio quæ & paulo ante diximus super principatus & potestates & uirtutes & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo sed etiam in futuro. Qui autem super omnia est super se neminem habet. non enim post patrẽ ẽ ipẽ sed de patre. hoc idem autem sapientia dei etiam de spiritu sancto intelligi debet. ubi dicitur. Spiritus domini repleuit orbem terrarum & hoc quod continet omnia scientiam habet uocis. si ergo filius dei super omnia dicitur & spiritus sanctus continere omnia memoratur. Deus autem pater est ex quo omnia. & sic euidenter ostẽditur natura trinitatis & sbã una quæ est super omnia. hec Origenes ad uerbum. & alibi super illud Pauli quomodo autem predicabunt nisi mittantur sic inquit. Sunt enim non nulli qui annunciant quidem et predicant de patre & filio et spiritu sancto sed non sincere non integre ut sunt omnes heretici qui patrem quidem & filium & spiritum sanctum annunciant sed non bene neq; fideliter annunciant. Aut enim male separãt filiũ a pr̃e ut alterius nature patrẽ alterius filiũ dicãt. aut male cõfũdũt. ut ex tribus cõpositũ deũ uel trine tantũmodo appellationis faciant. qui autem bene bona annunciant proprietates quidem patri & filio & spiritui sancto suas cuiq; dabunt. nihil autem diuersitatis esse confitebuntur in sbã uel natura. hec Origenes. Quibus uerbis quid magis catholicum quid magis expressum necesse ẽ igitur sicubi aliter scriptum inueniatur in libris Origenis non Origenis esse illud sed hereticorum qui per librorũ corruptionem patronum habere uoluerunt Origenem erroris sui. De secunda autem heresi tam euidens extat testimonium ut meo iudicio male negare possit. Nam in epistola propria ipẽ Origenes etiam secundũ Hieronimi traductionem qui illius epistole mentionem facit expresse negat dyabolũ posse aliquando saluari. dicitq; ꝙ nec mente quis captus hoc potest dicere. Preterea ꝙ ẽt extat dialogus inter origenem & candidum ualẽtiniani dogmatis iactatorem. qui candidus obiciebat eundem errorem Origeni. & Origenes refutat negatq; hoc se sentire. & supra illud Pauli nunquid sic offenderunt ut caderent sic dicit Origenes hunc casum respiciens Paulus de quo dixit christus quia uidebam sathanam sicut fulgur cecidisse de celo negat cecidisse israel. Illorum enim uel in fine seculi conuersio erit tunc cum plenitudo subintrauerit omnis israel saluus fiet. Istius autem qui de celo cecidisse dicitur nec in fine seculi erit ulla conuersio. hec Origenes. Quod ẽt illa quæ ei imponitur heresis ꝙ spiritus non intelligit filium & filius non intelligit

Nota.

Pro secunda heresi q̃ eidẽ obicit̃ defẽsio Ipsemet origenes negat & cõtrarium asserit.

Dialogus origenis.

patrem falso ei imponatur. patet ex his quæ ipse dicit super illud Pauli. O altitudo diuiciarum sapientiæ & scientiæ dei. Sic. n. inquit hanc altitudinem dei inscrutabilem dicit omni creature de filio uero & spiritu sancto dicere ista non poterat. quia filius in euangelio dicit ad patrem. Pater omnia mea tua sũt & tua mea. & de spiritu sancto ipse Paulus pronunciat dicens. Nemo scit hominum quæ sũt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. ita & quæ in deo sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Quĩ ergo dicit Paulus. quis nouit sensum domini de creaturis dicit naturã uero trinitatis excepit hæc Origenes. Restare uidetur una heresis Origeni attributa. s. in opinionibus de anima ꝙ fuerint ab eterno create & de celo delabantur ĩ corpora & de anima scribit quidem ipse Origenes in cõmentariis super epistolã Pauli ad Titum se nihil posse determinati ex ecclesiastico dogmate accipere nisi ꝙ omnes anime sunt eiusdem speciei ꝙ sunt libere uoluntatis ꝙ sunt rationabiles ꝙ sunt immortales ꝙ a deo create & ꝙ penas habiture pro malis & premia pro bonis. hæc tãtum dicit se affirmare de anima. Quia de his in scripturis euidentia habeantur testimonia. In cæteris autem de anima questionibus dicere se ꝙ magis sibi probabile uidetur. & inquisitiue nõ determinatiue procedere. quia determinatum nihil de illis in ecclesiastico habeatur dogmate. Id autem quod magis uisum est Origeni fuisse ꝙ essent ante corpora create ĩ celis uiuẽtes cõsentiũt cõcordiť oẽs. & Ruffinus ĩ apologia ad Anastasium romane urbis episcopum postq̃ tres retulit opiniones de anima ĩ fine sic inquit. Ego uero cum hæc singula legerim deo teste dico ꝙ usq; ad presens certi uel definiti aliquid de hac questione non teneo sed deo relinquo scire quid sit in uero. & si cui ipse reuelare dignabitur. ego tamen hæc singula legisse me non nego. & adhuc ignorare confiteor. preter hoc qđ manifeste tradit ecclesia deũ esse & animarum & corporum conditorem. In libro etiam Pamphili non negatur Origenem illi adhesisse opinioni sed sic in eius scribitur defensionem. Nũc uero cũ diuersitas sit apud ecclesiasticos & alii alia de anima sentiant. & oẽs diuersa quomodo hic magis q̃ cæteri incusandus est. Tum post hæc uerba recitantur opiniões de anima quæ tunc erant inter quas & illa quæ nunc tenetur a catholicis & cum ostensum est manifestas pro illis probationes ex scripturis sacris adhiberi non posse accidereq; & illarum auctoribus magnas difficultates in fine sic cõcluditur. Quod autem ex his omnibus ostendi uolumus illud est ꝙ sicut eos qui unam quamlibet de his quas supra exposuimus opinionem ueram putant. nõ recta ratione hereticos quis uocat pro eo ꝙ neq; ex diuinis scripturis certi aliquid de his uel manifesti dictum eẽ uideatur. neq; in predicatione ecclesiastica putatur contineri. Ita neq; hunc uirum culpari iustum est differentem quod sibi magis ẽ uisum. hæc ibi. Ego autem ex omnibus supradictis duas infero propositiones. Prima est ꝙ si Origenes & de trinitate & de demonum salute catholice sensit ut magnis uidetur comprobatum testimoniis ob erroneam de anima opinionem eius conuincere nõ possumus damnationẽ. Quia Origenes nõ oĩa tenebatur suo tpe explicite de aĩa credere que nos nunc tenemur q̃a nec in scriptura habebantur manifesta. nec ꝑ ecclesiam ut po

Pro heresi de aĩaꝝ creatiõe obiecta deẽsio.

Ruffinus

Pãphili liber.

Prima ꝑpõ

Augustinus post origenē p.cc.ānos fuit & etiā dubius in opinióe de aīe creatione.

Secūda ꝓpō Sāctus Thomas.

Hieronymus cōtra Ambrosium.

Magnus Basilius

stea fuit tunc fuerat determinatum : Immo non solum tempore Origenis sed etiam tempore Augustini. qui per.cc.annos post Origenem fuit adhuc fuerat post per catholicos.idest per uniuersalem ecclesiam de anima aliquid determinatum. Nam ipse Augustinus dubius erat in opinione de anima ut patet ex eius epistola ad Hieronymum.an.s.singule singulis.creentur ut nunc tenet ortodoxa traditio. Ex qua opinione uidebatur Augustino seq ꝙ deus esset iniustus. an ex illa una q̇ facta est in Adam a deo.Alie deinde sicut corpus ex corpore ita aīe ex aīa fuerint ꝓpagate.nec credas solum in iuuentute de hac re dubitasse Augustinū.Quia & ī primo libro rertactationū qui fuit de ultimis de hac q̇stiōe dubitat.Sic.n.scribit ī primo sine controuersia ergo quedā originalis regio beatitudinis aī deus est.qui eum quidem non de se ip̄o genuit.sed de nulla re alia condidit sicut condidit corpus de terra.Nam quod attinet ad eius originem qua sit in corpore utrū de illo uno sit q primum creatus quando factus est hō in animam uiuentem an similiter fiant singulis singule.nec tunc sciebam nec adhuc scio.hæc Augustinus ad uerbū. Ex quo patet euidenter propter erroneam opinionem de anima predictam hereticum nullo modo posse dici origenem.Secunda propositio quam dico est hæc.quod si uerū est quod Thomas ī quolibetis dicit ut in septimo articulo defensionis Origenis patebit latius.& bona dicit theologia nō obligari nos de necessitate salutis credere nō solum ecclesie doctoribꝰ sicut Hieronimus sicut Augustinus & similes sed neq; ip̄i ecclesie nisi in his quæ ad substantiam fidei pertinent adiunxerimusq; ista ad substantiam fidei nihil pertinere utrum illarū heresum auctor fuerit Origenes.aut aliquis alius mō hereses illas hereses esse.i.impia fateamur dogmata. Videtur seq ꝙ nō teneatur hō fidelis & uere xp̄ianus de necessitate salutis ī hac q̇stiōe potius Hieronymo etiam quod ad ipsum magis declinet ecclesia q̄ athanasio dydimo. Methodio Ruffino.Cuius & fides etiam persecutiōis hereticoꝝ tempore in sancta Alexādrina ecclesia carceribus & exiliis dicitur ꝓbata īmo ip̄ius met Origenis dictis credere eo maxime ꝙ & in multis aliis quæ ēt ad fidei substantiā magis pertinēt Hieronymū nō approbamus.Sicut ī materia de cerimonialibus & sicut ēt Hieronimo pium est non credere ubi Ambrosii cōmentaria ī lucam nugas uocat.& ipsum Ambrosiū nunc coruum nūc corniculā appellat.Et ubi eiusdem de spiritu sancto libꝝ damnans dicit se de græcis bonis uidisse latina nō bona. & ubi basilium magnum de sup̄bia taxat:& ubi in epistolis Augustini dicit se quedā heretica legisse:ita forte.& in hoc ꝙ potius uelit illa quæ Origenē demōstrat catholicū esse ficta & adulterata q̄ illa quæ eū comprobāt hereticū ei penitus nō adherere.nec impiū est nec fidei apparet pnitiosum ad quā uidetur potius cōfirmādā facere Origenis patrocinium & testimoniū adimere hereticis q̄ ad infirmandā iuxta illd' qd' in Pamphili libro his uerbis scribitur.illud cōtemplari debuerant quantā ridendi materiā quātamq; hereticis p̄beant:cū eos quos assertores xp̄iani dogmatis & defensores putāt cōfutari nūc uideant & refelli a propriis & uelut ciuili bello gaudeant īpugnatam quem ip̄i hostilitet īpugnare nō poterant . Fuerunt aūt & ex probatis doctoribus

ecclesie etiam Hieronimo posterioribus qui in hac fuerunt sententia ꝙ hereses ille non fuerint de mente Origenis. sed ei falso ascripte ab hereticis. Vnde Aymo unus ex nobilibus & antiquis doctoribus ecclesie in libro de christianarum rerũ memoria sic dicit. Ego sane de Origene uiro tam illustri abstinẽtissime uitæ & castissime preclare doctrine puri & lucidi sermonis salua fide patrum dixerim ꝙ hæc oĩa non scripserit sed ab hereticis ob preclarum nomẽ eius obfuscandũ maligne cõficta sũt & conscripta & noĩ suo pretitulata. hæc ille ad uerbũ. hæc dicta sunt de primo articulo examinando & inquirendo utrũ fuerint heretice ille opiniones Origenis nec ne qua in re sicut in aliis omnibus ecclesie iudiciũ alioꝝ omniũ iudicio & ratiõibus semper antepono. Pro secundo articulo uidetur rõnabilius ideo excusandus Origenes ꝙ si quid scripsit quod a catholicis nõ acceptetur in illis scribendis. neq; dogmatice neq; assertiue. sed dubitatiue semp & inquisitiue ꝓcedit. quare sicut licet ĩ Augustini libris sup genesim multa sint quæ nõ acceptantur tamen ꝓpterea excusantur a nobis ꝙ ut ipsemet dicit in libro retractationũ plura in eo libro sunt quesita q̃ inuenta. ita & multa esse possunt in libris Origenis reprobanda & damnãda quæ quia ipse nõ determinando sed inq̃rendo dixit non propterea hereticus ẽ dicẽdus quãdo heresis assertum proprie dicit dogma cõtra expressã uel scripture ueritatem uel ecclesie determinationẽ. ꝙ aũt sic semp locutus sit Origenes ex multis patet locis. Nam & post disputationẽ de aĩa inquit. hæc iuxta nostram sñiam nõ sint dogmata sed quesita tantũ atq; proiecta ne penitus intractata uiderentur. & alibi loquens de resurrectione inq̃t. Si hæc nõ sunt cõtraria fidei & cætera. & infra triplex ergo suspicio nobis de fine suggeritur e quibus quæ uera & melior sit lector inq̃rat tum tres subiungit opiniones de resurrectione & in prefatione libroꝝ in genesim inq̃t. Si profundũ aliquid occurrerit de hoc dicendũ quidem ẽ sed nõ tamen affirmatiue & infra. nos de rebus magnis quæ supra nos sunt ignorãtiam nostri nõ ignoramus. & super epistola ad romanos libro secundo. hæc ea lege dicta sint a nobis ut si q̃ melius & rõnabilius dixerint illa magis q̃ hæc nr̃a teneantur. Et libro. iiii. hæc prout potuimus ĩ locis tam arduis & tã difficilibꝰ prolata. si quis forte aĩ nostri studiũ cõsideret amplecti poterit. si uero infirmitatẽ sensus nostri notare uelit ueniam petimus & ei qui melius de his disserere uel explanare potuerit libẽter cedimus & alibi. Probet aũt qui legit quid hoꝝ magis sensui cõueniat apostolico & illud teneat. & libro q̃nto hæc interim nobis in p̃senti loco occurrere potuerũt. Si q̃s aũt melius aliq̃d senserit nõ pigeat his obmissis illa respicere. & q̃d plura legatur liber periarchon. uidebimus illũ hoc ordĩe ꝓcedere ꝙ primo ponit illa quæ sibi expresse uidebantur in scripturis eẽ determinata & ĩ illis nihil aberat ab ecclesia. Alia dicit sibi esse dubia & de illis uelle inq̃rere de omnibus asserens illam solũ recipiendã eẽ ueritatẽ quæ in nullo apostolicis & ecclesiasticis dogmatis aduersetur. Pro tertio articulo q̃ est quasi cõfirmatio secundi dico istã propositionẽ ꝙ si sit aliquis habẽs erroneam opinionem de rebus fidei adhuc per ecclesiam nõ determinatis modo ĩ uoluntate eius nulla sit macula sed firmum propositum de illis credere semper conso

Aymonis uerba in testimoniũ origenis.

Pro secundo articulo.

Augustinus.

Heresis proprie

Nota

Verba Origenis.

Liber periarcon.

Pro tertio articulo.

Nota hãc ꝓpositionem

ne scripture & ecclesie. ille nec peccat mortaliter nec hereticus proprie est dicendus.

Correlarium Ex qua propositione sequitur correlarie possibile esse q opinari aliquam opinionē aliquo tempore sit peccatū mortale qd nō erit alio tpe. & hoc ē quia pōt quis sine pertinacia credere aliqd uno tempore qd alio tempore non crederet sine pertinatia utputa post determinationē ecclesie. aut sacre scripture dilucidationem. de opposito crediti attestatur snīa oīum doctoꝝ dicentiū q non precise error intellectus facit hominem hereticum sed oportet q sit malitia & peruersitas ī uoluntate. Ideo dicebat Augustinus errare possum hereticus esse non possum. Cōfirmatur hoc ex determinatione uniuersalis ecclesie quæ multos canonizauit qui tamen usq; ad mortem perseuauerūt ī erroneis opiniōibus de fide. & deinde p ecclesiā ꝓ hereticis reprobatis quas opiniōes nusq̄ legitur ab illis fuisse retractatas. Tales fuerūt Papias episcopus hieropolitanus. Victorinus pictauēsis. Hireneus lugdunēsis Beatus Ciprianus & multi alii quos scimus errasse in fide & eorum opiniōes pro hereticis cōdēnatas. & tamē ipsi habētur in canone sanctorū ex quo sequitur ut necessario dicēdū sit q uel illi ēt q decesserint ī illis opinionibus erroneis ī fide nō tamē decesserint ī peccato mortali. uel q ecclesia errauerit in eorū canōizatiōe qd si dixerint ut etiā dixit qdam ex his qui me īpugnabant. respondēs q illi forte non errant bene canonizati iam nō ego sed ipsi sentiunt contra determinationē uniuersalis ecclesie. Ex hac aūt ꝓpositiōe infero ad propositū Origenis sic. q dato ēt q Origenes multas & plurimas habuerit opiniones erroneas in fide hoc p̄cise si in uolūtate eius nulla fuit macula aliquo modo nō potest eē argumētum q aīa eius sit dānata. Vt sic arguatur aut quātūcūq; magnus error de qbuscūq; rebus fidei sit in ītellectu alicuius modo in uolūtate nulla sit macula nō impedit salutē eius aut quātūcūq; paruus & de quacūq; re sit impedit aut aliqs impedit & aliquis nō impedit. si q̄tūcūq; magnus sit nō īpedit. ergo etiam q Origenes & in multis errauerit & in principalioribus illa tamē si fuit uolūtas eius bene disposita & nullo modo maculata nihil īpediuit eius salutē. & ita qui uolūt cōuincere damnationem eius nō sufficit q ostēdant errores eius & pseuerātiam in eis. Sed oportet q ostēdant pseuerātiam. cum ptinatia aut negligētia uel alia malicia uolūtatis. si quātūcūq; paruus sufficit. ergo error de rebaptizādis hereticis debuit impedire salutem Cypriani & heresis illorū q dicuntur chiliaste debuit impedire salutē Papiæ q fuit auctor illius heresis & cū illa decessit. & si sic ergo male ab ecclesia fuerunt canonizati. si aliquis īpedit & aliquis nō. dicāt oportet qui sūt illi errores qui īpediūt & qui nō. & ubi unq̄ inuenitur facta ista distinctio ab ecclesia ut uerbi gratia dicatur hr̄e errorē in his quæ pertinent ad talē uel talē articulū ēt si sit p̄cise debilitas & defectus ītellectus & nō sit aliqua puersitas nec negligentia. nec ptinatia nec quecūq; alia malicia in uoluntate est peccatū mortale. hr̄e autē errorē in his q̄ ad talē uel talē materiā ptinēt nō ē peccatū mortale nisi sit ī uolūtate defectus & si non inueniatur fcā talis distinctio aut ab ecclesia aut a doctoribus nec uideatur fieri posse rōnabiliter apparet nō ualere dictū quorūdā dicētiū aliā eē rōnē de Cypriano & Papia & similibus & alia

Augustinus. Confirmatio Papias hieropolitanus episcopus. Victorinus pictauiensis. Hireneus lugdunensis. Beatus Ciprianus. Nota. Chiliaste heretici. Obiectio.

de Origene qa Origenes errauit i pricipalibus. nā q̄tūcūq; magnus sit error mō sit solū error in itellectu & i uolūtate nulla sit malicia nō uidet ꝙ taliter errans peccet mortaliter. quapp cū talē maliciā in uolūtate Origenis nō legamus fuisse. dato ꝙ ēt in principalibus fidei misteriis errauerit grauissimo errore & merito p ecclesiam dānato nō pōt cōuinci ipsum esse dānatū in se & in aīa sua. quod si qs dicat multos eē gradus ꝓpositionū credendaꝝ p̄ter istum gradū ꝓpositionū. s. determinatarum per ecclesiam & ꝙ etiam si nō sit pertinatia. signum tamen est pertinacie asserere aliq̄ quoꝝ opposita tenetur asserēs explicita fide tenere. & credere & ꝙ nō solū culpabilis ē mortaliter error pp ptinaciā sed ēt quādoq; culpatur pp negligētiā inquirēdi ueritaté q̄ negligētia nō est ptinacia saltē ꝓprie dicta. uidetur ad hoc rōnabiliter posse respōderi. Primo ꝙ Origenes de negligētia inquirendi in hoc ueritatē culpari nō pōt qa ut bene dicit Hieronymus in pscrutatione scripturarū diebus sudauit & noctibus. Secūdo ꝙ i nullo errauit Origenes qd̄ ip̄e tūc sic teneretur explicita fide credere ꝙ oppositū asserēs nō dogmatice sed ut sibi ꝓbabilius uisum ē hereticus dici possit & hoc euidentur probo ex dicto quodā ipsius Hieronymi supra allegato. Vbi enī Hieronymus dicit ꝙ ēt si i Clementis apostolorū discipuli & aliorū taliū īueniātur aliqua uiciosa. nō tam̄ ꝓpterea istos statim hereticos iudicaret. Subiūgit quadruplicē cām. Primo ꝙ poterūt libri esse corrupti. Secūdo ꝙ alio sensu scripserint. Tertio ꝙ simpliciter errauerint. Quarto ꝙ minus caute locuti sint. i q̄bus uerbis debemus aduertere ꝙ dato ꝙ liber clemētis i quo dicit filiū dei esse creaturā nō sit deprauatus. & dato ꝙ auctor aliū sensum nō intenderit adhuc statim Clemēs nō est iudicādus hereticus. qa potuit simpliciter errasse. Quid ē ergo simpliciter errasse nisi errasse ex intellectus defectu & erroneo rōnis iudicio & non ex malicia uel puersitate uolūtatis ꝙ si in illa heresi ꝙ filius sit creatura que ē maxīa etiā q̄ obiciatur Origeni potest quis simpliciter errare qa nō stet de ip̄a adhuc alia ecclesie determinatio uel per maiorem scripturarum dilucidationem certior uerificatio in qua hoc demū fieri non poterit & si tunc illud Clemens non tenebatur sub pena peccati mortalis explicita fide credere quid possumus dicere obligatum fuisse Origenem credere explicite de his in quibus dicitur errasse. Notandum est autem ꝙ quia heresis esse potest & in uerbis male & inordinate prolatis ut dicit Aug. & i sensu. Ideo dans Hieronymus modum excusandi qui in utroq; errauerit coniunctim uel diuisim ex solo intellectus & non uoluntatis defectu dicit uel minus caute locutum fuisse & hoc si in uerbis appareat heresis uel simpliciter errasse & hoc si sensus hereticus sit a simplici & recta uoluntate sed a debili & errante intellectu ꝓlatus & bene notanda & pensitanda sunt illa uerba Hieronymi. quia in eis utile et sanum de heretica pertinacia dogma recte fundatur. Pro quarto articulo quidam dicentes Origenem penituisse allegāt plāctū Origenis. sed iste liber apocriphus reputatur ut hr̄ in decretis. xv. di. Ego autem testimonium allego ipsius Hieronymi ꝙ pro apocripho hr̄i nō pōt q expresse Origenē de erroribus suis penituisse testat̄ qd̄ nō ideo afferro qa hoc sit necessariū rōnabiliter ad credendā Origenis salutem

Prima respōsio obiectiōis

Secunda.

Nota.

Augustinus.

Hieronymus

Pro quarto articulo.

Liber apochriphus.

Hieronimus

ut patebit in sequenti articulo. sed quia isti magistri nūq̄ clamare desiterunt ostē do tibi Origenem errasse. ostendas tu mihi, eum penituisse nunq̄ hoc ostendes nū/q̄ inuenies scriptum Origenem penituisse de his que scripsit. Audiant ergo reuerē di patres Hieronymum ipsum cuius auctoritate, Origenem fulminant in apologia sua ad Pamachcium & Occeanum in qua se ostendit doctrinam Origenis nō do/gma sectatum. Postq̄ Origenis recitauit errores hec uerba subiūgentem ipe Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum Romane urbis episcopum penitentiam agit cur talia scripsit & causas temeritatis in Ambro. refert q̄ secreto edita in publi/cum protulerit. Hec Hieronymus ad uerbum. Quid clarius quid expressius. quo modo iam aut qua fronte dicere possunt nusq̄ inueniri q̄ Origenes penituerit. Dicam autem & quia incurrit quid mihi his diebus cum duobus ex his qui hanc conclusionem damnabant in simili proposito contigerit. Cum enim ego ut Origenem de pertinacia defenderem cuidam multū insistenti determinatū ab ecclesia Orige/nem pro pertinacia in aīa dānatum. dicerē ex grecis haberi historiis Origenis do/gmata post mortē eius post multos annos fuisse dānata remisissemq̄ illū si libros domi non habebat ad Episcopū Traguriensem uirum non minus doctrina & moribus q̄ sua dignitate prestantem apud quem ego grecum librum uiderā ī quo de conciliis multa erant aggregata dixit ille bonus pater quid me ad grecos remittis quem scis grecas litteras penitus ignorare. petamus inquit latinas. nonne habemus fasciculum temporum qui de his rebus elegātissime tractat. afferatur dixi ego iste fasciculus q̄q̄ subiunxi. Si mihi quasi hoc fasciculo supposito ignem ut heretico pares abigam ego protinus & tuum fasciculum in malam crucem. neq̄ enim illi ulla fides. excanduit ille ac si trinitatem blasfemassem ne excandescas inq̄. afferatur fa/sciculus. nec me quasi solutis fascibus iā uelis cedere. allatus est & in de eo Orige/ne hec legimus Origenes doctor egregius ac sanctitate uite incomparabilis clarissimus in ecclesia dei & post pauca in fine dicit Grandis labirintus a diuersis texitur de Sansone. Salamone traiano & isto Origene an uidelicet saluati sint an nō que qa sine piculo nesciuntur nec ēt ecclesia certificata est de his domino totaliter com/mittenda sunt. hec bonus fasciculus. Quibus lectis cum audisset ille de damnatione Origenis non esse certificatam ecclesiam mirum ut expalluit & apud quem p/batissimorum fasces nihil poterant potuit tantum iste fasciculus ut sententiam il/lico cōmutarit. Sequenti die compellans me acrius quidam alius manu satis grandem gestans librum. Quomodo inquit aut qua omnino uia audes tu ab eterno ignis supplicio Origenem defendere ecce ego tibi ostendam cui non poteris testi/monio contradicere qui dicit Origenem non posse defendi. Producas dixi ego ue/nerabilis homo. si habes tuos testes. tum inquit ille. hic est testis quidam magnus & nomen subiunxit. ego uero nomen uolo subticere. Cuius hi sunt sermones & p̄dicationes. tunc ego quos mihi affers sermones quas nugas. nugas ille respondit iam excandescens totus. nugas inquam in quibus etiam in ista materia si de ea habet sermonem (absit enim ut ego similia unq̄ legerim) nisi expressissimus aliquis in

Fabianus papa.
Ambrosius.
Nota facetiā
Episcopus traguriensis.
Nota aliam.

ueniatur error. Iam uolo tecum Origenis caput Ixionis rota perstringere. Impaciēs & iam ille & bili exestuans aperit librum & legere incipit furens uoce altissima. Feria quarta sermo. xi. de origenistis. tum in persequutione eorum que scripta erant ad singula uerba exclamabat. Hicne error. & ecce dum sic ad Stentoris inuidiam uociferatur hec legit in libro scripta denique Hieronymus sex milia librorum Origenis legisse se fatetur. & dum statim perlecto hoc iterū clamat hic ne error. hic inquā error. & quidem magnus. hic apertum mendacium hic falsitas expressa & ut compescerem illico hominem iubeo afferri epistolas Hieronymi. & statim accurrēs ad secundum librum inuectiuum contra Ruffinum. ostendo ei Hieronymum Ruffino dicenti Epiphanium Papam iactare se legisse sex milia librorum Origenis his uerbis respondentem. De sex milibus autem libris quos ab eo lectos esse confingis quis credet aut te uerum dicere aut illū potuisse mentiri. Si enim Origenes sex milia scripsisset libros poterat fieri ut uir eruditus & ab infantia sacris litteris institutus pro curiositate & scientia legisset aliena. Quod uero ille non scripsit quomono legere potuit. numera indicem librorum eius. qui in tertio uolumine Eusebii in quo scripsit uitam Pamphili continentur & non dico sex milia sed tertiam partem non reperies. hec ad uerbum Hieronymus. Erubuit ille & salua fuit res mea. Sed redeamus iam ad propositum concludendo uel cum Ruffino & aliis quos supra ī primo articulo recitauimus debemus concedere Origenem nunquā peccasse. uel si cum Hieronymo ipsum peccasse omnino contendimus sciamus & cum ipso nobis concedendum Origenem peccati sui proprio ad Romanum episcopum libello dato penituisse. Ego autem postquā mecum diligenter perpendi & examinaui ea precipue que ab Eusebio & Ruffino & Hieronymo de Origene dicuntur coniecto Origenem diu in prescrutatione scripturarum elaborantem. de multis arduis & principalibus theologie questionibus ambiguum fuisse cum non certe & indubitate sibi ipse uideretur de illis ex scripturarum testimonio posse aliquid asserere. & propter hoc de multis fidei misteriis forte multa dixisse inquirendo & disputando in prioribus sue etatis annis que catholica fides nō reciperet. propterea Origenem qui ut ipse dicit suam ignorantiam non ignorabat & ueritatem illarū questionum se non dum consequutum plane cognoscebat ante sue etatis. lx. annum nūquā a notariis excipi publice uoluisse. que in ecclesiis predicabat ut refert Eusebius. Aduertamus ergo quod Eusebius. xxvi. capite. vi. libri ecclesiastice historie scribit Origenem tertio anno Imperii Philippi imperatoris. & sub Fabiano pōtifice. cum iam ipse. lx. annum ageret cepisse dicta sua etiam litteris publice committere. Et aduertamus quod supra xvii. capite dicit quod sub Vrbano pontifice cui successit Pontianus. iam ante tempora Fabiani Origenes cōscribendi cōmentarios in scripturas sanctas inicium sumit cōpellente se Ambrosio. & multa ui precū obsecrationūque cogēte. Qui inquit Eusebius maxime dignus uidebatur. cui istud īpenderetur officiū. & cui quicquid archanum & absconditum in sacris litteris tectum est panderetur. Ex quibus duobus locis Eusebii in quibus apparet quasi contradictio colligitur euidenter. quod urgen-

Epiphanius Papa

Epilogus.

Historia ecclesiastica eusebii.

te Ambrosio dictauerit quedā ī prioribus annis anteq̄ ueri adhuc aliqd cōperisset ipsi tm̄ Ambrosio priuatim cōmunicāda. & nō ī publicū edenda. ut que bene tuta & ueritati apostolice cōsona nō cognoscebat Ambrosius autē illa secreto edita ī publicum protulit. Comperta deinde p Origenē iam sexagenariū catholica ueritate cepit iam audacter. qa & catholice publice scribere. & ea que ad priuatū Ambrosii usum scripserat iam per illū edita fuisse uehemēter indoluit ad que sui purgationē ut ex uerbis Hieronymi & Eusebii cōiecto rei totius seriem Fabiano Romano ep̄o scribens de sua catholica fide testimonium perhibuit narrans. s. que antea ab eo inueniuntur scripta se nō scripsisse ut ederentur. de qbus & ip̄e dubius erat catholi-

Hieronymus ca ne eēnt an nō catholica. Sed Ambrosiū illa edidisse. hoc ē. n. qđ dicit Hiero. ip̄e Origenes ī epistolā quā scribit ad Fabianū Ro. urbis ep̄m penitētiā agit cur talia scripserit & causas temeritatis ī Ambrosiū refert ꝙ secreto edita in publicū protulerit. Eusebius autem narrans que scripserit post. lx. annum postq̄ librum cōtra celsum. & libros. xxv. cōmentariorum in Matheum et. xx. ī prophetas cōnumerauit. subiungit. scripsit & ad Fabianū Romane urbis episcopum. & ad alios q̄ plurimos ecclesiarum principes de catholica fide sua hec ille. Sit ergo uerum ꝙ ante sexagesimum annum fuerit de multis fidei misteriis dubius Origenes. Et sit uerū ꝙ secreto in scriptis multa cōmunicauerit Ambrosio que tunc nō firmiter adherendo sed dubitatiue inquirendo opinabatur nunc a catholicis non recipienda. & ita uerum dicat Hieronimus. ꝙ que in multis Origenis libris inueniuntur etiam non catholica Origenis sint. quia uere ab ipso fuerunt dictata. licet non ut credita. & ut quesita potius q̄ inuenta. & consequenter Origeni cui catholica fuit postea ueritas comperta culpabiliter non adscribenda in quibus & multa ab hereticis fuisse adinuenta iuxta Ruffinum. Pro uero etiam accipere possumus maxime de hoc ipso conquerente Origene dum uiuebat. Sit ergo uerum iuxta Eusebium in ecclesiastica historia a Hieronymo tanq̄ uera approbata Origenem non habere pro suis operibus. i. in quibus diffinitiue aliquid & adhesiue dicat nisi que post sexagesimum annum scripsit. Sitq; uerum etiam secundum Hieronymum de prius scriptis temere ab Ambrosio editis ipsum penituisse & consequenter catholicum mortuum eē. ut non solum secundum Ruffinum Pamphilum & Eusebium. sed etiam secundum Hieronymum rationabilius sit credere ipsum esse saluum q̄ credere ipsum eē

Pro qnto articulo. damnatum. Pro quinto articulo dico hanc propositionem quantumcunq; aliquis grauiter in uita mortaliter peccet & constet ipsum mortaliter peccasse. nisi constet

Prima ppō. de eius finali impenitentia temerarium est uere asserere ipsum esse damnatum. patet ueritas huius propositionis ex communi sententia omnium doctorum in dicta propositione consentientium. Ex qua propositione infero duas propositiones cor-

Prima ppositio correlaria relarias. Prima est hec. Non propterea quia aliquis in uita mortaliter peccauerit & nobis non constet ꝙ non penituerit iudicandum est firmiter a nobis esse illum in inferno. patet quia posito peccato mortali tantum non ponitur totum illud ad quod sequitur damnatio eterna. Sed oportet ultra peccatum ponere & certificari

de finali impenitentia. Nec ego q nego firmiter esse credēdū illū esse i īferno. habeo ostēdere tibi penitētiā illius. Sed tu q asseris illū eē damnatū habes certificare de īpenitentia & p hoc multū facit dictū Henrici de assia q i expositiōe. iii. c. libri genesis dicit hec uerba formalia. Si ergo argumētū quorundā esset efficax quo aliqué dānatū esse sicut de Salamone psuadent p hoc ꝙ scriptura eius peccatū cōmemorat & nullā de iusticia aut penitētia eius mentioné facit. tūc ita primū hominé ex peccato suo dānatum cōuinceretur sicut primū angelū hec Henricus. Nusq̄. n. habetur mentio de penitētia. Adā sed solum de peccato. Similiter iudicū. viii. legitur de peccato Gedeon & nō de penitentia. & tamé a doctoribus bene creditur de eius salute dicere & tu potes ꝙ per hoc etiam argumétum quidam decepti erronee dicebāt ꝙ Moyses erat damnatus quia legebatur peccatū eius in aquis cōtradictionis & de eius penitētia nihil habebatur expressum. & tamé dixit deus Iosue. Moyses seruus meus mortuus est. Secunda propositio correlaria est hec nemo potest eē certus ꝙ aliquis sit damnatus ad infernum nisi hoc habeat ex speciali reuelatione dei uel ab his quibus creditur deus reuelasse. patet ueritas huius ex premissis propositionibus quia nemo potest esse certus de finali penitentia uel de impenitentia nisi ille qui nouit secreta cordis & cui ille uoluit reuelare. cum enim nullus de statu alicuius ita sit certus sicut ipsemet de se quia que sunt hominis nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. ut dicitur ad cor. ii. & de se ipo homo non potest eē certus utrum sit dignus odio uel amore ut dicitur ecclesiastes. ix. quanto magis non poterit esse certus de alio nisi de hoc habeat specialem reuelatiōem. Ex hac autem propositione principali cum suis correlariis infero ad propositum mee conclusionis ꝙ dato etiam ꝙ Origenes in illis erroribus errando peccauerit mortaliter tamen cum incerti sumus de eius finali impenitentia uel penitentia asserere ipsum esse damnatum temerarium est omnino iudicium & reiiciendum. Cum ergo nec de salute possumus esse certi. nec de damnatione. pium est tamen & ualde rationabile credere ut dixi ego ꝙ deus eum saluauerit hominem talis ac tante scientie. de quo Hieronymus in prefatione cantici canticorum. cum in ceteris omnes alios superauerit in hoc seipsum superauit & de ipso illud uerificatur. Introduxit me rex in cubiculum suum & alibi imitari uolens ex parte Origenem. quem post apostolos ecclesiarum magistrum nemo nisi imperitus negat. & alibi Origenes tanto scriptu rarum labore sudauit ut iuste adamantii nomen acceperit. & post quedam hec subiungit. Quis unq̄ tanta legere potest quanta ipse conscripsit & pro hoc sudore qd accepit premii damnatur a Demetrio episcopo exceptis Palestine & arabie & phenicis atq; achaie sacerdotibus in damnationé eius. Consentit urbs Roma ipsa cōtra hūc senatū cogit non propter dogmatum nouitatem non propter heresim ut nunc aduersus eum rabidi canes falso simulant. Sed quia gloriam eloquentie eius & scientie ferre non poterant hoc quare scripserim & ad pauperis lucerne igniculum cito sed non cauto sermone dictauerim potestis intelligere si Epicuros & Aristippos cogitetis. hec Hieronymus ad uerbum. Quæ uerba singula queso o

Henricus de assia.

Secōda ppositio correlaria.

Hieronymi uerba.

Origenes Adamantius

ingeniose lector diligenter attende & ex eis ea per te intelligas que ego non expri/mo. In prefatione autem hebraicarum questionum de eodem loqués Origene sic inquit hoc unum dico q uellem cum īuidia nois eius habere etiam sciam scriptu/rarū. floccipédés imagines umbrasq laruas quarū nature eē dicit terrere puulos & ī angulis garrire tenebrosis. Pretereo q̄ de eodē Hieronymus p̄dicat q auariciā calcauit q castrauit se zelo dei licet nō secūdū sciam q ī explanatiōe scripture die/bus sudauit & noctibus quā q dilucidāt uitā eternā habebūt. ut īquit sapiēs. & ut scribitur ad Vigilātium prophetarum obscura disseruit. & tam noui q̄ ueteris testa menti reuelauit maxima sacramēta. Pretereo q nō solum martiris fuit filius. sed et ipse parum a martirii merito absuit. Nam dicit Eusebius q & adhuc puerulus ī tā tum ardorem capessendi martirii exarserat ut sponte se periculis ingereret & tēpo/re deinde Deciane persequutionis nouas cruces. noua penarū genera ac seculis om nibus inaudita tormēta pertulit ita ut mille mortibus inquit Eusebius uexatus sit ne tātum una ei quam exoptabat accideret persecutore summo studio hoc agente ut nec interitus prestaretur nec pena cessaret. Videte q̄ parū absit a laude martirii quam plurimi eius discipuli ipō duce & cohortatore sunt consequuti. parum dico iterum profecto absuit a laude martirii. immo meritum quasi equale meritus est. Nam dicit & Aug. in libro de bono cōiugali nō est impar meritum martirii in Io/anne qui passus non est: & in Petro qui passus est. Nota bene hec uerba August. unde sicut Ioannes licet nō trāsiret per gladium tamen paratus fuit substinere mar tirium. quādo fuit missus ī feruētis olei dolium. Ita & Origenes licet mortem mar tirio nō subierit paratus tamē fuit. immo auidissimus illam subire. & tot passus est tormēta ut dicit Eusebius ut mille mortes pro una subierit. & hoc est quod dicit Ber nardus ī sermone sanctorum martirum q est triplex martiriū. martiriū uolūtatis tm̄. martiriū operis tm̄. martiriū opis & uolūtatis. Martiriū uolūtatis tm̄ passus ē Ioānes euāgelista. cui dictū ē & germano eius. M. xx. calicē meū bibetis unde Cy prianus ī seruis dei apud quos cogitatur martiriū & mēte cōcipitur animus ad bo nū deditus iudice deo coronatur. Aliud ē enī martiriū deesse aīo aliud aīum deesse martirio. Si ergo martirio Origenis animus nunq̄ defuit & mille mortes pro una subiit qūo a iudice deo coronatū nō credamus si nō mētitur martir Ciprianus. et si dānatus ē qs q̄so ad gehenne mortē eū dānauit. An xp̄s Iesus p quo totiēs ipē mori uoluit. Quin potius sicut dicit de ipō Cypriano Aug. q sanguis martirii ī eo omnē hereseos maculā abluit. Ita & de Origene effusum ab eo nō tam supra terrā extrin secus q̄ super zelo dei & caritate ardentem celestem aīam suam intrinsecus marti rii sanguinē oēm hereseos maculā abluisse pie crepamus dicentes cū Dauid. Bea/tus Origenes q & si aliquādo ī cōsilio errantium abiit in uia tamen peccatorum p īpenitentiā nō stetit & in cathedra pestilentie p ptinaciā nunq̄ sedit sed in lege do/mini fuit uoluntas eius. & in lege eius meditatus ē die ac nocte. Beatus Origenes cui remisse sunt iniquitates per baptismum & eius tecta sunt peccata p penitētiā & cui nō imputauit dominus peccatū propter martirium. deniq talem ac tantum

Nota.

Deciana persequutio.

Augustinus.

Bernardus. Triplex martirium.

Cyprianus.

Augustinus.

uirum etiam si aliquando ex ingenii defectu & non ex aliqua uoluntatis malicia i fidei misteriis errauerit credamus a domino i suis nouissimis nō fuisse derelictum. sed potius uisitatione sue clementissime misericordiæ & de secretis fidei si in aliqui bus errabat illuminatum ab erronea ad salutarē uiā reuocatum fuisse. & hoc ego ītellexi ī breui responsiōe mea cum alias dixi. exquo nō īuenitur fuisse pertinax ue risimile est credere ꝙ deus eum saluauerit. i. uisitādo eum uisitatiōe quam dixi in statu salutis digno clementissime collocarit et de secretis fidei ī quibus errabat ipm illuminans ad salutarem de illis penitētiam aduocauerit quod utrum fuerit an nō fuerit scire certitudinaliter nemo potest nisi fuerit ei desuper reuelatū. Sed ita fuisse potius q̄ nō fuisse credere consideranti acta & uitam Origenis magis cōsonum ui detur & sic rationabilius. Nam & rationabiliter in dubiis fauorabioliori parti sem/ per est adherendum. & hec sint dicta ut que ualere possint quando de ipsa Orige nis penitentia nō cōstaret de qua tamē cōstare ex beatissimi Hieronymi testimo/ nio supra ī precedētibus apertissime ostēdimus. Pro sexto articulo dico ꝙ nō uide tur credēdum ꝙ ecclesia unq̄ determinauerit aīam Origenis ad īferos esse damna tam. Veritatē huius propositiōis probo duabus rationibus. Prima ratio est hec de illo cuius altera uel altera pars determinari certitudinaliter nisi temerarie nō pōt. Nō debet credi factā eē determinationē ab ecclesia. Sed de hoc q̄sito utrū Orige/ nes saluus sit an dānatus determinari altera pars nisi temere nō pōt saltē absq; re/ uelatiōe speciali dei. ergo cū de tali reuelatiōe nō cōstet nō debet credi de hoc factā esse ab ecclesia determinationē. maior ē nota & oppositū eius esset iniuriosum ec/ clesie credere. s. ꝙ aliqd ab ea possit ī cōsulte & temere iudicari. Minor patet ex su/ pradictis articulis. Cōfirmatur qa certificari nō poterat ecclesia de dānatiōe Orige nis nisi p specialē reuelationē de eo factā. sed de tali reuelatiōe ꝙ fuerit facta nusq̄ habetur mētio ergo &c. Secūda rō ē hec qa si qd ē qđ psuadeat ecclesiā determi/ nasse de dānatiōe Origenis sūt qdā textus decretoꝝ q hoc uidentur sonare grosso eos modo īterpretātibus. q tamē cū recte examinātur cōtra eos potius q̄ ꝓ ipis fa/ ciūt. Sūt aūt textus quos afferūt ferme isti. Primo ꝙ di. xv. c. sancta Ro. ecclesia. si cut scribit̃ p Gelasiū papā. Itē Origenis nō nulla opuscula que uir beatus Hiero. nō repudiat legēda suscipimus. reliqua aūt oīa cū auctore suo dicimus eē renuēda &. xxiiii. q. iii. c. sane. Itē si ad tēpora theophili sancte memorie uel superius aliqs recurrerit & Origenē īueniet post mortē anathematizatū quod etiā ī eo facit & ue stra sanctitas. & Iulius religiosissimus antiqoris Rome & glo. ibi. Cū iste dānatus fuerit nōne & eius scripta utiq; extra. de hereticis. c. fraternitatis ibi aūt sic scribit̃. Cū Celestinus atq; pelagius ī ephesina synodo sint dānati quomō poterūt illorū capitula recipi quoꝝ dānātur auctores. Ex istis auctoritatibus credūt aliq cōuinci dānationē anime Origenis ad īferos. Ego aūt dico nihil plus haberi p premissa ni si ꝙ ecclesia & opiniones & dogmata Origeni attributa ut heretica damnat & ip/ sum sic ut dogmatizantem damnat & detestatur de damnatione anime eius aut salute nihil penitus intendens. & ꝙ hoc sit uerum patet multis rationibus. Primo

Pro sexto ar/ ticulo.

Prima rō.

Confirmatio

Secunda rō.

Ephesina sy/ nodus.

Primo. quia ad ecclesiam non pertinet damnare animas hominum aut saluare. quia ad illum attinet solummodo qui iudex est uiuorum & mortuorum quare ridiculum ẽ si in decretis legitur. Damnamus Origenem exponere. i. animam eius damnamus damnatione infernali. Et patet etiam euidenter ex modo loquendi ipsius Gelasii q̄ dicit reliqua opuscula eius cum auctore suo dicimus renuenda. hoc enim uerbum renuere nullo modo importare potest id quod ipsi intendunt. sed nihil aliud intendit Papa nisi hoc quod. s. non acceptantur opuscula eius ut autentica in ecclesia. nec ipse similiter ut probatus doctor & cuius dictis sit credendum in ecclesia recipitur. Quod si etiam Papa non solum dixisset renuimus sed etiam damnamus nihil esset pro eis quia sic etiam solemus dicere in hoc Scotus damnat Thomã. Herueus Scotum. & sic de reliquis in quibus semper loquutionibus de damnatiõe doctrine & non anime ex ipso usitato & proprio loquendi modo debemus intelligere.

Gelasius.

Secundo arguit contra eos

Secundo arguo contra eos ex glosa quam ipsi allegant quæ dicit si ipse damnatus nonne & eius scripta. Quero ergo ab istis si fiet hec consequentia. Ipse Origenes ẽ damnatus ergo & eius scripta damnata. quomodo in antecedente capitur ly damnatus si sic capitur. i. in sua doctrina nõ approbatus. & ut dogmatistes nõ acceptatus. habeo propositum. Si autem intelligatur damnatus in anima sua infernali dãnatione tunc nihil ualet consequentia. possibile enim est multos doctores quorum scripta catholica sunt & pro catholicis quotidie leguntur esse in inferno q̄a stat aliquem in fide nihil errare sed recte sentire de omnibus articulis & tamen esse ĩ alio peccato mortali & in illo decedere. & omnino impertinens est damnatio anime ad damnationem doctrine. quia illa attenditur penes maliciam uoluntatis. Ista autẽ penes defectum intellectus. Quare nec ualet iste ẽ in paradiso ergo dicta eius sunt catholica. Nam & Papias est ĩ paradiso & Hireneus & Victorinus & Cyprianus & multi alii quorum tamen dicta in multis que nunq̄ reuocasse leguntur ut heretica reprobantur. Confirmo hoc ex dicto illo ad quem se refert glosa de hereticis extra. c. fraternitatis. ubi dicitur si Celestinus atq; pelagius in ephesina synodo sunt damnati quomodo poterunt illa capitula recipi quorum damnantur auctores. Certum est autem q̄ in illa synodo Celestinus & pelagius non fuerunt damnati in se. i. in anima sua sed in sua doctrina. tum quia aliter ut dictum est supra damnare homines ecclesia nec consueuit nec potest. tum quia de eo debemus ĩtelligere sententiatum de quo prius est quesitum & disputatum. Sed in illa synodo ut ex actis concilii patet non fuit questio utrum anime Celestini & pelagii essẽt ĩ paradiso uel in inferno. Sed an dicta eorum & dogmata essent catholica an nõ catholica. Quare & de hoc. i. de eorum dogmatum ueritate & de auctorum ipsorũ ut sic dogmatizantium approbatione uel reprobatione debemus intelligere sententiatum. Tertio stultum est dicere q̄ ecclesia determinauerit Origenis animam esse damnatam quia non sicut consueuit ecclesia canonizare aliquos ita etiam cõsueuit dãnare. i. sententialiter decernere q̄ sint in inferno. & ratio quare hoc consueuerit & non illud est quia ad decernendum q̄ aliquis sit saluus oportet nos certificari q̄ ille de-

Papias. Hireneus. Victorinus. Cyprianus. Confirmatio

Tertio.

cesserit in gratia cuius rei indicia licet tamen non certa habere possumus non ex his que egit in uita quia illa non sufficiunt exquo dum est in uia semper merendi & demerendi est locus & mutandi se de uno proposito ad aliud. Sed habemus signa post mortem ut sunt miracula uel aliquid simile. Tale autem aliquod signum ex quo damnationem alicuius cõuincamus post mortem alicuius habere ꝙ possumus non est facile inuenire. immo sine dubio haberi aliud signum non potest nisi specialis de hoc reuelatio que si contĩgeret uel contigisset profecto sicut ecclesia cũ aliquem canonizat de miraculis suis testatur & de aliis propter que mota est ad canonizationem. Ita etiam cum aliquem damnaret specialis reuelationis de hoc facte mentionem faceret ne temere aut inconsulte sic uideretur decreuisse. Quod tamen de Origene nusq̃ narrat ecclesia. Debemus ergo intelligere damnatum Origenem ab ecclesia eo modo quo ex his q̃ de eo narrat & testatur uidetur uenisse dãnandus. Sed de eo nihil aliud narratur nisi ꝙ errauerit in misteriis fidei & ad hunc errorem non sequitur absoluta damnatio Origenis in se sed solum in scriptis & in doctrina sua ut patet ex precedentibus. & sic debemus ipsum iudicare damnatum ab ecclesia & non aliter. Postq̃ & pertinacem non fuisse eum contra ecclesie determinationem in illis opinionibus scimus quia concilia in quibus damnate fuerunt ille opiniones fuerunt multo post mortem Origenis ut patet ex historiis grecis & latinis. Et an ĩpenitens etiam illarum fuerit scire nullo modo possumus immo uel non scripsisse illa. uel si scripsit penituisse ex Hieronymo supra probauimus.

Pro septimo articulo dico istam propositionem ꝙ non tenetur secundum doctrinã Sancti Thome quilibet fidelis de necessitate fidei credere illum esse in inferno quẽ ecclesia iudicauit & sententiauit esse in inferno. Veritas propositionis sic deducitur quia tanta est fides adhibenda ecclesie in damnatione alicuius quanta est adhibẽda in canonizatione sanctorum. Sed dicit Thomas ultimo articulo quolibeti noni ꝙ sanctos canonizatos ab ecclesia non tenemur de necessitate fidei credere esse ĩ gloria sed solum de pietate fidei ergo & damnatos ab ecclesia non tenemur necessario credere esse in inferno. sed solum pie sic est credendum. Fundamẽtum autem Thome est quia in his tãtum tenemur de necessitate salutis ecclesie credere que ad substantiam fidei pertinent. Quia in illis spiritus adueniens docet eam oẽm ueritatẽ. Vtrum autem anima huius uel illius sit in inferno uel in paradiso nihil attinet ad substantiam fidei. sed tamen quia honor quem sanctis exhibemus quedam professio fidei est qua sanctorum gloriam credimus. Ideo licet de necessitate salutis ad hoc non teneamur. Pie tamen sic est credendum. Ex hac proposione infero ad propositum mee conclusionis ꝙ etiam si ecclesia determinasset Origenem esse damnatum adhuc de necessitate fidei catholice non tenemur assentire ꝙ ita sit. Ex quo patet ꝙ etiam si uerum esset quod ipsi contra me adducunt. ꝙ. s. ecclesia oppositũ conclusionis mee determinasset adhuc male ab eis iudicatum fuisset ꝙ conclusio mea heresim saperet. Videant ergo isti magistri ꝙ non recte adhuc si etiam sint uera que ipsi contra me adducunt est determinatum ab eis cõtra meam cõclusionẽ &

Pro septimo articulo.
S. Thomas.

caueant ne noua credenda fidelibus pro sua auctoritate instituāt & ea esse de fide determinent. Audiantq; illam prohibitionem domini deutronomii quarto. Nō addetis ad uerbum quod ego loquor uobis. quod dictum nō solum damnat istos q auctoritate sua noua credenda prioribus superaddant. sed quia etiam catholicam ueritatem pro heretica refellunt.

QVESTIO OCTAVA DE LIBERTATE CREDENDI.

Icut nullus precise sic opinatur quia uult sic opinari. Ita nullus credit sic esse uerum precise quia uult sic credere.

Ex hac cōclusione correlarie infero istam. Nō est in libera potestate hominis credere articulum fidei esse uerum quādo sibi placet & credere eum nō esse uerum quādo sibi placet. Iudicauerūt isti magistri ꝙ propositio cum suo correlario esset erronea & heresim sapiens. Ego autem reputo cōclusionem principalem esse non solum catholicam sed uerissimā & longe ueriorem sua opposita. Et idem dico de correlario sane intellecto. cuius sensus si secūdum mentem meam accipitur nō est aliter accipiēdus q̄ ut sequitur ex principali cōclusione. cuius ponitur esse correlarium. Quod autem conclusio nō solum sit catholica sed etiam sit uerissima. Patet. nam pro prima eius parte que ē ꝙ nullus opinatur aliquid sic esse precise quia uult sic opinari est Aristoteles secundo de anima textu cōmenti. ccliii ubi Aristoteles ponit differentiam inter imaginationem & opinionem. & hec Aristotelis sententia non solum non est reprobata sed immo ab omnibus nostris theologis unanimiter approbata. Secunda autem pars conclusionis que est ꝙ nullus credit aliqd esse precise uerū. quia uult credere id esse uerum est Augustini in pluribus locis qui hoc sepius dicit ꝙ non potest aliquis credere ex libero arbitrio. i. ex mero imperio uoluntatis sine rationis persuasione aut motiuo. & totam cōclusionem meam in qua summarie tenetur ista opinio ꝙ proposita aliqua propositione dubia ad hoc ꝙ aliquis eam credat uel discredat non sufficit mera apprehensio terminorum & merum imperium uoluntatis. Tenēt Petrus de alliaco. Henricus oeta. & Henricus de assia. Et quando ego fui Parisius tenebat fere tota uniuersitas Parisiensis. cum pluresq; etiam catholici doctores ita habent pro uera ut suam oppositam habeant pro impossibili. immo ego adhuc non legi doctorem contradicentem huic oponioni. Correlaria autem propositio non aliter est intelligenda & accipienda q̄ cum restrictione uel determinatione posita in antecedente. sic uidelicet ꝙ non est in libera potestate uoluntatis credere articulum fidei esse uerum quandocunq; placet & credere eum esse falsum quando placet. Ita ꝙ non precise ex eo ꝙ uoluntati placet ut intellectus credat ipse credit nec talis ītellectus unius propositionis per aliā ei concatenatam est inusitatus. immo in scriptura sacra sepe sumitur intellectus littere per precedentia uel sequentia quod maxime in casu

Probatio cōclusiōis p prima eius pte. Aristoteles.

Probatio pro secunda. Augustinus.

Petrus de alliaco. Hēricus oeta Henricus de assia. Vniuersitas parisiensis. Declaratio correlarie ppositionis.

nostro debet fieri quia ego hoc dictum. non est ĩ potestate nostra &c. Non pono tã q̃ dictum per se & conclusionem sapatam sed pono tanq̃ correlariam ex preceden ti. Quod si non placet eis accipere intellectum presentis correlarie ex sua principali cui ipsa annectitur & concatenatur attendant ꝙ dupliciter dicitur aliquid esse in li bertate uel in libera potestate uoluntatis. Vno modo quia posita apprehensione in intellectu. nullo alio actu intellectus requisito in potestate imperatiua uoluntatis sit ponere actum illum & sic negatur in hac conclusione ꝙ actus credendi in libera est potestate hominis. nec oportet omnẽ actum precepti aut meritorium uel de/ meritorium taliter esse in potestate hominis. ad credendum enim non sufficit ap/ prehensio terminorum articuli. sed ultra requiritur persuasio aut aliqua ratio pro/ babilis ut allegatum est ex Augustino. Alio modo aliquid dicitur esse in libera pote state uoluntatis quia omnibus aliis positis que requiruntur ad hoc ꝙ ille actus sit potest uoluntas illum ponere in esse & non ponere. nec ad istum actum necessita/ tur uoluntas etiam quibuscũq; aliis positis & hoc modo actus credendi articulum est in libera potestate uolũtatis iste est intellectus correlarie propositionis. & ex di/ ctis potest quilibet qui habet intellectum cognoscere ꝙ non bene isti magistri ab/ solute dixerunt illam esse erroneam & heresim sapere. Quod autem probabilis ra/ tionabilisq; sit opinio illorum doctorum quos ego sequor qui. s. dicunt ad causan/ dum assensum fidei non sufficit sola apprehensio terminorum cum mero imperio uoluntatis potest euidenter patere non solum auctoritate Augustini multis ut dixi hoc in locis affirmantis. sed etiam efficacissimis rationibus. Et primo arguitur sic. Non est in libera potestate hominis opinari sic uel sic esse cum uult. ergo non est in libera potestate hominis credere sic uel sic esse cũ uult. Patet cõsequentia. Quia si de quo magis uidetur inesse & non inest ergo &c. Sed minus est adherere alicuĩ cum formidine ad oppositum q̃ sine formidine. ergo antecedens est expressum ab Aristotele in secundo de anima textu commenti. cliii. & patet per experientiam. quia quilibet in se experitur ꝙ oblata ei propositione dubia si est ei mere dubia ad neutram partem opinandam per assensum inclinatur donec ei noua superuenerit apparentia uel per silogisticam rationem uel per intuitiuam noticiam. uel per testi monium multorum. uel per auctoritatem dicentis uel aliud simile. Secundo sic ar guitur nõ est in potestate hominis libera facere apparere aliquid suo intellectui eẽ uerum & facere apparere non esse uerum. ergo non est in potestate hominis sic uel sic credere esse uel non esse uerum. Tenet consequentia quia est contradictio ali/ quem credere aliquid & assentiri illi & illud ei non apparere esse uerum. Assum/ ptum probatur quia hoc uel hoc apparere tale uel tale intellectui est hoc uel hoc taliter uel taliter representari intellectui & hoc nõ potest dependere ex imperio uo luntatis quia hoc precedit actum uoluntatis. Confirmatur quia hoc apparere tale intellectui est quia obiectum quod representatur est tale & euidentia uel aliud qc/ quid sit illud quod id facit credibile uel non credibile est tale & intellectus est talis. Sed facere obiectum esse tale uel intellectum esse talem non est in arbitrio uolun/

Duplicit̃ ali/ qd dr̃ eẽ ĩ li/ bertate uel in libera pote/ state uolũta/ tis.

Primo.

Secundo.

Augustinus.

Arguitur primo.

Aristoteles.

Secundo.

Confirmatur

tatis. ergo rem talem uel talem apparere intellectui non est in imperio uolũtatis.

Tertio. Tertio sic arguitur. Quotiencũq; est aliqua potentia mere neutra & indifferẽs ad duos actus secundos oppositos non potest exire in aliquem illorum nisi determinetur prius per aliquid quod sit actus primus. uel se habeat loco actus primi respectu alterius illorum actuum secundorum. Sed ita est ꝙ intellectus est potẽtia mere neutra & indifferens ad specificationem alicuius actus sui secundi. Ergo ad nullam talem specificationem poterit determinari nisi adueniente aliquo alio quod sit uel actus primus uel se habens loco actus primi respectu talis determinationis. Tunc sub ista ratione assumo istam consequentiam. merus actus uoluntatis non potest se habere ut actus primus respectu specificationis actuum intellectus. ergo per imperium solum uoluntatis non poterit intellectus determinari ad talem specificationem nota est consequentia ex preassumpta ratione. & antecedens patet ex communi sententia omnium doctorum in hoc consentientium. ꝙ licet actus intellectus quo ad exercitium dependeat a uoluntate non tamen quo ad specificationem. His sic preacceptis arguo sic ad propositum. Actus qui est assentire & actus qui est dissentire sunt actus habentes rationes specificas oppositas. ergo ad assensum uel non assensum non poterit determinari intellectus per imperium uoluntatis. ergo ad hoc ꝙ aliquis per intellectum credat articulum fidei esse uerum uel nõ credat nõ ẽ p hoc p̃cise. qa sic uult uel nõ uult credere sed ex aliquo alio intellectũ ex se neutrum ad talis actus specificationem determinãte.

Quarto. Quarto sic arguitur ad illud credendum non determinatur homo precise per actum uoluntatis de quo interrogatus. cur illud crediderit non assignabit precisum actum uoluntatis. sed ita ẽ ꝙ interrogatus aliquis. cur credat potius christiane fidei q̃ fidei maumethensium. non assignabit precise actum uoluntatis ergo non p precisum actum uoluntatis inclinatus est ille ad credendum. Quod autem non assignetur merus actus uoluntatis patet ex experientia & ex dictis nostrorum theologorum a quibus communiter illa octo allegantur.

Cur euangelio debeamus credeř octo a nostris theologis assignari.

Cur euangelio debeamus credere. s. pronunciatio prophetica. scripturarum concordia. auctoritas scribentium rationabilitas contentorum. irrationabilitas singulorum errorum. ecclesie stabilitas. miraculorum claritas. Quinto sic arguitur. Quotienscũq; aliqui duo determinantur ad credendum opposita et quilibet illorum precise per hoc determinatur quia uult sic determinari indifferente ad hoc omnino iudicio uel suasione rationis non potest dici ꝙ rationabilius iste moueatur ad credendum q̃ econtra. Sed datis duobus quorũ alter uult credere. a. esse uerum. & alter non uult credere. est dicere hunc uel illum uelle rationabilius & alium irrationabilius. ergo illi ad sic uel sic uelle non determinantur quia precise sic uolunt. maior huius rationis est nota. quia ut inquit Albertus in tertio de anima. cum uoluntas sic agit precise quia uult sic agere assimilatur tiranno in cuius actione non queritur ratio acti quia ipsius agere non est secundum rationem agere sed agere pro libito. Minor est manifesta. quia quotidie dicimus maumethistas uel iudeos irrationabiliter in hoc agere quod non credunt & nos rationabiliter age

Albertus.

re quia credimus. ꝙ si causa precisa quare ego crederem ille non crederet esset ꝑcise quia ego uellem ille non uellet uterqꝫ esset actus tirannicus uoluntatis & ĩ neutro apperet maior uel minor rationabilitas. immo & in neutro rationabilitas sed mera potestas & imperium tirannicum uoluntatis. Et ex dictis in isto argumento patebit istis magistris intellectus breuium uerboꝝ quæ dixi in responsione mea de actu tirannico uoluntatis. Multe alie possẽt & pro ista opinione rationes adduci. Sed nõ est propositi mei hic tractare istas materias & propositas questiones discutere sed solum ostendere determinationem conclusiones meas non esse hereticas. Et licet ꝓ defensione conclusionis mee ista sufficiant uolo tamen & hoc dicere. ꝙ fuit etiam aliquis doctor cuius ego ut de me fatear damnatiõem in hoc articulo adhuc nusꝗ legi qui simpliciter tenuit ꝙ actus credendi non eẽt liber. hoc enim assertiue tenuit Robertus olchoth subtilissimus doctor ordinis predicatorum in suo primo sentẽtiarum. Et cum arguitur ꝙ sequeretur actum credendi uel non credendi non esse meritorium aut demeritorium dicit hanc obiectionem nullam esse & friuolam. quia non ideo aliquis actus est meritorius quia liber sed quia conformis ẽ alicui legi pollicenti premium pro eodem actu ipsi facienti uel alteri & consequenter dicit actum credendi non ideo esse meritorium quia liber. sed quia conformis ẽ legi diuine quæ pollicetur tale premium scilicet uitam eternam cuilibet credenti. posse autem deũ hanc legem immutare & statuere ꝙ quicunqꝫ cras ceciderit super lapidẽ angularẽ ex improuiso sit saluus & tunc casus ille esset meritorius uitæ eternæ quia actus nostri non ideo sunt meritorii quia liberi. sed quia a deo acceptantur ad uitam eternã qui deus ita potest acceptare actus naturales sicut actus uoluntarios. & sic uidetur acceptasse mortem innocentium ad uitam eternam in quibus nullus fuit usus liberi arbitrii. nec sic faciendo deus irrationabiliter facit quia sua uoluntas est sufficiẽs ratio eorum omnium quæ statuit uel ordinat. Vnde concludit Olchoth ꝙ si capiamus credere pro eo quod est cum assensu firmo adherere his de quorum ueritate non constat nobis nisi ex testimonio aliorum iuxta quem modum definit Augustinus in omelia super Ioannem dicens. quid est fides nisi credere quod non uides ꝙ talis actus credendi non est in libera potestate hominis. Si autem capiatur credere pro eo quod est assentiri quibuscunqꝫ reuelatis a deo & testificatis per miracula & uelle uiuere & operari secundum ea. tum quia hoc credere includit tam actum intellectus ꝗ uoluntatis concedit de eo quod est liberum. iuxta quem modum definiens Augustinus in omelia super Ioannem dicit credere in deum est credendo amare. credendo in eum ire credendo ei adherere & suis membris incorporari & de hac credulitate dictum est. credidir Abraam deo & reputatum est ei ad iusticiam. De prima autem dicitur demones credunt & contremiscunt. prima est meritoria. secũda non est meritoria. Et cum dicitur ꝙ fides non est nisi in uolẽtibus dicit Olchoth quod est intelligendum de fide formata iuxta hunc secundum modum quæ est fides operans per dilectionem non autem de fide primo modo accepta. quia per miracula uisa uult ipse posse fidelem necessitari ad credendum. quam opiniõem ego

Ex suphabũdanti hoc agit

Robertus olchoth subtilissimus doctor

In innocẽtibꝰ nullus fuit usus liberi arbitrii.

Augustinus.

Credere dupliciter capi.

Augustinus.

Robertus olchoth.

non credo esse ueram & post quesitum suum idem doctor reexaminando non nul/
las suas opiniones dicit ꝙ licet stante euidentia in ratione ꝙ aliquid non sit creden/
dum uoluntas necessitetur ad credendum. tamen quia sic necessitatus fuit sibiipsi
causa talis necessitatis. Ideo imputatur ei ad peccatum. Dicit autem fuisse sibi cau/
sam quia obmisit considerare & perscrutari diligenter & discutere illa quæ sibi fal/
sam fecerunt euidentiam quod si fecisset non sic apparuisset esse intellectui. sed ali
ter & ideo concludit ꝙ cum quis male credit aut discredit suum primum peccatū ē
negligentiæ. hæc est opinio Roberti Olchoth de libertate credendi quæ nunq̄ mihi
apparuit bona uel probabilis. Considerent autem isti patres an & istum doctorē
simul cum Durando Henrico & aliis pro heretico ab ecclesia anathematizent.

QVESTIO NONA DE ACCIDENTIBVS IN SACRAMENTO.

q VI dixerit accidens existere non posse nisi in existat eucharistiæ pote
rit sacramentū tenere etiā tenendo panis substantiam non remanere
Hanc quidem conclusionem non dixerūt isti magistri esse hereticam
uel heresim sapere. sed solum esse erroneam. cuius opinionis sue si ra/
tiones aliquas attulissent possem ego illis aut credere aut respondere.
sed ipsi nec in huius nec in aliarum conclusionum damnatione ullas adduxerūt ra
tiones quas ego uiderim. Dico autem pro declaratione conclusionis ꝙ per hanc cō/
clusionem non intendo cathegorice & absolute dicere accidens non posse esse sine
subiecto aut in sacramento de facto esse in subiecto immo cum ecclesia firmiter te/
neo ꝙ accidentia sacramentalia de facto sint sine subiecto. Sed dico ꝙ ille qui dice/
ret accidentia non posse esse sine subiecto & teneret cum Thoma distinctionem re
alem existentie panis ab essentia posset dicere non repugnare diuine omnipotētie
saluare existentiam panis sine essentia eius. sicut actum tam substātialem q̄ accidē
talem conseruat deus sine sua potentia & cōsequērer in isto esse panis subiectare ac
cidentia non manente substātia panis. ad quæ quidem accidētia habere posset cor/
pus christi presentiam realem. sicut & nunc habet ad accidentia quæ in nullo subie
ctata sunt. & quicquid sit de sacramento eucharistiæ de facto instituto a christo &
ab ecclesia credito in quo concorditer tenetur ꝙ nihil panis remanet adeo ꝙ sua re/
productio esset creatio. tamen tenendo predictam opiniōem Thome de distinctio
ne reali essentiæ ab existentia. & capiendo sacramentum eucaristiæ ampliatiue ad
id quod est uel potest esse ut capitur in conclusione mea quæ ē modalis diuisa nō
solum presens conclusio est probabilis & non erronea. immo erroneum est dicere ꝙ
non possit esse aliquod eucharistiæ sacramentum in quo accidentia essent in subie/
cto. nec scio per quam logycam uiderūt isti magistri damnari unā diuisam de pos/
sibili propter falsitatem unius de inesse ex eisdem terminis constitute. miror ꝗ ꝙ ne
sciant ꝙ est fallacia consequentis. arguendo a minus amplo ad magis amplum cū

Nota

Pro declara/tiōe cōclusionis.

Thomas

Nota.

destructione magis ampli. ac si quis diceret nullus homo est in domo ergo nullus homo potest esse in domo. Similiter enim arguunt ipsi in damnatione huius propositionis in nullo sacramento eucharistiæ quod de facto existit uel de facto est institutum a xpo accidentia sunt in subiecto igitur in nullo sacramento quod est uel potest esse aut institui a christo accidentia possunt esse sine subiecto. Ex dictis patet q̄ male conclusio presens de possibili damnata sit pro erronea ab istis patribus q debēt meminisse. Quod fuerint etiam ex catholicis doctoribus qui tenerēt de facto accidentia in sacramento altaris subiectari in existentia substantiæ remanentis. Est enim una uia theologorum ut refert Petrus de palude in. iiii. di. xii. q. iii. qui dicūt ꝙ sicut qualitas hic remanet naturaliter quia remanet suum immediatum sbm̄ qđ est quantitas. licet tollatur suum remotum quod est sbā & sic ipā qualitas non subsistit sed inheret sic etiam quantitas caret quidem suo sbō remoto quod est essentia sbē sed habet suum subiectum proprium & propinquum quod ē esse sbē quo mediante inest sbē quia id esse possibile est remanere essentia non remanente immo dicunt ipī necesse est ipsum remanere considerato modo quo desinit hic esse & quidem ꝙ hoc sit possibile dicunt patere quia licet essentia sit prior esse ex quo uideretur cum sit prius posse separari esse a posteriori quod magis potest separari & fieri essentia sine esse q̄ econtra. tamen considerando ex alia parte ꝙ essentia se habet ad esse sicut potentia ad actum. & sicut materia ad formam quia actus minus dependet a potentia q̄ econtra. sicut uidetur magis factibile esse sine essentia q̄ econtra. sed deus in incarnatione uerbi fecit essentiam humanitatis sine esse suo ut dicitur a multis doctoribus. ergo multo magis potest hic facere esse sbē panis sine essentia ut sicut est ibi assumpta essentia & manet non autem esse & non manet. ita hic conuersa potest esse essentia & non manere & non conuersum esse & manebit. Secundo ostendunt ꝙ non solum istud sit possibile sed necesse quia nihil creatum potest conuerti in increatum sed unum creatum potest conuerti in aliud quando communicant in materia & in genere aliter non sicut accidens non conuertitur in sbām nec in accidens alterius predicati secundum communem opinionem. essentia autē panis cum essentia corporis christi conuenit in materia & genere. unde una potest conuerti in aliam etiam per naturam si corpus esset mortale sed esse panis non communicat in materia nec in genere cū esse corporis Christi substantiali cū illud sit increatum diuinum quod est suppositi diuini cum in Christo non sit nisi unum esse actualis existentiæ substantialis. ergo impossibile est esse panis conuerti & necesse ē ipsum remanere. Ego sum in opinione ꝙ non sit necesse ipsum remanere. tum quia si non potest conuerti potest tamen anihilari uel potest corrumpi cedendo in potentiam materiæ. Ita ꝙ sicut humanitas potuit assumi non assumpto esse sed manente in potentia materiæ. Sic essentia potest conuerti non conuerso esse sed redacto in potentia essentiæ licet ut uerum fateamur iste redactiones facilius dicantur q̄ intelligantur. Item licet esse panis non possit conuerti in esse increatum potest tamen conuerti in essentiam creatam quia quæ communicant in materia sunt inui-

Opinio theologoꝝ quorundā quam Petrus de palude recitat.

Opinio auctoris.

tem transmutabilia dato q non communicent in materia propinqua sed solum in remota sicut elementum potest conuerti in animatum & ecõtra. esse autem panis & essentia corporis christi conueniunt in materia prima quæ est utriusq; potẽtia remota licet non conueniant in propinqua. quia materia ẽ pura potentia. essentia autem est potentia cum actu immo si illa ratio ualeret concluderet q de oĩ cibo quem christus ante passionem sumpsit sola essentia in ipsum conuersa fuerit & non esse. sed remansit uel aliter q̃ per conuersionem corruptum fuit. quia esse substantiale christi erat increatum ante resurrectionem sicut post. Item dicũt aliq q sicut aqua quæ de potentia ordinata non potest conuerti in sanguinem christi prius conuertit in uinum & postea totum in sanguinem sic esse si non potest de potentia absoluta conuerti in aliquid christi prius natura conuertitur in suam essentiam transiens in eam sicut forma quæ cedit in potentiam materiæ. & post illa essentia tota conuertitur in essentiam & sic non necesse est esse remanere. Sicut autem mihi uidetur erroneum dicere q necesse sit esse remanere ita nihil minus erroneum dicere q nõ potest remanere.

QVESTIO DECIMA DE VERBIS CONSECRATIONIS.

ILLA VERBA hoc est corpus: quæ in consecratione dicuntur materialiter tenentur & non significatiue.

i Dixerunt isti magistri q hæc conclusio est scandalosa & contra communem opiniõem sanctorum doctorum & q opinio glosatoris ĩ hoc non tenetur. Ego autem dico q sua determinatio est scandalosa & cõtra opinionem multorum doctorum & q glosatoris potius q̃ eorum opinio in hoc est tenenda & q ita sit patebit euidenter hito intellectu conclusionis. Est ergo Primo aduertendum q non intẽdo ista uerba fuisse materialiter accipienda cũ proferebantur a xp̃o sed solum quando proferuntur a sacerdote euangelico consecrante. & iõ dixi in cõclusione uerba quæ in cõsecratione dicuntur. i. quæ nunc a consecrãtibus proferuntur. Certum ẽ aũt q sacerdos in cõsecrando recitat p̃dicta uerba xp̃i ita q oratio prolata a tali sacerdote supponit pro oratiõe plata a xp̃o significatiue sumpta. & talis opinio nõ solum nõ ẽ erronea uel scãdalosa. sed potius uidetur opinio predicto sensui opposita esse cõtraria forme cõsecrationis ĩ qua sacerdos dicit illa uerba recitatiue. Recitat. n. sacerdos cõsecrans xp̃m dixisse apostolis. Accipite & mãducate. & cætera. Sacerdos aũt cõsecrans nec loqtur apostolis nec dicit eis accipite & cætera nisi recitatiue. Ipse. n. solus recipit sacramentũ neq; ẽt assistẽtibus loquẽdo dicit accipite & mãducate & cætera. Similiter cũ dicit hoc est corpus meũ id qđ recitatur a sacerdote ẽ illa oratio hoc est corpus meũ materialiter sũpta p simili oratiõe & ex similibꝫ uocibꝫ cõposita a xp̃o significatiue plata qđ ẽt patet per illa uerba quæ dicuntur ante uel post consecrationẽ sanguinis. s. q p uobis & p multis effundetur & cætera. Essent. n. falsa si significatiue sumerẽtur eo q sanguis xp̃i am

Notandum.

modo non effundetur ergo illa uerba solum recitatiue sumuntur. Quid autem recitatur nisi uox prolata ab alio pro qua supponit uox ipsius recitantis. & propterea uox ista alterius uocis recitatoria est materialiter sumenda. Item etiam si non recitatiue sed significatiue caperentur ista uerba denotaretur sanguis christi effundi p alus & non pro consecrante. Cum dicitur qui pro uobis & pro multis effundetur. Deberet enim dici potius qui pro nobis &c. que non ideo dico q credam oppositā etiam opinionem non posse defendi. sed ut pateat meam conclusionem non solum non esse catholicam sed etiam sua opposita probabiliorem. Ex quibus patet q presens cōclusio non ē scandalosa sed probabilis & opinio solemnis glosatoris de consecratione di. ii. c. timorem. in hoc non est reiicienda sed approbanda. sicut nec per ecclesiam usq; ad hec tempora unq̄ fuit reiecta.

QVESTIO. XI. DE MIRACVLIS CHRISTI.

m IRACVLA christi non ratione rei facte sed ratione modi faciendi sue diuinitatis argumentum sunt certissimum.

Quam conclusionem declarando ego dixi q quia est firma scientia theologorum q ea miracula que xp̄s fecit possent a puro homine in uirtute dei fieri. Dicit enim xp̄s Ioānis. xiiii. Amē dico uobis q credit ī me opera que ego facio ipse faciet & maiora horū faciet. Ideo etiā ab ipsismet theologis unanimiter cōcluditur q id ex quo possumus cōcludere xp̄um fuisse deum nō est ipsa res facta sed modus faciēdi quia taliter agebat qualiter agunt qui uirtute propria & nō aliūde accepta agunt quod est proprium dei independenter s. & nō aliena uirtute agere qui modus agēdi creature cōmunicari nō potest quia ergo taliter multa egit christus non orando. s. nec petendo sed precipiendo & imperando tanq̄ potestatem habens patet q ut ipse existens deus & non in dei uirtute existens homo operabatur. Hac uisa declaratione mea dixerunt conclusio potest trahi ad malum sensum quia continetur inter magicas dato q sua declaratio sit uera de quo eorum iudicio ita miror ut mirari magis non possim. Primo ipsi mihi dicant an apud aliquem recte mea uerba & ex recto usitatoq; modo loquendi interpretantem alium habere possit sensum conclusio mea preter eum quem dixi. Quid enim his uerbis clarius quid expressius. miracula christi non ratione rei facte sed ratione modi faciendi sue diuinitatis argumentum sunt certissimum. Secūdo dicant mihi an hec sit recti iudicis sententia hec conclusio licet sit uera & catholica damnanda est tamen. quia ad malum sensum trahi potest ergo & damnāda. ista christus eiiciebat demonia propter hoc q iudei eam trahebant ad malum sensum dicentes q in belzabu principe demoniorum eiiciebat demonia illa. & dānanda ista pater maior me est quia Arrius ex ea inequalitatē filii ad patrē cogitauit. et damnanda ista nō cognouit eam donec peperit primogenitum filium suum. quia Eluidius ex ea contra uirginitatē perpetuā Marie heresim est opinatus. & dānan/

da ista. illam dié neq; filius nouit quia ex ea aliqui plura scire uolunt patrē q̄ sciat filius. quid plura damnande fere omnes propositiones euangelice quia ab hereti/cis ad malum sensum trahi potuerunt. quando & propositionem meam in hisdem terminis positam in quibus a multis ponitur catholicis doctoribus. ideo damnare debemus etiam ꝙ sit uera. quia aliqui ad malū eam sensum trahere possunt. Pro/fecto si qui eam male interpretantur illorum sensus qui malus est damnandus est non meus qui sanctus atq; catholicus. Tertio dicat mihi quis est iste malus sensus quem posset facere. dicant si sciunt. certe etiam non est dicere si quis uelit aut cogi/tare ex illa propositiōe malum sensum. Si quis enim esset is esset forte ꝙ aliquis su spicaretur me uelle dicere ꝙ eadem miracula que fecit christus quantum ad rem factam per magiam possent fieri. sed hoc non licet suspicari de conclusione mea qa immediate ante ipsam ego pono aliam conclusionem ꝙ miracula christi nō potue runt fieri per uiam magie uel cabale. Alius malus sensus qui possit īueniri uel ex cogitari ego non uideo. dicant ipsi si possunt. Quarto dicant mihi que est hec con/sequentia an teneat de materia an de forma. est inter magicas ergo damnanda. ꝓ/fecto similis est forma argumentandi illa qua utebātur etiam cum a principio dā/nare conabantur conclusiones magicas. sic enim arguebant iste conclusiones sunt intricate & non intellecte a nobis ergo damnande o miram & inauditam redargu endi formam. Iam taceant qui dicunt de incognitis non posse ferri iudicium cum iam sit decretum ea maxime esse damnanda que maxime sunt incognita. Sed re/deamus ad propositum est inquiunt inter magicas ergo est damnanda. Dicāt mi/hi ipsi utrum magice cōclusiones bone sint an male. Si male adhuc male per eos ē iudicatum. christus enim innuit in parabola de zizaniis non solum non esse respu/endum triticum propter admixtas zizanias immo ad saluandum triticum innuit non esse eradicandas zizanias ante messem. Si bone cur bonam conclusionem in/ter bonas positam ipsi si boni sunt uiri ipsos damnare debuerunt.

QVESTIO. XII. AN DEVS INTELLIGAT.

MAGIS improprie dicitur de deo quod sit intelligens uel ītellectus quam de angelo quod sit anima rationalis.

Quam conclusionem ego declarando dixi ꝙ conclusio innitebatur modo loquendi Dyonisii qui sepe dicit de deo ꝙ nō est intellectus neq; intelligibile & similiter dixi mea uerba eo modo esse ac/cipienda quo accipiebantur uerba Dyonisii. Dixerunt illi ꝙ conclusio erat falsa. & ad hereticum sensum poterat transferri. & ꝙ nō satisfaciebat eis mea declaratio. de qua sua determinatione non parū miror. miror inq̄ si sunt sapientes ꝙ dicant con/

Dyonisii. clusionem esse falsam que sit non mea sed Dyonisii conclusio. Et ut clarius men/tem meam intelligant declarabo breuiter fundamentū & cōclusionis & loquutiōis

Nota. ipsius Dyonisii. Est ergo aduertendum ꝙ sicut ratio dicit noticiā discursiuam ho/

minibus propriam que quidem ratio improprie diceretur esse in deo. ita similiter dicit Dyonisius intelligere esse noticiam appropriatam angelo causatam ab angelo & intellectu angelico & ipsum informantē & in taliter immutantem & tale ītelligere dicit non esse in deo. nec sic capiendo intelligere potest trahi conclusio ad malum sensum. quia nō propterea negat Dyonisius in deo esse cognitionem omniū. Sed ista magis distat ab intellectione proprie capta modo predicto q̄ homo ab angelo. Cum autem dicitur deus intelligit capitur intelligere generaliter pro omni cognitione. & breuiter hoc sciant ꝙ per hanc conclusionē non intendo negare de deo cognitionem omnium perfectissimam sicut nec quamcūq; perfectionem simpliciter immo nec intendo negare deum intelligere capiendo intelligere cōiter. Sed nego istud intelligere quod dicit iuxta modum loquēdi Dyonisii noticiam angelo appropriatam sicut & ratio dicit noticiam homini appropriatam iuxta quod etiā īproprie dicetur esse rō in deo. at inquiunt tu dicis ꝙ magis improprie dicitur de deo ꝙ sit intellectus q̄ de angelo ꝙ sit aīa rationalis. hoc autem est falsum ꝙ de angelo nullus unq̄ diceret ꝙ esset aīa. de deo autem dicitur sepissime ꝙ ē intellectus. quare illa est magis impropria loquutio. Miror de doctrina istorum patrum & multiplici lectione sacrarum rerum qui dicunt ꝙ nūq̄ de angelo nec proprie nec īproprie dicatur ꝙ sit rationalis. Sed legant Augustinum in libro de musica in libro de uera religione. & in actis contra fortunatū. & in libro de catethizandis rudibus. Nam ī istis omnibus locis memini ego angelos ab Augustino animarum nomine nuncupatos. qui tamen nec omnia uidi nec omnium posse meminisse locorum in quibus forte legi apud sacros doctores. angelos hoc nomine uocatos. Nam etiam res est q̄ cum legitur non sit digna multa attētione. Cum autem ego dixi magis improprie dicitur de deo ꝙ sit intellectus nihil aliud intendebam nisi ꝙ noticia angelica que intellectualis noticie nomē sibi appropriat magis distat ab infinita noticia dei que omnia per essentiam cognoscit q̄ distet a noticia ratiocinatiua anime rationali uel homini appropriata. Si uero ex presenti conclusione inferatur ꝙ deus improprie dicitur intelligere sicut comparatiuus infert positiuum accipiatur consequens illatū solum in hoc sensu. deus non secundum propriam uel appropriatam acceptionem huius dictionis intelligere dicitur intellectus &c. Sed secundum cōmunem uiam minus propriam ut patuit ex modo loquendi Dyonisii. Augustinus.

QVESTIO. XIII. DE ABDITA ANIME INTELLIGENTIA.

Nima nihil actu & distincte intelligit nisi se ipsam.

Hanc declarando dixi ꝙ intelligebam de intelligere abdito cuius
a meminerat Augustinus in libro de trinitate. & henricus in quolibetis. Dixerunt isti magistri ꝙ conclusio non erat ad intellectum doctorum quos ego adducebā in responsione. ꝙ nescio qualiter dicere possint si doctores illos uiderūt. Et quia ista materia de intelligere abdito est sub- Augustinus. Henricus.

tilis & profunda nolo hic eam latius explicare. Posteaq̄ isti aliter conclusionem nō damnant sed tantum duo uolo dicere. Primo ꝙ ego non intendo uniuersaliter negare de anima & pro quocūq; statu quamcūq; distinctam cognitionem aliorum a se. concedo enim animam christi intelligere actu & distincte alia. & similiter animas beatorum per reuelationes aut species infusas. Secundo dico ꝙ intelligo de illo intelligere abdito qđ est sine fantasmate uel adminiculo sensus aut fantasie & nō adhuc de quocūq; tali. sed de intelligere abdito directo & permanenti. De quo proximam huic posui conclusionem dicentem anima semper seipsam intelligit. & se intelligendo quodammodo omnia entia intelligit. Et sic in omnibus meis conclusionibus semper occulta quedam est concatenatio quam forte ipsi nō aduertunt. Sed redeundo ad propositum dico ꝙ anima per tale intelligere abditum directum & permanens nihil actu & distincte intelligit nisi seipsam. Ex quo patet ꝙ presens cōclusio sic intellecta non fuit indistincte damnanda pro erronea. si etiam in aliquo sensu non esset uera. Sic enim multe propositiones tam philosophorum q̄ theologorum & scripture sacre damnarentur sicut ista Abachuh primo mundi sunt oculi tui ne uideas malum & ne despicias iniquitates. Et similiter ista Mathei. xxv. de fatuis uirginibus nescio uos. licet enim uisio dei aut eius scientia sit unica & simplicissima & talem uisionem aut scientiam uniuersaliter etiam de deo negare uideantur dicte propositiones respectu mali propter negationem prepositam uerbo uidēdi uel scientie. Exponūtur tamen a doctoribus specialiter de uisione uel sciētia dei approbatiua & non accipitur ut negatio in eis negat omnem modum uisionis aut scientie dei. Quia uerum est illud etiam psalmiste. Delicta mea a te nō sunt abscōdita. Si igitur multe tales ab expositoribus & doctoribus potius distinguuntur & ad uerū sensum trahuntur q̄ cōdemnentur. Nescio in quo ista demeruit ut ita simpliciter damnata sit etiam postq̄ damnatoribus modo predicto fuerat exposita & declarata. Hec ut nunc est properanti stilo mihi dictata sint scripturo alias maiore ocio & cura ut plura ita fortasse meliora. hoc ipsum qualecūq; est opus uiginti ē noctibus elucubratum. in quo edendo celeritas optanda mihi magis fuit q̄ diligentia. Oportuit enim habere amicos quod inimicis latrantibus quasi cerbero offam obiicerent. atq; ita uenienti me statim iniuste infamie morbo ocurrere. Quecunq; autem & scripsimus & scribemus in posterum cum ea semper prefatione sint dicta ut id solum ratum sanctūq; habeatur. quod & Pontifex summus & hii oēs quorū iudicium ille approbauerit ratum sanctumq; decernent. Atq; utinam iam ille aliquid de his que in dubium reuocate sunt opinionibus nostris pro sua & sapientia & auctoritate decreuisset. Non hoc mihi susceptum operis quando & que ille dānasset temerarium. & que probasset superuacaneum erat defendere. Dum igitur tanti adhuc iudicis sententia uti non possumus hec scripserimus. ne sit unde de propositis a me disputandis questionibus habeant quod sinistri possint uel dicere obtractatores. uel suspicari rudes & simplices. Potest enim accidere ut cū quis indoctior illas attigerit. legens hanc propositionem christus non ueraciter & quantum

Abachuh. Math.

ps.

Nota.

ad realem presentiam ut ponit cõmunis uia descendit ad inferos. actutum illa di/ ctione non ueraciter offensus. Credat sensum esse propositionis articulum fidei de descensu xpi nõ esse uerum. Itidem cum legerit. peccato mortali finiti temporis nõ deberi penam infinitam. In illa me dubitet heresi prestare ꝙ pena gehenne non sit eterna. & cum intellexerit me de Origenis salute bene opinari. non tam uitam. mo res. doctrinam. & penitentiam Origenis q̃ credita Origenis dogmata a me amari suspicetur. Simile est de aliis propositionibus multis quæ forte habere possint in pri mori fronte ꝙ sanctam rusticitatem id est ut pias ita indoctas aures offendant. Ea propter sicut hæc scripsimus. ideo legẽda ut nec de nobis nec de orthodoxo dogma te sancte religionis quisq̃ male cogitet ita propositiones ipsas crudas. ut sic dixerim. & inexplicitas hæc nisi prius attigerint legi nollem a nostris hominibus quando ex illis multa ut a fide catholica ita a nostra mẽte aliena possunt coniectare. presertim hebetiores & doctrinarum remotiorum rudes & insolentes. Oro igitur obsecro & obtestor amicos & inimicos. pios & impios. doctos & indoctos ꝑ uiscera ihesu chri sti domini nostri. per mirabile descensus eius ad inferos mysterium. per eternũ dã/ natorum ignem qui non extinguitur hereticis precipue. & sacrosancte Romane ec clesiæ hostibus debitum. per ueri & mistici corporis sanguinisq; sacramentum. per dei omnipotentiam. per exhibendam merito filii eius & coheredum imaginibus re uerentiam. legant sine liuore. sine inuidia quæ nunc scribimus. priora idest ipsas ꝓ positiones non enarratas. non explicitas. non legant. quando inter doctos eas pro/ posuimus disputandas non passim legendas omnibus publicauimus. Nam & ibi plurima sunt impia dogmata ueterum philosophorum Auerois & Alexãdri & alio rum q̃plurium. quæ nos & si semper professi sumus. asseruimus. predicauimus. pu blice & priuatim. non minus a uera rectaq; philosophia. q̃ a fide esse aliena. Scola sticam tamen exercitationem meditantes. de more achademiarum inter paucos & doctos secreto congressu disputanda suscepimus. Qui uero ipsum leget libellum ꝓ positionum disputandarum ut ex ipso poterit titulo admoneri dum quæ ex nostra dicuntur sententia. quæ item ex aliorum discerno nõ proponi illas a me ut meas ut ueras opiniones. sed ut creditas ab illis. ita & suspicari poterit & si aliorum dicantur dogmata & inuenta. uisa tamen mihi & hæc & illa uera & probabilia. Qui ergo me oderunt ideo illa non legant quia nostra sunt. Qui me amant ideo non legant quia ex illis quæ mea sunt cogitare plurima possent quæ non sunt nostra.

Nota.

Auerois Alexander.

CONCLVSIONES QVAS IN HOC OPERE TANQVAM CATHO licas defendo sunt infrascripte.

Prima conclusio.

Anima christi uero & reali descensu descendit ad inferos: & ita christus secundum ueram & realem anime sue presentiam in triduo fuit in inferno.

Correlarium. Opinionẽ Durandi de descensu christi ad inferos ego non probo.

KK

Secunda conclusio.

Licet ita sit. ratio tamen ueri & realis descensus & uere ac realis locationis in inferno anime christi non fuit essentia uel substantia. ut tenet communis uia Scotistarum & nominalium. quæ communiter tenetur Parisius. cui uidetur adherere sanctus Thomas in tertia parte summe. sed solum effectus uel operatio.

Tertia conclusio.

Sensus per suprascriptas conclusiones explicatas est sensus quem ego per hanc propositionem intendebam . Christus non ueraciter & quantum ad realem presentiā ut ponit Thomas & cōmunis uia descendit ad inferos. sed solum quo ad effectum

Quarta conclusio.

Questio. Vtrum predicta propositio de rigore logice & ex ui uerborum permittat illum sensum non est questio de fide.

Quinta conclusio.

Credens illam propositionem de uirtute sermonis permittere illum sensum non errat in fide.

Sexta conclusio.

Qui credit aliquid esse de fide quod non est de fide de fide non recte sentit.

Septima conclusio.

Ponens propositionem habentem duplicem sensum si illam asseruit & asserit ī sensu catholico non tenetur reuocare propositionem sed declarare.

Octaua conclusio.

Stante predicto casu & ipsa multiplicitate sensuum debemus iudicare de propositione potius secundum sensum intentum a proponente q̄ secundum sensum quem magis uerba sonant.

Nona conclusio.

Peccatum mortale est demeritorie dignum pena eterna.

Decima conclusio.

Quilibet decedens in peccato mortali etiam si in uno tantum decedat punietur in eternum.

Vndecima conclusio.

Nisi reatus peccati mortalis eternaliter perseueraret in anima peccatoris pena peccatoris non perseueraret in eternum.

Duodecima conclusio.

Sicut hæc dictio peccatum mortale quandoq; capitur pro actu peccandi omissionis uel cōmissionis. ita etiam & sepe & proprie apud catholicos doctores pro reatu accipitur.

xiii. conclusio.

Cum dicimus penam alicui deberi uel p̄mium dupliciter possumus intelligere uel illum esse demeritorie uel meritorie dignum tali pena uel premio . uel ei actualiter persolui talem penam uel tale premium.

xiiii. conclusio.

Distinctio huius dictionis deberi posita in conclusione precedenti non est erronea in fide.

xv. conclusio.

Crux christi & imagines sunt adorande eo modo quo eas adorat ecclesia.

xvi.conclusio.

Modus adorationis imaginū & crucis quem ponūt Petrus de aquila. Henricus de gandauo. Ioannes guarra. Durandus. Robertus olchoth & cōmuniter oēs Scotiste est probabilior modo quem ponit Thomas.

xvii.conclusio.

Non propterea ꝗ aliquis neget imagines esse adorandas eo modo quo ponit Thomas negat & consequenter eas esse adorandas eo modo quo ponit ecclesia.

xviii.conclusio.

Cum in deo sit plenitudo totius esse potest deus quantū est ex se omnem naturā hipostatizare.

xix.conclusio.

De hac questione utrum nature irrationali ex defectu nature sue repugnet assumptibilitas ad diuinam naturam in unitate suppositi ut credidit Henricus. an non repugnet ut tenet cōmunis uia. potest catholicus ita esse dubius ut nō habeat actū positiuum contradicendi opinioni Henrici.

xx.conclusio:

Propositio negans assensum alicuius dicti non infert de uirtute sermonis positiuū assensum dicti oppositi.

xxi.conclusio.

Tota magia quæ cōmuniter dicitur necromantia. & omnino quecunq; ars uel sciētia si modo talia artes uel scientie sunt dicēde quæ uel pactum uel communionem quoquomodo habet cum demonibus explicitum uel implicitum ex principali uel ex annexo antecedenter concomitanter aut cōsequenter aut omnino quocunq; modo id sit est res prohibita superstitiosa & merito per ecclesiam condemnata.

xxii.conclusio.

Scientia illa quæ merito dicitur esse practica naturalis philosophiæ & quæ a Guilelmo Parisiensi & a Bacone & a græcis omnibus auctoribus dicitur magia naturalis nihil continet in se quod catholice & orthodoxe fidei repugnet.

xxiii.conclusio.

Nulla est scientia extendendo nomen sciētiæ ad reuelatas & nō reuelatas quæ nos certificet de diuinitate christi alia ab euangelica doctrina & scientia christiane theologiæ.

xxiiii.conclusio.

Inter scientias non reuelatas sed quo ad omnes sui partes humanitus inuentas & acquisitas nulla est quæ nos magis adiuuet in cognoscenda diuinitate christi q̄ illa per quam cognoscimus quid uirtute agentium naturalium tam sublunarium q̄ celestium fieri possit ut comprehendamus deinde ex operibus christi fuisse eum uere nature dominum & auctorem qui ea fecit uirtute propria quæ omnis naturalis potentiæ & celestis & terrene terminos excedunt.

xxv.conclusio.

Non obligatur fidelis ad utendum semper & in omni sua loquutione hoc termino scientia ut est communis ad scientias reuelatas & non reuelatas.

xxvi. conclusio.

Inter multas partes scientie cabalistice una est quæ est de uirtutibus corporum celestium. xxvii. conclusio.

Hereses Origeni attribute impie sunt & detestande & merito per ecclesiam condēnate. xxviii. conclusio.

Cum ita sit ꝙ uel Origenes illas opiniones nunquā credidit sed ei ab hereticis falso fuerunt attribute ut uolunt Ruffinus Pamphilus Methodius Didimus & Aymon uel si eas credidit aliquando de eis in fine penituit. ut uult Hieronimus de salute animæ eius rationabiliter est bene credendum & oppositum credere non tenemur de necessitate salutis.

xxviiii. conclusio.

Actus credendi est actus liber.

xxx. conclusio.

Actus credendi non sic est in potestate hominis ꝙ proposita propositione mere dubia per merum & solum imperium uoluntatis potest intellectus adherere uni parti potius q̄ alteri. xxxi. conclusio.

Qui credit hanc propositionem non est in libera potestate uoluntatis. credere articulum fidei esse uerum quando sibi placet & credere eum esse falsum quando sibi placet permittere sensum explicitum per precedentem conclusionem non errat in fide. xxxii. conclusio.

Accidentia in sacramento altaris in nullo sunt subiecto.

xxxiii. conclusio.

Possibile est de potentia dei absoluta existentiam panis remanere sine essentia & in illa subiectari accidentia panis & hoc supposita dictiōe reali inter essentiam & existentiam. xxxiiii. conclusio.

Qui credit istam propositionem. qui dixerit accidens existere non posse nisi inexistat eucharistie poterit sacramentum tenere etiam tenendo panis substantiam non remanere posse uerificari per id quod est dictum in precedenti conclusione non errat in fide. xxxv. conclusio.

Paneitas non remanet in sacramēto eucharistiæ suppositata a christo deo homine. sed per conuersionem transit in essentiam corporis christi.

xxxvi. conclusio.

Si teneatur cum cōmuni uia ꝙ deus possit suppositare quālibet naturam possibile est ꝙ xp̄s assumit paneitatem in unitate diuini suppositi & possibile est ꝙ p talē suppositationem christus sit presens in altari ubi est panis & ita ꝙ sine conuersione aut anihilatione paneitatis christus sit in altari secūdum possibilem ueritatem sacramenti eucharistie non quidem instituti a christo sed possibilis institui.

xxxvii. conclusio.

Qui credit istam propositionem uidelicet. si teneatur cōmunis uia de possibilitate suppositationis a deo respectu cuiuscunq; creature. dico ꝙ sine conuersione substan

tiæ panis in corpus christi uel paneitatis anihilatione fieri potest ut in altari sit corpus christi secundum ueritatem sacramenti quod sit dictum loquendo de possibili non de sic esse permittere sensum explicatum in precedente conclusione non errat in fide. xxxviii. conclusio.

Ista uerba hoc ẽ corpus meũ & cætera. Cum a christo prolata sunt significatiue tenebanẽ nõ materialiter. xxxix. conclusio.

Ista eadẽ uerba cũ ab euãgelico sacerdote cõsecrãte pferunẽ materialiter. i. recitatiue tenẽẽ nõ significatiue. xl. conclusio.

Miracula christi quantũ ad rem factã sunt argumentũ ꝙ fuerũt facta in uirtute diuina. xli. conclusio.

Miracula christi quãtũ ad modũ faciendi sunt argumentũ ꝙ ipse christus faciẽs uirtutem diuinam a se habebat non aliunde.

xlii. conclusio.

Deus perfectissimo modo cognitionis cognoscit & se & omnia alia a se.

xliii. conclusio.

In deo est omnis perfectio simpliciter.

xliiii. conclusio.

Si utamur hoc nomine intellectualis secundum modum Dionysii ut dicit noticiã apropriatam naturæ angelicæ sicut rationale dicit noticiã appropriatã naturæ humanæ tunc improprie dicimus ꝙ deus sit intellectualis aut ꝙ intelligat.

xlv. conclusio.

Anima per illud intelligere abditum quod est directum & permanens sine adminiculo sensus aut fantasie se ipsam tantum actu & distincte intelligit.

xlvi. conclusio.

Anima p multiplices & uarios alios actus suos uaria & multiplicia alia a se ĩtelligit

.·. FINIS. ·.

Breue Alexandri vi. pont. Maximi Ad Io. Picũ Mirandulã Concordiæ Comitẽ.

Dilecto filio nobili uiro Ioanni pico Comiti Mirandulæ.

ALEXANDER PAPA VI.

DILECTE Filii salutem & apostolicam benedictionẽ oĩum catholicorũ quieti & famæ eorũ p̃sertim quos generis nobilitas litterarũ disciplina uitæ fideiq; orthodoxæ integritas cõmẽdat q̃tum cũ deo licet cõsulimus. Dudũ siqdẽ cũ primũ ad fe. re. Innocẽtiũ papã octauũ p̃decessorem nostrũ & Romanã curiã te cõtulisses: & nongẽtas ĩ theologia & aliis facultatibus cõclusiões ex p̃missione p̃fati predecessoris publice: ut moris ẽ: disputandas affixisses: quas sub apostolicæ sedis correctiõe te sustẽtare offerebas: Et dictus p̃decessor ĩter illas aliq̃s fidei & religiõi nostræ cõtrarias erroneas: scãdalosas: & male sonantes: ac de nõ sana doctrina suspectas ab aliqbus ĩtellexisset: tũc ĩtegritati fidei cõsulere uolẽs: ne fideliũ mẽtes & p̃sertĩ simpliciũ q ad huiusmodi publicas disputatiões cõfluerẽ solẽt corrũperẽt: Nõnullis uenerabilibꝫ frĩbꝫ: tũc suis: nũc nr̃is epis: & aliis sacræ theologiæ ac utriusq; iuris p̄fessoribꝫ p eũ noĩatis p litteras suas ĩ forma breuis cõmisit & mãdauit ut cõtẽta ĩ dictis conclusiõibus examinarẽt: an alique ex illis ex ui uerborũ a fide catholica dissonarent: aut heresim saperẽt: seu dubie & ancipites ad erroneũ sensũ trahi possẽt: & ipsi p̃decessori referrẽt sicuti plenius ĩ dicto breui cõtinetur: ut hĩta fideli relatiõe eorũ oportune p̄uideret. Qui qdẽ epi & p̄fessoris eidem p̃decessori retulerũt quasdã sibi uideri cõclusiões suspectas: & ut asserebãt heresim sapientes: Quas tamẽ cõclusiões gratia tãtũ scholasticæ disputatiõis ac sub apostolicæ sedis correctiõe disputandas publicaueras: & tales demũ eas te habiturũ p̄fessus es: q̃les p eundẽ p̃decessorẽ nostrũ iudicarẽtur: iureiurãdo p̄mittẽs cuicũq; declarationi quã ipm p̃decessorẽ sup hoc facere cõtigeret assensurũ: Deinde uero p dictũ p̃decessorẽ accepto te quẽdã aliũ librũ apologeticũ edidisse ĩ quo easdẽ cõclusiões ĩ meliorẽ & catholicũ sensũ declarãs ĩterp̃tabaris: & circa eas intellectũ sinceræ fidei explicabas. Idẽ p̃decessor ne p̃missæ p̄positiões corda fideliũ quoquomõ corrũperẽt ĩterdixit lectionẽ libelli p̃dictarũ noningentarũ cõclusionũ te tamẽ nullã obp̃missa ĩcurrisse extimatiõis notã declarauit: ut ĩ eisdẽ litteris quarũ tenorẽ hic p exp̃sso haberi uolumus latius cõtinetur: Verũ eidẽ p̃decessori postea aliqbus suggerẽtibus p̃textu dicti apologetici te p̃misso iuramẽto tuo cõtrauenisse: te ĩ galliis agẽtẽ ad curiã citari mandauit: cuius mãdatis reuerẽter acceptis ad Romanã curiã regressurus iter aripuisti: Cũq; ĩ Italiã p̄uenisses ex beneplacito ipsius p̃decessoris ĩ p̄tibus florẽtiæ substitisti. Interĩ uero p̃missis ad nostrã noticiã deductis inq̃sitaq; p nos totius negotii ueritate: Compertoq; & p̃sertĩ referẽtibꝫ Veñ. frẽ nr̃o Geor. epo albanen. & Vlixbonen. ac dilectis filiis Io. baptista de ursinis tituli sctõrũ. Io. & Pauli p̄sbytero: & Frãcisco sctĩ Eustachii diacono. S. Ro. ec. cardinalibus. Quibus sp̃aliter cõmiseramus ut adhibito secũ dilecto filio Paulo genuẽ. theologiæ ac ordinis sctĩ Dominici p̄fessore: & sacri palatii apostolici magistro se accurate ĩformarẽt & nobis referrẽt: Nihil aliud postea cõtra te actũ p̄cessum seu attẽtatũ fuisse: Qđq; ĩ eodẽ apologetico: qđ ĩ orthodoxã fidem a cuiusuis suspitionis nota mentem tuã apud oẽs releuandam scripseras

iuditium & determinationem ipsius predecessoris ac sedis apostolice cui te humiliter submisisti continue expectare affirmabas: & ī premissa promissiōe & iuramento tuo perstiteris pro ut etiam persistere intendis & denuo etiam promittis ideo nos bonam & integram mentem & sinceritatem fidei ac in nos & sedem apostolicā devotionem & obedientiam tuam paterno affectu cōplectentes ac te quem etiam diuina largitas uariis uirtutibus illustrauit pro potiori cautella tua ab omni reatu periurii siquem etiam forsan indirecte dicto iuramento tuo cuius formam hic haberi uolumus pro expresso aliquo modo contraueniendo incurrisses absoluentes & absolutum fore censentes causam commissionis huiusmodi aduersus te: & illius statum induidualem pro expresso etiam habentes & quantus pendeat coram quibuscunq; iudicibus etiam sancte Romane ecclesie cardinalibus ad nos aduocātes: motu proprio & ex certa scientia extinguimus teq; in eodem iuramento tuo persistentem iuxta formam litterarum ipsius predecessoris nullam omnino propter premissa incurrisse extimationis notam & propter editionem declarationum & apologetici huiusmodi aut alias nullam heresis speciem uel suspitionem aut notam sinistram incurrisse seu in crimen ueri uel ficti relapsi incidisse aut penas uel censuras in iure: uel alias: contra hereticos uel de heresi suspectos contentas siue latas quomodolibet incurrisse: similibus motu & scientia auctoritate prefata per presentes decernimus & declaramus inhibentes districtiusq; in uim sanctæ obedientiæ mandantes ordinariis locorum & commissariis ac officialibus quibuscunq; etiam hereticæ prauitatis inquisitoribus ne te præmissorum occasione quomodolibet molestare: seu inquirere presumant decernentes irritum & inane si secus super his a quoq̄ quauis auctoritate sciēter uel ignorāter cōtigerit attentari: p̄missis necnon cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis cæterisq; incontrarium facientibus non obstantibus quibuscunq;: De quibus etiam hic expresse facienda esset mentio spālis. Datum Romæ apud sanctū Petrum sub annulo piscatoris die. xviii. Iunii. Mcccclxxxxiii. pont. nostri anno primo.

.L. podocatharus.

IOANNES PICVS MIRANDVLA .DE ENTE ET VNO AD ANGE/
LVM POLITIANVM.

PROHEMIVM.

n ARRABAS mihi ſuperioribus diebus: Que tecum de ente & uno Laurenitus Medices egerat: Cum aduerſus Ariſtotelem cuius tu ethica hoc anno publice enarras Platonicorum inni/xus rationibus diſputaret: efficaci adeo uir ingenio & multi/formi: ut uideatur factus ad omnia: In quo illud precipue ad/miror: ꝙ cum ſit ſemper in re.pu.occupatiſſimus litterarium ſemper aliquid aut loquitur aut meditatur. & quoniam qui Ariſtotelem diſſentire a Platone exiſtimant a me ipſi diſſentiunt: qui concordem utriuſq; facio philoſophiam. Rogabas quomodo & defenderetur in ea re Ariſtote les & Platoni Magiſtro conſentiret. Dixi que tunc mihi in mentem uenerunt con firmans potius quæ tu Laurentio inter diſputandum reſponderas: q̄ nouum. ali/quid afferens: Sed non tibi hoc ſatis: efflagitas.n. ut q̄q̄ de his fuſius in ipſa quā adhuc parturio Platonis Ariſtotelisq; concordia ſim ſcripturus: breui tamen ad te commnetariolo perſtringam ea quæ tunc tibi coram de hac queſtione ſum locu/tus. Cum forte & dominicus beniuenius adeſſet utriq; noſtrum pro ſua & doctri na & integritate cariſſimus. Ego uero negare tibi quid poſſum? in re preſertim lit teraria: ſocio pene dixerim indiuiduo? Liceat aūt mihi per te lingue politioris uin dicem uerbis uti quibuſdam nondum fortaſſe latii iure donatis. Que tamen ip/ſa rerum nouitas & quedam prope neceſſitas expreſſit nec elegantioris ſtili leno/cinium quæras: ut.n. Mallius inquit. Ornari res ipſa negat contenta doceri. Fue runt igitur hec ſi recte memini: de quibus ſermonem habebamus.

Concordia Ariſtotelis et Platonis.
Dominicus beniuenius.
Mallius.

Caput primum in quo platonicorum rationes narrat: Quibus uolunt aſtruere unum eſſe ente ſuperius.

a Riſtoteles mulris in locis reſpondere hec ſibi inuicem & æquali eſſe am/bitu dicit. unum.ſ.& ens. uerum item & bonum ſed de his poſtea. Reſi/ſtit achademia cui placet unum eſſe prius ente prius autem cum dicunt & ſimplicius intelligi uolunt & cōmunius. Quare & deum (cuius. ſum ma ſimplicitas) eſſe quidem unum dicunt non tamen eſſe ens. Intra terminos itē unius concludi primam omnium materiam rudem.ſ. illam & informem. Que ta men extra ut uolunt entis limites eſt. Tum illud afferunt non idem eſſe quod uni opponatur & quod enti. opponi autem enti quidem nihil uni autem multitudi/nem eadem igitur lege qua & oppoſita cenſeri duo illa. Ens & unum: ut non con uerti: nec reſpondere inuicem exiſtimentur.

Quid ariſto teles ſentiat.
Quid plato nici cōtra ſē tiāt.
Prīa rō pla/tonicorū ad/uerſus ariſto telem.
Secunda rō.
Tertia ratio.

Caput secundum in quo querit ubi plato de ente & uno sit locutus. ostenditq; illius uerba fauere potius sententie dicenti unum & ens equalia q̃ his qui uolunt unum esse ente superius.

Quid de parmenide platonis sentiendum.

h Is illi rationibus innituntur: quas priusq̃ dissoluamus nõ ab re fuerit qd de hac questione a Platone expressum inueniatur in medium attulisse de ente & uno duobus locis inuenio Platonem disputantem in parmenide. s. et sophiste: contendunt achademici utrobiq; a Platone unum supra ens poni. Ego uero hoc de parmẽide primum dixero neq; toto illo dialogo qc q̃ asseuerari: nec si maxime asseueretur quicq̃ tamen ad liquidum inueniri unde Platoni dogma istius modi ascribamus certe liber inter dogmaticos non est cẽsendus quippe qui totus nihil aliud est q̃ dialetica quedam excrcitatio cui nostre sententie tantum ab est ut ipsa dialogi uerba refragentur: ut nulle extent magis & arbitrarie & uiolente enarrationes: q̃ que ab his allate sunt qui alio sensu interpretari parmenidem platonis uoluerunt/sed ommittamus omnes interpretes. Ipsam inspiciamus dialogi seriem quid ordiatur quo tendat: quid promittat quid exequatur. Porro ita se habet. cum ab ea disputatione unum ne sint omnia an sint multa que sunt: Socrates ad ideas diuertisset multaq; super his a parmenide sciscitaretur Respondet parmenides placere sibi impetum illum: propensionemq; animi ad res altissimas definiendas: ceterum collige inquit te ipsum diligentiusq; te dum iuuenis es in ea facultate exerce: que inutilis multis uidetur. unde ab illis nugacitas siue garrulitas nuncupata alioquin ueritas te fugiet. Cõfessum autem apud omnes quod & sequentia manifestãt. per hec uerba ab illo dialeticam significari. post que cum ita parmeniden Socrates interroget quis exercitatiõis huius modus ẽ parmenides: respõdet ille primo eum esse quẽ a zenone audierat tũ particularius de hac re docens admonet ut perspicaci solercia circũspiciat nõ solũ qd cõsequatur si res aliqua sit: sed & quid consequatur si nõ sit: tum uideat: qd cõsequatur rẽ illã quã esse aut nõ esse ponimus ut se respicit ut alia: quid itẽ alia ut se ut illã respiciũt & cum plura ille in hãc sentẽtiã. tum socrates ita. Arduũ opus affers nec te omnino ĩtelligo. Sed cur ipse aliqd nõ ponis atq; isto quẽ probas modo p tractas: quo mihi dilucidior huius rei fiat ĩtellectus respõdet parmenides hoc sibi seni esse, laboriosum. deniq; zeno faciẽdũ hoc dicit esse parmenidi quãdo ĩ paucorũ cõuentu ẽ alioquin parꝝ decore ait huiusmodi quedã ĩ celibritate multoꝝ tractari a sene qm̃ quotusq sq; nouerit tractatiõnẽ huiusmodi & euagatiõnẽ ad ueritatẽ adipiscẽdã eẽ necessariã faciũt uel hec uerba zenonis plenã fidẽ eius qđ diximus. qđ. n. parmenides tractaturus ẽ. Tale ẽ si credimus zenoni ut nõ sit palã ĩ multoꝝ cõsessu a sene tractãdũ at si ut illi uolũt de diuinis ordinibus de primo reꝝ oĩum principio agit q̃ tractatio seni cõgruẽtior aut erubescẽda minus: sed citra oẽm ẽ cõtrouersiam: nisi nos ipsos uelimus fallere. Id circa quod uersaturus erat parmenides dialeticũ esse negocium neque aliud ab eo. Socrates postulauerat. Id autem iuuenilis potius q̃

Vtilitas logice.

senilis officii zeno iudicauerat. Quibus etiã testimoniis si nõ credimus ipsum per curramus dialogum. Videbimusq; nusquam aliquid affirmari. Sed ubiq; solum queri hoc si sit: Quid consequetur. Quid item si non sit. Occasionem autem suæ sententiæ de ente & uno hinc achademici aucupati sunt. q prima positione hoc se problemate exercet ut uideat si omnia sint unum q̃dnam consequatur respõdetq; futurum ut illud unũ quod esse ponimus sit imptibile sit infinitum nusquam sit & cũ id genus multa enumeret affert & hoc inter alia. Futurum. s. ut illud unum nõ sit ens. Attende autem etiam si hæc dialetica non sit exercitatio. Sed de ente unoq; dogma tradatur: quantum hæc differant: asserere. s. unũ super ens esse & hoc asserere futurum ut si omnia sint unum: illud unum ens nõ sit & de parmenide satis. Enim uero in sophiste in hanc sententiam potius loquitur esse unum & ens equalia q̃ esse unum ente superius. Hoc. n. ubi explicet non inuenio. Illud multifariam significat ut per hæc uerba. Nam ita considerans confiteris necessarium eẽ eũ qui aliquid dicit unum aliquid dicere & mox eum uero qui non aliquid dicit necesse est: neq; unum quid. i. nihil dicere. Hæc ille. Equalia ergo apud eum immo eadẽ sunt non unũ & nihil: equalia item unum & aliquid. Post hæc item probat dici nõ posse. nõ ens esse unum. Atq; ita colligit. Ens uero nõ enti nõ accidit: ergo unũ nõ accidit non enti loquitur autem de uno quod supra dixerat equale esse ei quod est aliquid uidetur igitur pro confesso habere unum esse ens. Sed esto demus Platonem hoc affirmasse: quod certe nusquam affirmauit. Age examinemus in quem sensum dici uere poterit: ipsius primum aristotelice sententie in hunc modũ fundaměta iacientes.

Quod ĩ sophiste dicat d̃ ente & uno

Caput tertium ĩ quo declarat quo modo accipiatur ens ab Aristotile cũ ipsum uni equale atq; omnia ambiens facit.

Ens accipi posse duplicẽ in modum

d Ictio hæc. ens. de qua ambigitur uni ne equalis sit. duplicẽ accipi in modum põt. Primus est ut cũ ens dicimus: oẽ id intelligamus qđ est extra nihil. Quo mõ usus est Aristoteles cũ uni ens equale fecit. Nec dictionẽ absq; ratione sic usurpauit: nã ut uere dr̃: sentire q̃dẽ ut pauci loqui aũt ut plures debemus. Sentimus. n. & opinamur nobis: loq̃mur aliis. i. multitudini atq; iõ loquimur ut ĩtelligamur. Vulgus aũt et quicũq; emedio ita ens accipiũt ut oẽ id dicatur ens cui nõ deest eẽ; & qđ dici nihil uere nõ põt. Sed & qui habiti sapientissimi apđ hos ipsos q contra sentiũt dictione hac ita usos inuenimus. Parmenides. n. pithagoreus cũ dixit unũ eẽ id qđ ẽ: Deũ ĩtellexit. Si simplicio credimus aliisq; p multis q tueri parmenidẽ uolunt aduersus eos: q illũ calumniãtur. Qua si oĩa dixerit esse unũ. una. n. uoce respondent nunq̃ creditũ a Parmenide nõ esse in rebus diuisionẽ: multitudinẽ pluralitatẽ: Quã ipse alibi ĩ suis poematis aperte cõfitetur: sed cũ dixit unũ est qđ est: iudicatũ ab eo illud cui uere entis appellatio cõgruit; & qđ uere est eẽ unũ tm̃: qđ unũ deus ẽ. Quare si Parmenidi credimus eiusq; defensoribus ẽt platonicis unũ supra ens eẽ non põt nisi sit supra deũ: tãtũq; abest ut deũ eẽ ens neget Parmenides; ut soli deo uerã entis appellationẽ concedat

Probat dictionẽ sic recte accipi quo modo accep aristoteles

Testimoniũ primum.

Secundum Simplicium parmenidẽ defendere

Solutio priẽ rõnis platõicorum.

Atq; ita prime rõnis Platonicorum solutio nobis obiter occurrit. Sed & Dyonisius Areopagita. Quẽ q cõtra nos disputãt fautorem sue sñie faciũt nõ negabit uere a deo apud Mosen dici ego sum q sum. qđ grece ita legimus εγω ειμι ο ων .i. ego sum ens. Quin ipsimet cũ dicãt nihil siue nõ ens opponi enti sicut multitudo opponitur uni. Cõcedẽt necessario illud qđ nõ ẽ ens esse nihil siue nõ ens. Sicut qđ nõ est unũ est multũ siue multitudo: qre si eãdẽ seruãt legẽ locutiõis fateãtur oportet deũ aut nihil esse qđ aures ipse formidãt aut eẽ ens. Hoc mõ ens cũ accipit illud primũ axioma & uniuersale ꝓloquiũ statuimus de re qualibet necessario dici aut esse eã aut nõ eẽ de nulla aũt utrũq; simul aut dici aut cogitari posse. Cũ ergo extra oĩa nihil sit ꝑter ipm nihil. si hoc mõ acceptũ ens solũ nihil a se excludit. oĩa ambiat ꝓculdubio necesse est. Quare plura eo ambire unũ nõ põt nisi ipm ambiat nihil qđ Plato negat ĩ sophiste. Cũ dicit nõ ens siue nihil unũ dici nõ posse si neq; ambit pauciora ut ipsi uolunt equalia ergo & ens & unum.

Dyonisius.

Quartum.

Quintum.

Probat sic accepta dictõe necessario ens uni eẽ eq̃le ẽt secundũ platonem.

Caput quartũ in quo declarat quo mõ ente dici aliquid superius possit.

Explicauimus alterũ ex his modis qbus accipi ens posse dicebamus: quo q utuntur: quẽadmodũ recte uti possunt uerissime affirmãt nihil esse ente cõius. Restat alterũ explicemus iuxta quẽ erit manifestũ posse nihilominus. et uere dici esse aliqđ qđ supra entis eminẽtiã collocetur. Nominũ alia cõcreta alia abstracta. Cõcreta calidũ lucẽs cãdidũ hõ. Abstracta calor lux cãdor humanitas. Est aũt hec uis illorum et diuersitas: ut qđ abstractũ dr̃: Id nocet qđ a se tale est nõ ab alio. Cõcretũ ex aduerso id significet qđ nõ a se. Sed alterius beneficio tale ẽ. Sic lucẽs luce lucet. Cãdidũ cãdore cãdidũ ẽ. & hõ hũanitate ẽ hõ. Qm̃ uero nihil se ipm ꝑticipat: neq; eadẽ cõditio eidẽ rei & a se & alterius ꝑticipatõe ĩesse põt. Seqtur ut qđ abstractũ dr̃ a cõcreto denominari nõ possit q̃re nõ congrue dr̃ cãdor cãdidus ẽ. nigredo nigra ẽ ĩmo ridiculus erit q talia enũtiet. nõ qa candor niger sit: aut calor frigidus: sed qa tm̃ & ille a nigredine: & hic abest a frigiditate: ut quecũq; cãdida sint illo candida sint: & quecũq; calent huius participatiõe caleant. Quedã ergo negamus rei cuipiã inesse aut quia ille non habet: ut cũ dicimus nigrũ nõ eẽ albũ aut quia excellentiori nota: & perfectiori ratione habet: quã nos habere eam ex tali locutione significamus: ut cum negamus albedinem eẽ albam non quia nigra sit sed qm̃ nõ solũ ideo non est nigra quia est alba: quod idem est dictu: qa habet albedinem. Sed quia ipsa albedo est. Veniamus ad nostra ens concreti noĩs faciẽ habet. Idẽ.n. dictu ens & id qđ est. Cuius abstractũ ur̃ hec dictio: esse: ut ens dicatur qđ ipsum esse participat. Sicut lucẽs dicitur qđ lucẽ participat & uidens cui inest ipsum uidere. Ad hãc ergo exactã entis significãtiam si respiciamus illud esse negabimus ens: nõ solũ qđ nõ est: & qđ est nihil. sed illud qđ a deo est ut sit ipsum esse qđ a se & ex se est: & cuius participatiõe oĩa sunt: sicut nõ id solum negabimus esse calidum quod est expers caloris: sed ꝙ ipse calor est. Tale aũt

Nomina. concreta abstracta Diuersitas inter ea.

Bifariã negari quedã cuipiã inesse.

Quõ deus dicitur nõ esse ens sed super ens.

est deus qui est totius esse plenitudo: qui solus a se est & a quo solo nullo intercedē te medio ad esse oīa processerunt. Hac igitur ratione uere dicemus deū nō eē ens sed super ens & ente aliquid esse superius hoc ē deum ipsum: cui qm̄ unius datur appellatio cōsequēs inde ut unū supra ens esse fateamur. Vocamus aūt tūc deū unum: non tam enuntiantes quid sit q̄ quomō sit oīa quæ est. & quomō ab ipso alia sint. Vnū. n. inquit Dyonisius dicitur deus qa unice ē oīa. Rursus unū dicitur qa ita principiū oīum est quæ sunt sicut oīum numeroꝝ principiū unitas ē. Quapp si ut uolunt Academici Plato in prima positione parmenidis affirmat unū esse ente superius nō erit illud unū aliud q̄ deus: qđ & ipsi fatentur cōi consensu asseuerantes de primo rerū omniū principio ibi a Platone tractari. At dicet quispiam hac saltē expte discors erit Aristoteles a pla. Qđ Aristoteles nūq̄ ita ens accipit ut sit sub uno deū q; nō cōprehēdat qđ Plato facit. Hoc q dicūt Aristotelē nō legerūt facit. n. & ipse hoc: & longe clarius q̄ Plato. Nā sexto prime philosophie libro ait diuidi ens in ens p se & ens p accidēs. Cū ens per se in. x. genera dubiū nullū apud bonos interpretes sub hoc ente deū nō cōtineri: qui neque est ens p accidēs: neque sub ullo. x. generū cōtinetur in quæ diuiditur ens p se. Vulgata itē ap̄ pipateticos ē illa diuisio qua dr̄ ens diuidi ī substātiā & accidēs qđ cū sit ita accipimus ens ut deus supra ens sit: & nō sit sub ente queādmodū docet Thomas primo libro cōm̄tarioꝝ in theologicas snīas. Adūciā & hoc iniuria gloriari quosdā Platonicos: quasi mysteriū habeāt Aristoteli ignotū cū dicūt duas eē ꝓprias dei appellatiōes unū s. & bonū atque ita bonū & unū ante ens esse. Sicut. n. ostēdimus nō latere pipateticos quomō supra ens deus intelligi possit. possumus & hoc ostēdere duo in primis hec noīa boni. s. & unius deo Aristotelem dedisse. nā. xii. libro prime philosophie post q̄ de toto ente separatisque mentibus disputauit. Querit postremo (quasi post oīa ad dei solius ꝓprietates īuestigādas couersus an) p̄ter bonū qđ quasi in exercitu ī entiū uniuersitate ē. sit bonū aliqd sepatū quasi induce huius exercitus idque eē determinat q; bonū deus ē. de quo cōsequēter eodē capite unitatē ꝓbat in eius testimoniū post ualidas rationes illud etiam citans Homeri εισ. κοιρανοσ εστω. εισ βασιλευσ. Vbi ergo falsus? ubi discors a Platone ē Aristoteles ubi prophanus? ubi de deo minus q̄ deceat honorifice sentiens?

Quare deus dicitur unū.

Quomō potuit a platōe dici unū esse ente superius si tam̄ hoc dixit.

Ita etiam ab aristotele q̄n doq; accipiēs ut deus ñ ens sed super ens dicendus sit.

Duas has maxīe appellatōnes unū. s. & bonū deo dare aristotelē.

Caput qntū ī quo declarat q̄ rōne multa deo ad scribāt pipatetici q̄ de eo negāt platonici docetque quonā pacto p q̄tuor gradus ad caliginē ascendamus quam deus in habitat.

Soluamus nūc rōnes Platonicoꝝ qbus nō eo mō cui & nos cōcordamus: sed absolute aduersus Aristotelē unū cōtēdūt eē ente superius & q̄q̄ satis ex superioribus soluta sit pria rō: q̄ dicebat deus unū nō tamē ens. fuerit tam̄ ope p̄tiū digredi latius ut ostēdamus cur nō solū a diuersis ut pote platonicis & peripateticis sed ab eodē sepe auctore multa de deo: & uere affirmētur & uere negentur. Deus oīa ē & eminētissime atque pfectissime ē oīa. Qđ nō erit nisi ita ī

Soluēdā iterū esse achademicoꝝ primā rōnem.

se claudat oīum perfectiōes ut qcqd ad īpfectionē spectat ī rebus a se reiciat. possumus aūt qcqd iperfecti rōnem habet ī his que sunt duplici capite desinire. Alterū ē cū qd ī re est qđ ī genere illius rei minus pfectū ē. Alterū cū pfectū suo quidē in genere ē: sed ideo nō simpliciter pfectū. qm̄ unius tm̄ generis pfectionē habet: & multa sunt extra ipm̄ genera suis pfectiōibus honestata q̄ ī illo īcludūtur. Exēplū primi cognitio sensualis nō ideo solū impfcā est: qa cognitio tm̄ ē. & nō est appetitio: sed quia & imperfecta cognitio est. Tum qa organo eget bruto & corporali: tum quia extrema solum attingit rerum ad intima. i. ad substantiam nō peruadit. Cognitio item humana: que rōnalis dī imperfecta cognitio est: quia uaga incerta mobilis laboriosa adde intellectualem cognitionē mentiū diuinarū: quas theologi uocant angelos & ipsa etiam imperfecta cognitio est. Vel ob id saltem qđ extra se querit quod intra se. s. plene non possidet hoc est ueritatis lucem qua eget & qua perficitur. accipe uitam: Vita ea que est in plantis īmo que in omni corpore est. Non ideo solum imperfecta quia uita est tantum & non cognitio sed qa nō pura uita potius autem uiuificatio quedam ab anima in corpus deriuata semper fluens semper admixta morti. Magis deniq; mors uocanda q̄ uita. Incipimus. n. si forte nescis. tunc mori cum primum incipimus uiuere & mors cum uita protenditur tuncq; primum desiuimus mori. cum a corpore mortis huius per carnis mortem absoluimur: sed nec perfecta uita est angelorū quā nisi peniter uiuificus radius diuinæ lucis foueret in nihilū tota dilaberetur eadē rō in ceteris: cū ergo deū cognoscentē deū uiuentē facis: illud primū attende ut uita & cognitio quæ illi ascribitur. His omnibus detrimentis libera intelligatur. Sed non hoc satis. Restat enim altera imperfectio cuius exemplum hoc. Concipe uitam perfectissimam quæ. s. tota sit uita & pura uita nihil habens mortale nihil mortis admixtū. quæ nullo egeat extra se per quod duret stabilis & permaneat. Concipe item cognitionem qua & omnia & simul perfectissime cognoscantur. Adiice & hoc cognoscétē. s. in se omnia hæc cognoscere: ut non extra se quærat ueritatem. quam cognoscat: sed ipse ipsa sit ueritas adhuc horū utrūq; q̄q̄ suo in genere perfectissimum & tale ut extra deum esse non possit. Sic tamen acceptum & ab inuicem distinctum deo indignū est. deus. n. omnimoda & infinita pfectio est sed non ideo tm̄ omnimoda et īfinita qa oēs pticulares pfectiōes atq; īfinitas tales se ī cōprehédat. Tūc. n. neq; ipse eēt simplicissimus: neque infinita essent: que in eo sunt: sed esset infinitum unum ex multis īfinitis numero finitis aūt perfectiōe. collectū: qđ aut dicere aut cogitare đ deo prophanū est. At uero si uita que perfectissima quidē uita est. Sed uita est tm̄ & non est cognitio. Itemque si appetitio siue uoluntas que perfectissima quidem uoluntas sed uoluntas tantum & non uita neque cognitio est. Similiaque alia in deo collocentur manifeste futurum est ut diuina uita finite sit perfectionis: qm̄ eā habet perfectionem que uitæ est non habet eam quæ cognitionis quæ appetentiæ tollamus ergo a uita non id solū qđ eā īperfectā uitā facit: sed qđ facit eā uitā tm̄ & a cognitione similiter aliisque nominibus qbus deum appellamus tunc que qđ

Imperfectio in rebus duplex.

Exēplū eius qđ nō ē suo ī genere pfcm̄

Quomō sensus cognitio īperfecta cognitio est.

Quomō cognitio hūana imperfecta.

Qūo cognitio angelica īperfecta.

Vita q̄ in omni corpore est qūo impfcā.

Quādo incipiamus mori quādo uiuer̄

Exēplū eius qđ nō ē simplex perfectū q̄q̄ suo in genere sit perfectum.

ex oibus remanebit necessario tale erit quale deum intelligi uolumus unum.s. pfectissimum infinitum simplicissimum. Et qm̃ uita ens quoddã est sapientia item ens quoddam pariterque & iustitia utique si pticularitatis & terminationũ conditionem his adimas: quod supererit non hoc aut illud ens erit: Sed ipsum ens: sed simpliciter ens: sed uniuersale ens non predicationis uniuersalitate sed perfectiõis similiter sapientia bonum quoddam est. quia hoc. s. bonum quod est sapientia & non est illud bonũ qd' est iustitia tolle ut inqt Augustinus hoc: Tolle illud. i. particularem hanc tolle limitationem per quam sapientia ita est bonum quod est sapientia, quod non est bonum quod est iustitia. pariterque iustitia sic habet iustitiæ bonitatem: ut non habeat eam: quæ ẽ sapientiæ. Tuncque in enigmate faciem dei uidebis. i. omne bonum ipsum bonum simpliciter bonum omnis boni bonum. Ita uita sicut ens quoddam est ita est unum quoddam: ẽ. n. perfectio una: pariterq; sapientia perfectio una est. Abice particularitatẽ remanet non hoc aut illud unũ. sed ipsum unum & simpliciter unum. Cum ergo deus ille sit. qui ut a principio dicebamus ablata omnium imperfectione omnia est. Certe cum a rebus omnibus et quæ sub suo genere imperfectõnem & sui generis particularitatem abdicaueris id quod remanet deus est. deus ergo ipsum ens: ipsum unum ipsum bonum similiter & ipsum uerũ. Duos iam gradus promouimus ad caliginem ascendentes quam deus inhabitat: a diuinis nominibus omnem purgantes maculam: que ex rerum est significatarum imperfectione. Adhuc duo super sunt gradus quorum alter nominum arguit deficientiam alter nostre intelligentie accusat infirmitatem. Hec nomina ens uerum unum bonum concretum quid dicunt & quasi participatum. quare rursus dicimus deũ sup ens: super ue℞: sup unũ super bonũ esse: quia. s. ipsum esse est ipsa ueritas ipsa unitas ipsa bonitas. Verum adhuc in luce sumus: deus aũt posuit tenebras latibulũ suũ. Ad deũ ergo nõdũ puẽtũ ẽ donec. n. qd' d' deo dicimus ẽt ĩtelligimus & cõprehẽdimus ĩ luce uersari dicimur: & tãto minora deo & loqmur & sentimus: quãto ĩfinita sua diuinitate capacitas nr̃e ĩtelligẽtie minor ẽ. Ad quartũ igit̃ gradũ cõscẽdẽtes ĩtremus ignorãtie lucẽ: & diuini splendoris caligine ex oculati clamemus cũ propheta defeci inatriis tuis domine. Hoc unum de deo postremo dicentes esse ipm̃ ĩtelligibiliter & ineffabiliter sup id oẽ qd' nos de eo pfectissimũ uel loqui possumus uel concipere. Tunc super ipsam etiam quam conceperamus unitatem bonitatem ueritatem. Superque ipsum esse deum eminẽtissime collocantes huc respiciens Dyonisius Ariopagita post ea omnia: quæ in symbolica theologia in theologicis institutionibus. & quæ de diuinis nominibus & de mistica scripserat theologia postremo in calce eiusdem libri quasi qui iam in caligine esset: & ut poterat de deo sanctissime loqueretur sic post q̃dã alia ad idẽ attinẽtia exclamauit: neq; ueritas ẽ: neq; regnũ: neq; sapiẽtia neq; unũ: neq; unitas neq; deitas: aut bonitas: neq; spũs ẽ quãtũ scire ipsi possumus: neq; filii neq; p̃ris ẽ denominatio neq; aliud aliqd ex his q̃ nobis aut alteri cuiq̃ i mundo sũt cognita

Q̃ño deus a ipsum ens.

Augustinus.

Videre dei faciẽ ĩ enigmate.

Q̃ño deus ẽ ipsum unũ.

Q̃ño deus super ens super unũ sup bonum sit.

Deus sup oẽ qd' dici a nobis aut concipi potest.

·p̃s.

Dyonisius.

neque aliquid eorum que non sunt: neque eorum que sunt est: neque ea que sūt illā sciunt sicut ipsa est neq; scit ipsa q̄ sunt sicuti sunt: neq; sermo ipsius ē: neq; nomē

Primus gradus.

neq; sciētia: neq; tenebre: neq; lux. neq; error neq; ueritas: neq; ē ipsius ulla oīo positio neq; ablatio. Hec uir ille diuinus ad uerbum. Recolligamus q̄ diximus uidebimusq; in primo nos gradu discere deū nō esse corpus ut epicurei neq; formā corporis ut illi uolūt: qui deū asserūt animā esse celi uel uniuersi: qđ & egyptii ut scribit Plutarchus existimarūt & uaro theologus Romanus unde utrisq; magnū fomentum Idolatrie ut alibi declarabimus sed & qdā sunt ex peripateticis adeo stolidi ut hāc & uerā & Aristotelis sniam esse cōfirment. Vide quātum a uera hi dei cognitione deficiūt. In carcere quasi ī calce quiescentes: & tūc se ad dei fastigia credētes peruenisse cū humi adhuc iacētes pedē uersus eū nō dū mouerūt sic. n. nec

Cōtra epicuros egyptios uarronem & alios.

perfecta deus uita: neq; ens perfectū neq; perfectus etiam esset ītellectus: sed pro sanam hāc opinionem quinta decade nostre cōcordie late incessuimus. Discimus in secūdo gradu: qđ pauciores recte assequūtur: & ī quo falli possumus magis si a uero intellectu paululum deuiauerimus: deū. s. nec esse uitā nec intellectū: neq; intelligibile: sed melius aliquid atq; prestantius oibus his. Noīa. n. hec oīa particularem dicūt pfectionē qualis nulla in deo est. Quod respiciētes & Dyonisius et deinde Platonici in deo & uitā & ītellectū & sapientiam: atq; his similia esse negant sed qm̄ totā hoȝ pfectionē: q̄ ī his multa & diuisa ē. Deus ipse sua unica pfectiōe q̄ ē sua infinitas sua deitas q̄ ipse est in se unit & colligit: nō sicut unū ex illis multis sed unū ante illa multa. Ideo qdā alii & p̄sertim pipatetici: quos quātū licet fere ī oībus imitātur Parisienses theologi. Hec oīa in deo eē cōcedūt. Quod dicētes atque credētes nō solū recte dicimus & credimus: sed & cū is cōcorditer q illa negāt. si illud nobis semp Aurelii Aug. fuerit ante oculos sapiētiā dei nō plus eē sapiētiā q̄ iustitiā & iustitiā dei nō plus eē iustitiā quā sapiētiā. Vitāque pariter nō potius ī eo eē uitā q̄ cognitionē: nec cognitionē magis cognitionē q̄ uitā. Omnia. n. hec ī deo sunt unū nō p cōfusionē aut cōmistionē aut quasi distinctorum mutuā penetrationem sed per simplicem summam ineffabilē fontalē unitatē. In qua oīs actus oīs forma oīs perfectio sicut in primo eminētissimo duce penitissimis diuine infinitatis thesauris ita sup oīa & extra oīa excellēter est conclusa ut sit tamē nō solū oībus intima sed magis unū cū oībus q̄ ipsa sint secū deficiūt profecto uerba & minus oīo dicitur etiā q̄ cōcipitur. Sed uide Mi Angele que nos insania teneat: Amare deum dum sumus in corpore plus possumus q̄ uel eloqui uel cognoscere. Amando plus nobis proficimus minus laboramus: illi magis obsequimur. Malumus tamē semp querēdo per cognitionē nūq̄ inuenire quod querimus q̄ amādo possidere: In quod non amando frustra ēt inueniretur sed redeamus ad nostra euidenter tibi iam patet quo nam pacto cum deus alias & mens & intellectus & uita & sapientia nuncupetur rursus aliquando super hec omnia collocetur. Vtrunque tamen & uere & consone comprobetur. Nec propterea Platonē ab Aristotele dissentire: quod ille in sexto de re pub. libro deum quem ibi uocat ideam

Quīta decas cōcordie pla. & aristotelis

Secūdus gradus.

Dyonisius & platonici.

Peripatetici.

Parisiēses theologi.

Augustinus.

Amare deū. Nota.

Plato.

boni super intellectum & intelligibilia statuat dantem illis quidem ut intelligant His autem ut intelligantur. Hic autem .s. Aristoteles sæpe deum & intellectum & intelligentem & intelligibile uocet. Nam & Dyonisius areopagita cum idem dicat quod Plato non tamen negabit etiam cum Aristotele deum se ipsum et alia non ignorare. Quare si se intelligit et intellectus & ītelligibilis ē. cognoscit. enim & cognoscitur necessario q se ipsum cognoscit & tam̄ si quasi pticulares ut dixi has pfectiōes accipiamus: aut cū ītellectū dicimus naturā significemus quæ ad ītelligibile quasi ad aliud extra se tēdat. nihil minus q̄ Platonici Aristotiles etiā deū & ītellectū & intelligibile eē cōstātissime sit negaturus. In tertio gradu plus aliquid nobis dū tenebris ꝓpinq̄bamus illuxit ut nō solū nō impfectū & q̄si mācū aliqd ens deū impia cogitatiōe fingamus q̄le esset si uel corpus uel corpis aīa: uel cōstitutū ex eis aīal diceref: neq; itē pticulare aliqđ genus q̄q̄ pfectissimū q̄si humana sapientes eū faciamus ut si uel uitā dicamus uel mētē: uel rōnē: sed etiā eo qđ uniuersalia indicāt noīa: q̄ oīa ambiūt uno. s. uero ente & bono melius esse cognoscamus. In quarto gradu nō solū supra illa: sed supra oē nomē qđ formari supra oēm notionē: quæ cōcipi a nobis possit ip̄m eē sciebamus. Tūc primū ip̄m aliquo mō scientes cū eū oīo nesciebamus. Ex q̄bus colligi illud pōt nō solum eē deū ut dicit Anselmus quo nihil maius cogitari pōt. Sed id esse qđ infinite maius est oī eo qđ pōt excogitari: ut uere dixerit iuxta hebraicā litterā Dauit propheta. Tibi silentiū laus. Hec ꝓ solutiōe prime rōnis dixerimus: unde magna ēt apitur fenestra legitime ītelligentiæ libroꝝ Dionisii q de mystica theologia & de diuinis noībus inscribūtur. In q̄bus illud cauendū: ne aut minora faciamus q̄ sint quæ ille scripsit. sunt aūt maxīa: aut dum paruū existimamus oē qđ ītelligimus somnia nobis & ī extricabilia comenta confingamus.

Aristoteles. Dyonisius. Tertius gradus. Quartus gradus. Anselmus. ps. Apitur fenestra intelligētie librorum dyonisii de mystica theologia & de diuinis noībus

Caput sextum ī quo secundam soluit rationem platonicoꝝ de prima. s. materia.

q Vod uero obiciunt de prima materia friuolum est. Illa. n. quatenus ens est eatenus una est quinimo si Platonis sectari uerba ad unguē uolunt: concedant oportet unius illā habere minus rōnem q̄ entis. Neq;. n. Plato uult eā eē prsus nihil alioqn q̄ūo receptaculū formaꝝ q̄ūo nutrix q̄ūo natura q̄dā & reliqua erit: quæ eā esse ī thi meo ille confirmat. Nō ē igitur nihil. i. non oīo entis exps si Platoni credimus: qui tamen eādem in philebo uocat nō solū multitudinem quæ ut ipsi uolunt opponitur uni: sicut nihilū opponitur enti sed infinitum Multitudo autem si sit finita non omnino fugit rationes unius quoniam qua finita est una est at infinita multitudo ita omnino unius ueram nō habet sicut nec termini. Materia ergo prima secūdū Platonē magis ens q̄ una. Quam qui contra disputant ut unum ente superius comprobarent ens non esse & tamen unū esse dicebāt. Iamblicus item Platonicus in eo libro quem facit de secta pythagorica materiam primam uocat dualitatē eo ꝙ dualitas prima sit multitudo & reliquaꝝ oīum

Iamblicus.

multitudinum radix. Materia ergo prima secundum eum qui magnus adeo īter platonicos est ut diuinus uocetur nō solum non una sed multitudo sed radix oīs quæ in rebus multitudinis est. Hæc diximus sua illis obiectantes. Cæterum neq; unitatis exps omnino est illa sicut neq; esse: Exactam autem unitatem ab eadem a qua & esse recipit forma. pretereo que de unitate eius uel affirmatiua uel negatiua disputātur: que oīa his notissima: q uel unā cū Aristotele de ambulatiūculam fecerint:

Caput septimū in quo tertiā soluit rōnē platonicoꝝ de multitudine ostenditque dicentibus unum esse ente cōius aliquid esse concedendum quod plato negat.

Solutio tertie rationis.

f Alluntur aūt plurimū in tertia rōne. Nō. n. eo mō opponitur multitudo uni: quo modo opponitur nō ens enti. Hæc. n. cōtradictoriam habēt oppositionē: illa aut priuatiuā aut cōtrariā de qua re late disputāt Aristotelici decimo libro prime philosophie. Sed uideant quas ruinas incidāt qui uocantur Platonici & unū dicūt ente superius. Certum est quotiens duo ita se habent genera ut sub altero tanq̄ sub comunioni alterum sit: fieri posse ut aliquid inferioris ambitū effugiat: quod tamē non effugiat supioris. Hoc. n. est quare illud dicitur esse cōius. Exemplum ī promptu quia animal cōius est homine: potest fieri ut aliquid sit non homo siue nō sit homo quod tamē sit animal pari ergo ratiōe si sit unū ente cōius fieri poterit ut aliqd sit nō ens siue nihil qđ tamē sit unū atque ita de nō ente unū predicabitur quod expresse in sophiste confutat Plato.

Rō aduersus platonicos ꝑbās dici secūdū platonem nō posse unū esse ente superius.

Caput octauum in quo declarat quomodo quatuor hæc: ens. s. unum uerum et bonum in omnibus sint que sunt post deum.

u Erissima ergo snīa ē q̄tuor eē q̄ oīa ambiūt ens unū uerū: & bonū. Si ita accipiātur ut illoꝝ negatiōes sint nihil diuisum falsū & malū. Addita sūt his quatuor duo alia. Aliqd. s. & res a posterioribus Auicēnā secutis: qui multis ī locis philosophiā Aristotelis īterpolauit: unde sunt illi cū Auerroe magna bella pugnata sed quātū ad hoc spectat: parua ī re discordia. Diuidūt. n. hi quod sub uno ītelligit̄ ī unū & aliqd qđ a Platone nō abhorret: q ī sophiste īter has cōissimas dictōes enumerat aliqd: & qđ sub ente cōtinet̄ partiūt̄ ī ens & res sed de his alibi q̄tuor hæc ut cæptū ꝓsequamur aliter sūt ī deo: aliter ī his q̄ sūt post deū quādo qdem hæc deus habet a se alia habēt ab eo. Videamus primo qūo insunt rebus creatis. oīa q̄ sūt post deū habēt cām efficiētē exēplarē & finalē. ab ipō. n. p ipm et ad ipm oīa. Si igit̄ res cōsideramus ut a deo efficiēte cōstituūtur: sic entia dicūtur qa illo efficiēte eē pticipāt: si ut exēplari suo quā uocamus ideā secundū quā illas cōdidit deus: q̄drāt & respōdēt: ueræ dicūt̄. Vera. n. imago Herculis dr̄: q̄ uero Herculi cōformatur. Si ut ad eū tanq̄ ad finē ultimū tendūt bone dicūtur: Si uero una q̄q; res secūdū se absolute accipitur una cognominatur. Est aūt hic ordo ut

Auicenne sectatores. Auerrois. Plato.

Ordo in his quatuor.

primum unumquodque sub entis rõne cõcipiatur qm̃ prius efficit agẽs unũquod que q̃ illud in se sit aliquid alioquin non secundum totum quod est esset ab agẽte Quo fit ut nihil sit post deũ. qđ cõcipiẽtes hoc de eo nõ ĩtelligamus qđ est ens ab alio: ens finitũ: ens participatũ. Succedit enti unũ. Tertia est ueritas quia postq̃ ẽ aliqd in se uidẽdũ ẽ an sit tale quale ẽ exẽplar ad qđ fuit formatũ: cui si simile iue nitur reliquũ ut in illud ut pote affine atque cognatũ p bonitatẽ se cõuertat. Equa li aũt hæc esse ambitu quis nõ uideat: da aliquid esse certe & unũ ẽ: Nam q unũ non dicit nihil dicit ut ait Plato in sophiste. Est enim illud quicquid est a se indiui sum & ab aliis diuisum: q̃ nõ sunt ipsum. Hoc aũt intelligimus cũ dicimus unum siue ut Platonis uerbis loquamur est idẽ sibi & ab aliis alterũ qđ unicuique rei cõ gruere ĩ eodẽ dialogo ipse cõfirmat. Verũ ẽ ẽt necessario. Nã si ẽ homo utique ue/ rus est homo: idẽque dictu hoc nõ esse uerũ aurũ & nõ esse aurũ nã cũ dicis uerũ aurum non est. Hoc significas: uidetur quidẽ aurũ & est aliqd' simile auro: sed nõ est aurũ: propterea Aurelius Augustinus definiẽs in soliloquiis qd sit uerũ ait ueꝝ ẽ id qđ ẽ: qđ nõ ita accipi debet ut idẽ sit ens & uerũ. Sũt. n. licet re idẽ: rõne tam̃ & diffinitõe diuersa: q̃re unũ p aliđ đfiniri nõ debet sed hoc exprimeř uoluit Aug. tũc dici rẽ uerã cũ est id qđ uocatur & esse dicitur: ut tũc uerũ ẽ. aurũ cũ aurũ ẽ & nõ aliud est q̃ aurum. Hoc est ergo quod dixit uerũ ẽ id quod est: quod quidã nõ aduertentes calũniam faciũt diffinitioni. Similiter aũt & bonũ est qa qcqd ẽ qua tenus est bonũ ẽ: & longe errat Olympiodorus mea qdẽ sñia sic credẽs probare ali ud esse bonum & ens: qm̃ bonũ simpliciter desideramus. Nõ aũt eẽ simpliciter sed bene esse ideoque fieri posse ut si male sit nobis nõ eẽ desideremus. nã ut illud om/ mittamus an qbus male & misere est recto & naturali desiderio appetere possunt ut nõ sint: nõ aduertit ille sicut multiplex est esse ita multiplicẽ eẽ bonitatẽ. Est. n. primo esse naturale rerũ ut homini. esse hominem: leoni esse leonem lapidi esse la pidem: qđ esse & naturalis bonitas induidue sequiř. Sũt alia esse: q̃ aduentitia di ci possunt ut hoĩ eẽ sapiẽtẽ esse pulchrũ esse sanũ: queadmodũ aũt sapiẽtia & pul chritudo alia entia sunt ab humanitate ita alia bona sunt. Aliud. n. bonũ humani/ tas qua homo ẽ homo aliud bonũ sapiẽtia qua nõ iã hõ: sed hõ sapiens euadit: si/ cut & hec aliud & illa aliud ens & est & dř. Sicut ergo oĩa appetũt bonũ ita oĩa ap petunt esse & primo quidam eam appetunt bonitatem quæ esse naturale cõsequi tur: quoniam hæc fundamentum sequentium bonitatum: quæ illi omnes adueni unt ut sine illa stare non possint. Quomodo enim erit fælix qui omnino non erit: uerum non illa eis sufficit bonitas quam tunc adipiscuntur cum primum sunt: sed cupiunt accedere & reliquas: quæ illam primam absoluant & exornent sicut autẽ uere dicimus preter primam ab eis bonitatem alias appeti bonitates ita uere dice/ re possumus p̃ter primũ eẽ desiderari ab eis alia eẽ: quia aliud esse est esse fælicem aliud esse hominem. Et si quis det fieri posse ut quis nolit esse si non sit fælix non sequetur ut putat Olympiodorus aliud esse bonum aliud ens. sed aliud eẽ ens ho minem aliud fælicitatem: pariterq; aliam hominis bonitatem aliam fælicitatis:

Plato.

Verũ cõuer/ ti cum ente.

Augustinus.

Bonũ cõuer/ ti cum ente.

Disputat ad uersus olym piodorum.

quarũ alterã.i.primã hõ nõ uult nisi hẽat & secũdã.ommitto an eadẽ rõne aliqd bonũ simpliciter dicatur & ens simpliciter: an qđ ens dr̃: simpliciter bonũ tale: & qđ bonũ simpliciter: ens tale dicaẽ.nõ.n.hic oĩa disputãdi locus: uere ergo diceba mus unũqđq; qđ ẽ eatenus eẽ bonũ q̃tenus ẽ.uidit.n.deus cuncta quæ fecerat & erant ualde bona. Quid ni: a bono opifice sunt: qui sui similitudinẽ omnibus im/ primit que sunt ab ipso. In entitate igitur rerum admirari potẽtiam efficientis pos sumus dei: inueritate uenerari artificis sapientiam: in bonitate reclamare amantis liberalitatem in unitate suspicere conditoris unicam ut sic dixerim simplicitatem: Quæ unumquodq; sibi tum omnia ĩter se inuicem tamẽ ad se ipsum uniuit om/ nia: sic unumquodq; ad suimet: ad aliorum: ad dei postremo uocans amorem.

Malũ & ni/ hil cõuerti. Cõtta errorẽ manicheorũ Nihil & diui sum cõuerti

Examinemus & eorũ opposita an equali similiter ambitu sint falsum & nihil idẽ esse ostendunt q̃ supra diximus. Malum & nihil si differre dicamus reclamabunt philosophi pariterq; theologi. Quare & facere malum nihil est facere diciq; solet mali non esse causam efficiẽtem sed deficientem unde illorum insania cõfutatur: qui duo principia posuerunt alterum bonorum alterum malorum quasi efficiẽs aliquod principium mali esset. sed diuidere rem idẽ est q̃ destruere: nec ita possu mus rei cuipiam suam & naturalem unitatem adimere: ut nihil minus illius esse insua integritate remaneat. Non enim totum est sue partes sed illud unum quod dissultat ex partibus ut docet Aristoteles octauo libro prime philosophie. Quare si in partes diuidas totum partes remanẽt quidem totum autem quod diuiditur ipsum non remanet sed desinit esse actu: & potentia tantum est sicut partes: que prius erant potentia tunc esse actu incipiunt: quippe que prius cum erant in toto unitatem propriam actu non habebant quam tunc primum sortiuntur: cum se/ parate a toto ipso per se subsistunt.

Aristoteles

Caput nonum in quo declarat quomodo illa quatuor in deo sint.

e Xaminemus rursus qualiter hæc sunt in deo cui non insunt in respectu ad causam quam non habet: ipse.n.omnium causa a nullo est: duplici autem ratione in deo possunt cõsiderari aut quatenus aliorum causa ẽ: quæ distinctio creatis rebus nõ cõuenit quãtum ad presens negotium at tinet: quoniam deus sic esse potest ut non sit causa. Alia non sic esse possunt ut nõ sint ab eo igitur deum primitus sic concipimus ut sit uniuersitas omnis actus: ple nitudo ipsius esse: quam intelligentiam ita subsequitur ut sit unus ut neq; opposi tum concipi possit. Vide quantum aberrent: qui plura prima principia fingũt plu res deos. Statim & uerissimum est: quid enim habet quod appareat esse & nõ sit qui est ipsum esse cõsequens certe ut sit & ipsa ueritas: sed & ipsa bonitas erit. bo/ ni enim tres conditiones ut scribit Plato in philebo ut sit perfectum sufficiens expe tendum erit autem hoc quod tale concipimus perfectum: quia illi nihil deerit qui est omnia erit sufficiens quia illud possidentibus nihil deerit in quo inuenient oĩa

Boni tres cõ ditiões secũ/ dũ platonẽ.

erit expetendum: quia ab illo & in illo sunt omnia: que expeti aliqua ratione possunt deus ergo plenissima entitas indiuidua unitas solidissima ueritas beatissima bonitas. Hec ni fallor est illa τετρακτυσ. i. quaternitas per quam pytagoras iurabat uocabatq; principium semper fluentis nature principium. n. hæc quæ unus sunt deus omnium esse demostrauimus: sed & iuramus per ea que sancta que firma: que diuina sunt: quid illis aut firmius aut sanctius aut diuinius? Quod si deo ut rerum causa est appellationes has quatuor assignemus ordo totus inuertitur. Primo enim unus erit quia prius in se intelligitur q̄ intelligatur ut causa. Secundo erit bonus. Tertio uerus: Quarto ens. Nam cum cā quæ dicitur finis prior ē ea q̂ est exemplaris & exemplaris prior efficiente. primum. n. appetimus habere quo ab iniuria tempestatum protegamur tum ideam domus mente cōcipimus postremo in materia illam extrinsecus efficiendo formamus quare si quemadmodum superiori capite definiuimus bonum ad causam finalem uerum ad exemplarem ens ad efficientem spectat deus ut cā est. primo boni tum ueri postremo entis rationem habebit quæ omnia breuiter hic perstringimus. fœta alioquin quæstionum multarum atq; magnarum. Pythagoras.

Caput decimum in quo totam disputationem ad uitæ institutionem & morum emendationem conuertit.

u Erum ne aliis potius q̄ nobis disputemus illud curandum ne altissima p scrutantes in humili. i. indigna his conditione uiuamus: quibus cælitus datum ut indagare cælestium etiam rationes possimus. Sed illud assidue meditandum hanc nostram mentem: cui diuina etiam peruia sunt ex mortali seminio esse non posse neq; felicem alibi q̄ in diuinorum possessione futuram: tātoq; magis dū hic quasi aduena peregrinatur propinquare fælicitati quanto post habita cura terrenorum ad diuina se magis erigit & accendit admonere autem in primis nos presens disputatio uidetur ut si esse beati uolumus beatissimum omnium imitemur deum unitatem in nobis ueritatem bonitatemq; possidentes. Vnitatis pacem turbat ambitio & sibi herentem animū extra se rapit & in diuersa quasi lacerū trahit atq; discerpit: Veritatis splendorem & lucem in ceno in caligine uoluptatum quis non amittet? bonitatem furacissima nobis furatur cupiditas. i. auaritia. bonitatis. n. peculiare hoc comunicare aliis bona quæ possides. quare cū quereret Plato cur deus condidit mūdū: respondens ipse sibi bonus inquit erat. Hæc sunt illa tria superbia. s. uitæ: concupiscentia carnis & concupiscentia oculorū: quæ ut scribit Ioānes ex mūdo sunt & nō sunt ex patre: qui ipsa unitas ipsa ueritas ipsa bonitas ē. Fugiamus hinc ergo. i. a mūdo q positus in maligno euolemus ad patrem ubi pax unifica. ubi lux uerissima ubi uoluptas optima sed qs dabit pēnas ut illuc uolemus. Amor eorū q̂ sursum sūt. Quis adimet? libido rerū que sup terrā quam si sectemur iacturam facimus & unitatis & ueritatis & bonitatis. Neq;. n.

Nota. Vnitatis pacem turbat ambitio. ueritatis splēdor uoluptatibus offusca tur. Bonitatē cupiditas aufert. Nota. Ioannes. Nota.

MM

sumus unũ si curuũ sensum & spectantem cælestia rationem uirtutis fœdere non deuincimus: sed duo in nobis principes quasi per interualla regnantes dum nunc deum per legem mentis nunc baal per legẽ sequimur carnis & regnũ nostrũ in se diuisum profecto desolatur. Quod si ita erimus unũ ut mancipata sensui ratione sola imperet lex mẽbrorũ falsa erit hæc unitas quia ueri non erimus dicemur. n. et apparebimus homines esse. i. animalia ratione uiuẽtia & tam̃ erimus bruta: quibus pro lege senseualis est appetẽtia præstigiũ faciemus his qui nos uidebũt inter quos habitabimus. Nõ respõdebit imago suo exẽplari instar. n. dei sumus deus aũt

Paulus. spiritus. Nos nõ spiritales iã: ut Pauli utar uerbis: sed animales cũ aũt per ueritatẽ ab exẽplari nõ excidemus restabit ut per bonitatẽ ad ipsum tendentes illi aliquando copulemur. Quod si tria hæc unũ. s. uerum & bonũ perpetuo annexu ens consequuntur. Reliquũ est ut cũ illa nõ sumus etiã prorsus nõ sumus: & si esse uideamur: & quãuis credamur uiuere moriamur tamẽ potius iugiter q̃ uiuamus.

FINIS.

PRIMAE OBIECTIONES ANTONII FAVENTINI ADVERSVS LIBELLVM DE VNO ET ENTE.

Prima obiectio. [S]I libellus quispiã de ente & uno inscribi mereatur necesse est entis uniusq; naturã proprietatesq; explicet: hoc autẽ opusculo quod nuper in manus meas uenit: quodq; de ente & uno inscribitur non nulla pertractantur a titulo atq; inscriptione pene aliena: principale si quidẽ auctoris propositum est disputare an iuxta Platonem ens unũq; sese inuicem mutuo cõsequãtur? an ut academici putãt unũ sit ente cõius: sed hoc nõ ẽ de ente & uno ꝑtractare sed de mutua entis uniusq; conuersione: nec oĩo absolute sed iuxta Platonẽ dũtaxat: nec enim si quispiã philosophus eam solũ q̃stionẽ agitaret quæ ẽ an aĩa ĩmortalis sit propterea de aĩa disputaret sed de sola

Secunda animæ ĩmortalitate tractatus haberetur. Ait preterea opis auctor academicos arbitrari deũ iuxta Platonẽ uere ac ꝓprie ens nõ eẽ: qđ eqdẽ plurimũ demiror. Si. n. omnes academicos siue platonicos intelligat queadmodũ locutio significare uidetur: alioquin nõ absolute pronuntiaret id academicos sentire mendatio fortasse nõ

Themistius. caret. Themistius enim inter Platonicos auctor nõ ignobilis ideã quæ rerũ principiũ est ex Platonis sententia testatur uere ac proprie ens esse & unũ: platonici uero aut omnes aut plerique non aliud putant ideam: aliud uero rerum opificẽ deũ

Tertia. prosequens preterea dicit. Si quoquomodo defendi potest iuxta platonem eẽ unũ ente cõmunius ita censendum est: uocabula inquit que nomine pũ latino concreta appellat: ut est candidum: lucens: ens: alienum aliquid significant: quo presente res uocabuli appellationem sortiuntur. Aliud quippe est candor aliud candidũ: aliud hõ: aliud hũanitas: ens igitur uocabitur in quo esse aliud est: aliud uero qđ subsistit: deus igitur qui ipsum esse est: ens censeri non poterit sed unus ex quo omnia continet & claudit: sed non ne huiusmodi defensio sibi ipsa parũ coheret? qua

enim ratione candidum & homo & ens alienũ aliqd significãt: eadẽ quoque unũ & beatũ & deus & similia huiusmodi multa alienũ aliqd significẽt necesse est: deus igitur q unitas est & beatitudo simul & deitas neq; unus uocari poterit nec beatus nec oĩo deus. qũo igitur ens nõ ẽ sed unus. Preterea ens eo dictũ ẽq; est quẽad modũ igitur fieri nõ põt ut q sedet sedens nõ sit fieri etiã nõ poterit ut qui uere ac proprie est ens non sit: ego enim inquit deus sum qui sum. Admirabilius autẽ uideri põt q; nõ solũ iuxta Platonẽ defendere conatur deũ ens nõ esse: ueꝝ ẽt Aristotelẽ quoq; ipm ĩ eãdem sniam trahere conatur: qnto enim ĩquit metha. libro: ens diuidit in ens p se & p accidens ens uero p se in decem pdicamenta: ĩ nullo autem inquit genere deus collocari põt quẽadmodũ beatũ Thomam demonstrasse existimat: Si igitur deus nõ est ens p se neq; p accidens ut cõstat iuxta Aristotelem ens nõ erit: preterea ens in substãtiã & accidens iuxta uulgatissimã diuisionem segregatur: nõ est autem deus accidens neque substãtia ea enĩ inquit genus est: deus aũt cuiuslibet generis limites excedit: sed equidem nõ uideo qua rõne ductus opis auctor Aristoteli nostro Platonicã ascribat opinionem. si tam̃ opinio Platonis est: diuisio. n. entis ĩ ens p se & p accidens cõplexi entis diuisio est quẽadmodũ beatus Thomas: cui plurimũ auctoritatis tribuit eo loco subtiliter scribit: Idem manifestũ est exemplis: ens. n. p accidens iuxta Aristotelem est triplex aut. n. accidens de subiecto p̃dicatur aut subm̃ de accidente aut accidens de accidẽte: q̃ oĩa ad cõplexionẽ ptinent: pari mõ entia p se uocãtur ĩ qbus aliqd p̃dicatur qđ uel ad substãtiã ptinet uel ad quãtitatem uel aliud genus dũmõ qđ p̃dicatur subiecto p se conueniat ut albũ Socrati: nõ etiã homini: alias equo: entis ãt ĩ substãtiam et accidẽs diuisio deũ quoq; cõplectitur: est. n. p affirmationẽ negationemq; facta diuisio: substantia enim est: qđ nulli initur sed per se est: accidens ãt qđ est ĩ alio uelut ĩ subo hoꝝ ãt nihil est mediũ ut Beatus Thomas putat: Si qdem inter subm̃ habere & nõ habere nulla medietas cogitari põt. substãtia igitur quæ accidenti opposita est genus non erit: Si deus nullo genere continetur. Preterea non est indubitata aristotelis opinio deũ p se nullo genere cõtineri: adsunt enim nonnulli aristotelem imitati q existiment deum ĩ p̃dicam̃to p se collocari: et ego qdem puto ea snia insignem philosophum Boetiũ fuisse monstraremq; si opus esset ex uerbis Boetii nec non augustini apte id colligi. Rursum ait unius negationem esse diuisum qđ probat eo q; res destruitur quãdo discerpitur diuiditurq;: sed quomõ diuisum p̃t uni tanq̃ negatio opponi: inter affirmationem enim negationemq; cõtradictio ẽ: chymera uero neque una est: neque diuisa: nec hoc quod est dyametrum esse cõmensurabilem aut unum est aut diuisum. Falsum quoq; ueri negationem esse existimat: quod & si quoquomodo defendi possit. Attamen contrarium potius est q̃ negatio: quemadmodum Beatus Thomas monstrat. non enim chymera uera est aut falsa: nisi uocabulo prorsus abutamur: uerum enim est quod est. hoc est ut ipse exponit quod est id quod uidetur & dicit: falsum igitur erit quod non est id qđ uidetur & dicitur ut numus falsus: nihil igitur falsum esse cõtingit nisi qđ uidetur

[Margin notes: Confirmatio (beside "tus nec oĩo deus…"); Quarta. (beside "proprie est ens…"); Sanctus thomas. (beside "diuisio. n. entis…"); Aristotiles. (beside "stũ est exemplis…"); Confirmatio (beside "ta est genus non erit…"); Boetius (beside "insignem philosophum…"); Augustinus. (beside "nec non augustini…"); Quinta (beside "probat eo q;…"); Sexta. (beside "mensurabilem aut unum…"); Beatus thomas. (beside "negatio: quemadmodum…")]

esse aliud qđ nō ē: Inter id uero qđ uidetur esse qđ ē. & id qđ nō est qđ uidetur nulla cōtradictio est uer℞ igitur falsumq; nulla affirmatiōis negatiōisq; oppositiōe

Septima. aduersantur: malū ēt boni negationē putat: Aristoteles uero bonū & malū cōtra

Aristoteles. trio℞ genera esse ī ƥdicamētis affirmat: qđ aūt negatio ē genus esse nō pōt. Prete/

Confirmatio rea bonū ea rōne qua bonū est expectēdū ē: Malū uero fugiēdū: expetere uero & fugere inuicē cōtraria sūt quēadmodū cōgregare segregareq;: bonū igitur & malū erūt cōtraria: qđ Boetius quoq; ī ƥdicamētis asseuerat qcqd cæteri circa id dixerit.

FINIS.

Responsio primarū obiectionum.

IO. PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO SALVTEM.

q Vestiones tuas aduersus eum libellū: quē nuр edidi de ente & uno tāta cum uoluptate legi: quāta a te & caritate & libertate animi sūt perscriptæ: debeo tibi plurimū nomine huius officii: qđ si uel amicis ī penderemus liberius: uel ab eis libentius exigeremus: essemus certe longe q̄ sumus: & doctōres & meliores. sed exitialis hæc ƥsuasio cepit hominū mentes: ut nō placere nos illis putemus: quibus errata nostra nō placent: liberūq; amico℞ iudiciū uel odiū uel morositatem: adulationē uero: amorem & naturæ bonitatē interpretemur. Ita fit ut dum laudari malumus uel in meriti: q̄ uel merentes castigari irrideamur semp laudē nunq̄ mereamur. Vide quātum erremus. Nā laudatio oīs fere semp inutilis: sepe āt noxia. Q̄m si uera: quid afferat utilitatis? si sit falsa: insanos profecto nos efficit q laudamur: ridiculos autē qui laudāt. Reprehensio certe utilis semp: quæ si sit iusta ad cognitionem: si minus iusta: ad defensionē nos excitat ueritatis. Deniq; quid est aliud castigari? q̄ alieno labore fieri meliorem: aut quid aliud librum amici lima splendescere? q̄ de illius uigiliis te proficere dormientē. Non possum igitur: ut dicebam tibi plurimū non debere Qui de his quæ in meo libro. tibi minus placuerūt: quid sentires: mihi libere significasti. Agnoui preter beniuolentiā: in tuis scriptis: tuam etiā illam: mihi iā pridem notam ingenii dexteritatem: cepiq; statim: non quasi pater: sed quasi iudex examinare seuerius quæcūq; notaueras: ut pote quæ iam mihi etiā ipsi de tuo testimonio insuspitionē uenerāt falsitatis. Sed ita cogitāti occurrerūt nonnulla q bus defendi illa & uindicari a culpa posse uiderentur: Quæ quidē libere uolui ad te p scribere: ne forte quā inte laudo uirtutē minus ipe amplecterer: ut si in illis ta

Solutio primę obiectōis xandis tuū iudiciū nō imitor: saltem indefendendis imiter libertatem. Nō recte in quis liber de ente & uno inscribitur: cū de entis uniusq; natura ƥprietatibusq; oī/

Titulus bus ī eo nō agas: sed de unius tātū entisq; cōuersiōe. Mihi Antoni ita uideri solet

Prohemiū duo q̄si uestibula libris prestitui Titulū & Prohemiū. Titulus Prohemiū curtū ē:

quid sint. Prohemiū titulus fusus & explicatus. Promittit titulus tractatū de ente & uno: qd

aũt de ente & uno tractãdũ sit ꝓhemiũ explicat. Quod si fiat in titulo: Timendũ ne libri titulus liber fiat. Posset hoc defendi ꝑiudicio mille auctoꝝ a qbus ꝑscriptæ libris eoꝝ titulationes calũniã eandem paterentur. Sed non id q̃stioni pondus ut uel ego uel tu in ea diutius occupemur. Miraris ꝑterea quod a platonicis creditũ dixerim deũ non esse proprie ens. Noli me mirari sed illos quos & ego tecũ in huius dogmatis assertione non probo sed hoc illos sensisse quod tibi pene ĩcredibile uidet̃ hocque posteris scriptũ reliquisse: notissimũ oĩbus q platonica legerũt. hoc Sirianus Proclus Plotinus & q denique extãt Platonis ĩterꝑtes uno ore cõfirmãt. at inqs Themistius ĩter platonicos non ignobilis asserit ideã ex platonis sñia uere ac proprie ens esse & unũ: platonici ãt uel oẽs uel plerique non aliud putãt ideã aliud reꝝ opificẽ deũ: Quare si idea ens ꝓprie dr̃ & deus ẽt ipẽ ꝓprie dicetur ens. Hæc tu satis ĩgeniose sed uide an satis perite. Illi. n. Proclus. s. & Plotinus ideã fatentur esse ens & dici: sed deũ ut supra entia ita supra ideas esse cõtẽdũt. Plotinus n. ĩ ea mẽte q̃ deo ꝓxima ẽ quã & primũ ens & primũ ĩtelligibile & primã uitam uocat ideas oẽs collocauit ut sit deus ideaꝝ nõ sinus sed fons non receptaculũ sed principiũ. Proclus nõ unũ mõ sed multos ordines mẽtiũ medios facit ĩter deũ & ideas q̃rũ plenitudinẽ: emulatus platõis uerba ĩ thimeo p se aĩal nũcupauit. Præte reo Sirianũ Ameliũ Iãblicũ aliosq; cõplures idẽ sẽtiẽtes. Rudim̃ta hæc & q̃si icu nacula sũt illius doctrine q̃ Platonica existimatur. Qđ siqs tibi det nõ aliud re eẽ ideã & deũ: aliud tam̃ rõne esse nec tu negabis. Quæ diuersitas abunde faciet ut deus qdẽ quatenus exẽplar ẽ hoĩs eq leonis ens dici uere possit: quatenus uero nihil respicit extra se nullãq; ad res creatas habet habitudinẽ sed ĩ suæ diuinitatis recessu solitarius manet appellationẽ oẽm entis excedat sitq; eius neq; nomẽ neque opinio ut Dyonisius inquit: Quare manifestissimũ est & ap̃ principes academie deum proprie ens dici nõ posse & siquis det ideam & deum re esse idẽ non tamen continuo sequi ut si idea sit ens: deus etiã ꝓprie ens dicendus sit. Transeamus ad alia inter quæ illud tibi maxime displicet quod dixerim aliquã esse loquẽdi rõnẽ quam si sequamur uere dicere poterimus unũ esse ente superius. Quando quidẽ sic deo dare unius possumus appellationem ut entis tamen non demus: propterea ꝙ ens concreti nominis (sic. n. latine loqui possumus) faciem habeat: significatq; id quod ab alio esse participat quod de deo dici non potest qui est ipsum esse. eadem inquis ratione unum appellari non poterit quia & unum. s. concretum nomen est quemadmodum & ens. Hanc ego questionem & uidi cum scriberem: & dissolui nam simulac probaui ens quia id significat quod non ex se: sed alterius participatu est enuntiari de deo non posse: adiunxi cui. s. deo quoniam unius datur appellatio consequens inde ut unum supra ens esse fateamur: statimque post hæc tuæ isti occurrens obiectioni adieci: uocamus autem tunc deum unum non tam enuntiantes quid sit q̃ quomodo sit omnia quæ est ex quomodo ab illo omnia sint unum enim inquit Dyonisius dicitur deus quia unice est omnia rursus unus dicitur quia ita principium omnium est quæ sunt sicut omnium numerorum princi-

Solutio secũde obiectiõis

Siri anus
Proclus.
Plotinus.
Themistius.

Opinio plotini de ideis.

Opinio ꝓcli de ideis.
Sirianus.
Amelius.
Iamblicus.
Alia solutio.

Dyonisius.

Solutio tertie obiectiõis

Dyonisius.

pium unitas est. Hæc ego ibi aduerbum. Si igitur cum deum unum dicimus enũtiare uolumus quid sit fateor tecum eadem ratione dici unum non posse qua neq; ens dici potest quia utrũque scilicet concretum nomen est. Quin hoc ipsum ego te prior in eodem libro aperte asserui per hæc uerba: hæc nomina ens uerum unum bonum concretum quid dicunt & quasi participatum. Quare rursus dicimus deum super ens super uerum super unum super bonum esse quia ipsum esse est ipsa ueritas ipsa unitas ipsa bonitas. Hæc ibi.

Non me igitur fugit: cum scribebam: & eque cõcreta esse ens & unum & ratiõe concretionis aut neutrum aut utrũque pariter a deo remouendum. uerum quem admodum supra admonueram: cum deum unum non tamen ens dicimus nõ qd sit deus: sed quomodo sit id quod est: significamus: quia scilicet principalissime et simplicissime est omnia Qui modus per entis appellationem nullo pacto uel indicari uel figurari potest: per unitatis autem typum & cognominationem potest: Ita

Aristoteles.

enim se habent entia sicut numeri ut scribit Aristoteles: & numerorum tam principalissima q̃ simplicissima unitas est. Adiicis admirari te ꝙ non solum iuxta Platonem sed iuxta Aristotelem etiam uelim defendere: deum non esse ens. Ego uero si librum attentius percurristi hoc toto opere principaliter ago ut ostendam deum et esse & dici proprie ens: non solum ex Aristotelis dogmate sed etiam Platonis consequenterque unum non esse ente superius. uerum ne omnino insanire uiderentur qui id dixerunt deum scilicet non esse ens sed super ens: Inter quos si nec Plato sit nec Aristoteles certe Dyonisius est areopagita utroque maior: probare conatus sum aliquam esse locutionis rationem: quam si sequamur non absonum erit a ueritate: deum appellatione entis esse maiorem. Quam a peripatheticis etiam interdum usurpari: licet a deo abhorreas. negare tamen non potes nisi illorum neges. auctoritatem Quibus tua etiam sententia primus in illa familia locus debetur.

Solutio quarte obiectiõis.

Aristoteles

Plato

Aristoteles

Plato

Dyonisius

Nam diuisionem entis in substantiam & accidens frequentem esse apud aristotelicos quis nescit? Cum autem ita ens diuiditur deum non ens sed supra ens esse tui Thome sententia est de quo illud olim solebas dicere Thomam aufer: Mutus fiet Aristoteles uerba Thome ferme hæc sunt. Deus nec accidens est: nec substãtia proprie dici potest: tum quia substantia ideo substantia dicitꝰ quia substat tum qa substantia quidditatem indicat quæ aliud est ab esse eius. Quare illa diuisio entis in substantiam & accidens: diuisio entis creati est hæc ille. Preterea cum dicit Aristoteles primum philosophum de ente agere quatenus est ens & causis principiisque entis: multi sunt ex peripatheticis qui uelint ĩter entia ibi ab Aristotele deum non collocari sed inter causas entis. Posse autem et rursus alia ratione locutionis ꝓprie dici: deum esse ens: non modo non negaui sed asserui confirmauique etiam multis rationibus tertio capite eiusdem operis. Nescio autem cur tu imitator semper auctorum illustrium: nũc tamen a clarissimis peripatheticis ad illos deficias Qui deum sub genere collocant quibus Boetium se nullomodo annumerari uelle

Tho.

Q̃ũo deus possit dici ꝓprie ens ꝓbatum esse.

Solutio confirmationis.

Boetius.

non dubito. Postremo nec unius diuisum: nec falsum ueri: nec boni malum eē negationem contendis. Equidem de horum oppositionibus scio non facilem esse controuersiam inter magnos auctores ob idq; librum in quo de his obiter tractabatur hac clausula terminaui. Quæ omnia breuiter hic perstringimus: fæta alioquin questionum multarum atque magnarum. Minus autem probabilem aut ueram esse sententiā quam sum sequutus: ut dubitem: nihil me mouent quæ tu obiicis. Chimeram ais nec unam esse nec diuisam. Ego uero dico chimeram quam mente concipimus ideo non esse quia partes ex quibus illam constare intelligimus: apud rerum naturam diuisæ: non autem unitæ sunt. Et quemadmodum illud nō est cuius partes ex quibus constitueretur si esset diuise sunt: ita illud non solum nō est sed nec esse potest cuius partes nec sunt unitæ nec ui naturæ uniri possunt. Quare non aliam ob causam chimeram non solū nō esse dicimus sed nec fieri posse credimus ut sit: nisi quia bruta ex quibus illam effingimus: in unam coitura aliquando animalis compositionem non est credibile. Rursum instas quia diametrū non esse commensurabilem: neque unum neque diuisum est. Falleris mea quidem sententia. Nam qua ratione falsum eadem necessario in se diuisum est. Eatenus enim aliquid falsum deprehenditur. Quatenus secum pugnat & cōtradictionem includit. Quid autem est aliud contradictionem includere q̄ in se ipso esse diuisum? Omne igitur uerum unum: quia sibi constans & consonum: omne falsum diuisum: quia secum pugnans & sibi ipsi non coherens est. Falsum negationem eē ueri multi crediderūt id quod te etiā nō latet: Nec obstant arguméta quæ affers. Falsum enim ut dixi illud uocamus quod non est id quod uidetur: ut falsum aurum quod uidetur esse aurum nec tamē est aurum. Quāq̄ autem falsum aurum non solum non sit aurum sed & aliud sit q̄ aurum: ei tamen quatenus falsum ē accidit esse aliud quippiam preter aurum: sed ideo falsum est quia non est aurum quod tamen esse uidetur. Aurum igitur falsum est q; ideæ auri nō quadrat: sed qa ideæ quadrat æris uel argenti ideo non omnino falsum. sed falsum dumtaxat aurum est sicut neq; omnino est non ens: quia licet non sit hoc quod est aurum: aliud tamen quippiam est: æs puta plumbum uel argentum. Quod autē nulli ideæ respondet id omnino & absolute falsum est sicut etiam omnino non est ens: quale est quod chimeram nuncupamus. Vide igitur ut pari cursu procedant: non ens: Diuisum & falsum. utq; proprie & chimera falsa: & omne falsum diuisum dici merito possit. Malum uero non aduersari bono oppositione contraria ut tu censes: & Albertus docet exponēs Aristotelis cathegorias & Thomas tuus latissime ī prima questione de malo: Quæ omnia credo iampridem tibi esse notissima.

Solutio qnte obiectionis

Solutio sexte obiectiōis

Quid sit falsum absolute

Solutio septime obiectōis

Albertus.

Thomas.

VALE.

IO.PICO.MIRAN.ANTONIVS CITADINVS.

q

Vātū ego amarim te ac semp coluerim uir pstātissime tu ipse testis es q diligētē pcipuāq; erga te opam meā facile recordari potes si uelis. Qd si nūc ab Antonio uetere amico & cōpatre amari aut dubitas aut nequaq̄ credis parū hercle meæ erga te obseruātiæ meministi: Qui.n.fieri pōt: ut quē uix philosophiæ initiatū dilexerim: coluerim: nūc doctrina: pbitateq; isignē nō amē nō admirer. Vtinā æqua te oēs beniuolētia cōplexi essent: qbus cū familiariter uersatus es q̄li quātaq; Picū suū cōpater tuus semp psecutus est: Sed iam ad nr̄a ueniamus: Ais libellū tuū de ente & uno pbe iscribi potuisse q̄ titulus opis curtus & si entis uniusq; tractatū pmittat phemiū tam̄ qd̄ fusior ē titulus qualē tractatū polliceatur explanat mutuā.s. entis uniusq; cōuersionē: sed uide obsecro nūqd isthæc tua defensio sufficiat: pari n.rōne si libellus ederet̄ iquo sola aīi mortalitas ab auctore esset asserta: de aīa libellus merito posset inscribi: Auctor.n.opis disputationē igrediēs mox qōnē forte proponeret interrogans nunquid anīa imortalis sit nec ne: hec uero obiectio i priore epistola tota fere explicata est sed nihil iudicio meo respondisti. Preterea si circa uelocitatem motuum questio fiat nunquid arithmeticam geometricam ue proportionē cōsequatur & i principio opis multa auctor se ex geometria desumpturū pmittat posset libellus de geometria iscribi: q tam̄ circa motus uersaret̄. Sed hæc ut pote friuola omittamus. Alio libello i hāc snīam a me scriptū ē. Nemo inq̄ dixit platonicos aliud sentire nisi aut oēs aut plurimi id sentiāt. Si uero themistius iter platonicos: nō ignobilis ex platonis snīa affirmat ideā q̄ rer̄ pricipiū ē uere ac pprie ens eē absolute pnūtiādū nō fuit platonicos iuxta platonē arbitrari deū uere ac pprie ens nō eē: idea.n.deus ē: Tu uero respōdes aliud esse ideā: aliud deū q̄ si datū sit ideā deū esse iā nō ppea colligi oportere deū pprie ac uere ens eē: deus enim atque idea & si non re: ratione tamen discrepant: Sed ego nolim hoc loco disputare nunquid platonici existiment aliud esse deum aliud ideam cum sit questio a proposito longe aliena: q̄q̄ plurimi auctores greci pariter & latini ideas Platonis in deo constituant Platonem imitati satis uideor proposito fecisse q̄ monstrarim platonicū quendam neque hercle ignobilē asserere iuxta Platonem ideam ac propterea deum uere ac proprie ens esse: neque enim rationis discrepantia ad quā refugis hac in re aliquid facit. Idea enim relatiua ē: deus aūt absoluta res ē: Si igitur deus ea pte qua extrorsus refert̄ uere ac pprie ens ē quanto magis ens cēseri debet ea rōne q̄ deus est & i ppria natura cōsistit. Cur.n.idea ea rōne qua idea est uere ac pprie ens est: Nulla inq̄ rō assignari pt nisi dicat̄ iō uere ac pprie ens esse q̄ uere ac proprie est: Magis igitur deus ea ratione qua deus est uere ac pprie ens erit ego.n.inquit sum qui sum. Preterea hoc modo obiectum est si plato

Prima obiectio.

Secunda obiectio.

nici ideo iure defendi possunt qui aiũt deum uere ac proprie ens nõ esse: sed unũ: quia nomen entis cõcretum est quod alienum aliquid significat ab eo qđ est unũ aũt iõ esse ꝙ unice oĩa est pi pacto colligi põt deum unum non esse unũ.n.cõcretũ nomẽ est. Quinimo nec beatus erit nec deus utraq;.n.uocabula sunt concreta: tu uero respõdes deũ nõ appellari unũ q̃si unius noĩe dei sba monstretur sed qũo sit id qđ ẽ explicari: sed rogo quorsum hoc? nõdũ.n.soluiſ obiectõ: deũ dicis nõ eẽ ens: sed unũ: qa entis nom̃ cõcretũ ẽ. Si igitur unũ quoq; cõcretũ ẽ nõ ne eadẽ rõne colligi oportet deũ unũ nõ eẽ: nec deũ: qđ nom̃ ad sbãm ptinet: queẽadmodũ & ens: p̃terea si iõ unus ẽ qa unice ẽ id qđ est: cur ens quoq; appellari non debuit uno.n.eẽ oĩa ẽ: q̃ ẽ: sapiẽtia.s.& bõitas & potẽtia: nõ.n.unus dr̃ qa solus sit unus eadẽ igitur rõne ens uocari poterit licet solus nõ sit ens: est.n.maxĩe ens. Preterea rõ ea nõdũ soluta est q̃ ita dicebatur: deus uere ac ꝓprie est: ens ãt dictũ ẽ eo ꝙ est queẽadmodũ sedens eo ꝙ sedeat deus igitur uere ac ꝓprie ens est: ego.n.inqt sum q sum. Rursum miratus sum ꝙ defenderes iuxta Aristotelẽ quoq; deũ aliquando noĩe entis minime censeri qa nõ eẽt p se ens neq; p accidẽs neq; subã neq; accidẽs ego.n.mõstraui deũ neq; ens p se neque p accidẽs esse neq; inter sbãm & accidẽs mediũ aliqđ cogitari posse. Tu uero primæ obiectioni nihil respõdes. Cõtra uero secũdã unũ dũtaxat Aristo. iterpretem allegas hoc est. Beatũ Thomã: q ait deum ꝓprie sbãm nõ esse eo ꝙ nulli substat accidẽti nec essentia dei aliud est a deo: sed uide uir p̃stãtissime nũqd Thomas aduersum te testimoniũ ferat: Si.n.entis in sbãm & accidẽs diuisio iuxta Beatũ Thomã entis creati diuisio est queẽadmodũ refers: qũo ignorari p̃t aliqđ ens icreatũ esse: qđ deus ẽ: q̃ igitur rõne tueri potes iuxta. B. Thomæ iterpretationẽ Aristotelẽ arbitrari deũ ꝓprie ac uere ens non esse: sed q̃q̃. B. Tho. quodã i loco negare uideatur deũ ꝓprie sbãm esse Magistrũ sniaꝝ imitatus eo ꝙ nulli subẽ accidẽti nõ tam̃ ppea falsum ẽ qđ scripsimus supiore epistola iter sbãm & accidẽs mediũ nõ esse qđ. B. Tho. plerisque i locis efficacibus ꝓbat argum̃tis neque tu unũ exiis que ad te scripta sunt soluisti: Si igitur aliquãdo deũ negat esse sbãm uerba ipa que affers hoĩs mentẽ plane apiũt: Sba.n. modis multis dici põt qđ ipsemet pria pte latius explanat aliquãdo.n.proprie sbã eo dicta ẽ ꝙ accidẽtibus substat q̃ rõne negat deũ esse sbãm: nec id qdẽ simpliciter & absolute: sed ait proprie sbã nõ ẽ: qa nulli substat accidẽti: Sba uero nõnũq̃ dr̃ qđ p se ẽ & sbõ nõ eget quo mõ. B. Tho. sbe nom̃ aliquãdo & qdẽ freqũeter usurpat: Sic ãt iter sbãm & accidẽs nulla medietas cogitari p̃t ẽ: n. utriusque p affirmationẽ negationẽque diuisio. Qđ uero nulla ductus necessitate: sed mea spõte affirmaui ex Boetii Augustinique snĩa deũ: p se i p̃dicam̃to collocari non id ppea dixi ꝙ Beatũ Thomã non magnifaciã nõ uenerer nõ probẽ. sed id ppea dixi ꝙ sola. B. Tho. auctoritas non sufficit admonstrãdũ uel aristo. uel aristolelicos arbitrari deũ i p̃dicam̃to nequaq̃ collocari: neque propterea ab optimis auctoribus ad iprobos & plebeios defeci: imo optimos sequor & ꝓbo: nũqd tu. B. Thomã uel Boetio uel augustino uel æqualem facis uel superiorem? Ego quidem omnes & olim legi &

Confirmatio

in dies lego: nec puto uegeti quépiá eē īgenū q ea quæ a britanis nostris Suisset di co & similes excogitata sunt aut ignoret aut negligat: Nō equidem omnia que ab illis scripta sunt probo & admiror: uerum non nulla nec herde pauca soleo sepe nu mero ex aristotelis proborumque auctorum sententia infirmare: sed non possum nō mirari maximā hominū subtilitatē & acutissimas in rebus physicis rōnes: quas ipse ēt Aristo. si a mortuis resurgeret admiraretur & mirū ī modū extolleret subti litatem saltem ī pluribus ꝓbans & si nō ueritatē. Defendis p̄terea unius negatio/ nē eē diuisum: chymera. n. inqs diuisa ē eo ꝙ ea ex qbus cōstaret si esset ab inuicē diuisa sunt neque uniri possunt: Dyametrum uero cōmēsurabilē esse iō diuisum putas ꝙ a se ipso diuisum ē & dissonat. Verba qbus uteris hec sunt. eatenus enim aliud falsum esse depreheditur quatenus secū pugnat et cōtradictionē icludit. qd aūt ē aliud cōtradictionē includere q̄ in se ipso esse diuisum: oē igitur uerū unum qa sibi cōstás & cōsonū: oē falsum diuisū qa secū pugnās & sibi ipi nō coherens ē: sed uide qūo pōnem tuā possis substinere. Si. n. aliquid ideo unū est ꝙ sibi cōsonū est & a se ī diuisum falsum ipsum & impossibile unū erit & uerꝫ: nō dixerim hoc falsū et illud qđ est chymerā eē uel ceruū uolare sed ipsam falsi impossibilisque na turam intelligo: quā probabo unā esse & uerā: chymera quippe iuxta tuū dogma diuisa est propterea ꝙ ptes ab inuicē semp diuise sunt: propterea etiā ꝙ a se diuisa est: neque. n. chymera est chymera eademque rōne dyametrū esse cōmēsurabilē diuisum ē: neque. n. aliter itelligi pōt utrūque horꝫ a se ipō disonare secū ꝗ pugna re: At falsum ipm si sepatim spectes falsum ē ipossibile quoque ipossibile est: neu trum igitur secū pugnat neutrū a se disonū est: mortui quoque eadem rōne ne/ quaq̄ secū pugnāt: sūt. n. mortui q iā mortui sūt: qđlibet igitur horꝫ unū est & ue rū: si eo aliud est: unū ꝙ a se indiuisum est. Preterea qūo uerū est oē qđ falsum est cōtradictionem claudere? Nō ne multa sūt falsa que uel nature uel hoīs potestate uera esse possūt? Diffinitionē ēt ueri rursus a te positā defendere conaris aisque ue rū esse qđ uī esse qđ ē: falsum uero qđ uideī qđ nō est nūc ppea colligi putas fal sum ueri negationem nō esse: sed argumto meo nihil pace tua dixerim hactenus respōdisti argumtū tale est. Si uerꝫ est qđ uideī qđ est: falsum uero qđ uideī qđ nō est cū iter uideri qđ est & uideri qđ nō est nulla cōtradictio sit nō erit falsum ueri negatio: Si nāque nec hō esset ī rerꝫ natura nec deus Socrates nō esset: nō ita que uideretur qđ esset neque qđ nō esset nō uerus igitur esset nec falsus: esset āt nō ens: nō ens igitur & falsum aliquādo dissentiūt: Beatus ēt Thomas cui non re fragaris uerū falsumque inuicem cōtraria esse ꝓnūtiat si ad aīum referantur: ex quo tua etiā snia ueri falsique ratio dependet: existimatio inquit uera falsaque sūt inuicem contrarie quemadmodum Aristo. dicit. Postremo negas bonum malum ꝗ esse inuicē cōtraria neꝗ ppea rōni respōdes qua ꝓbatū ē eē cōtraria: nec saluas qūo malū sit boni negatio: ego. n. ita dixi: nulla negō ea p̄sertim q̄ illa cōplectiī q̄ nō sūt genus eē p̄t: i topicis. n. ab Aristo. dī nō entis nō eē genera nec spēs malū igiī qđ oīa cōplectiī nō ētia genus eē nō p̄t: qūo igiī aristo. uir sūmus dixit i pdica

Tertia obie/ ctio principa lis.

mētis bonū et malū cōtrarioꝝ genera eē? Ais ēt Albertū quē arbitror apđ te momē tū habere: negare bonū malūq; eē inuicē cōtraria: idē q; beatus Tho. sentire in prima qōne de malo: nec propterea respōdes qūo Boetius aut uerū dixerit aut mentitus sit qui ī pdicamētis ait bonū malūq; eē inuicē cōtraria. Dico igitur rursus & approbo bonū malūq; eē inuicē contraria nō quod quēadmodū albū & nigrum calidū & frigidū q̄ oīa uere qualitates sūt: sed quēadmodū sanū & egrotū: forte ac debile: rarum & densum: pulchrū: & turpe: & similia huiusmodi multa nec beatus Thomas id negat: sed uir eminentissimus in prima qōne de malo circa solōnē secūdi argumēti monstrat qūo bonū & malū & si priuatiōis & hītus oppositiōe aduersentur īter cōtraria tamē cōputari solēt: idq; simplicii auctoritate cōfirmat: obiectiones igiť noſtræ quæ ob solā ueritatis īdaginē mutuāq; īter nos caritatē excogitate sūt nūdū mihi uidētur ex toto infirmatæ rogo igitur obsecroq; ut eo amore: quo angelo tuo Politiano uiro noſtræ etatis doctissimo platonici dogmatis ueritatem aperire conatus es: nobis quoq; eodē zelo nodos ac syrpos nr̄æ ībecilitatis exoluas: ego qdē plurimis lectionibus & medicādi officio interim sum īplicitus: tu uero q totus cōtēplatiōi uacas & p gradus quatuor ī pfūdā dei caliginē niti potes nullo uel paucissimo labore et tenebris lucem uindicabis: bene uale. bene uale nostri memor: ex ferr. xi. Kalen. Iunii. Mcccclxxxxi.

Responsio secundarū obiectionum.

IO. PICVS MIRANDVLA ANTONIO CITADINO SALVTEM.

a Vt breuis nimio plus aut certe obscurior fuit prior epistola ī soluēdis qōnibus tuis sup eo libello quē nup eididi de ente & uno: Iteras. n. easdē qōnes et de iisdē eadē dubitas. Eqdē nō negabo ī primis lr̄is q̄dā omissa: qbus nihil respōsum ē: ne ī leuibus rebus uerba pdigerē q̄dā breuiter a me tractata: ut q philosopho hoī īdicādas res potius crederē q̄ explicādas. Nūc postq̄ a me hoc postulas minutula ēt queq; cōsectabimur: & p singula capita tuaꝝ qōnū iubebo meminisse eoꝝ quæ prius scripsimus excitaboq; ubi erit opus ad eoꝝ pfūdiorē ītelligētiā. Porro qm̄ tu neq; platonicas cōmētatiōes. neque ob ignorātiā ēt græce linguæ grecos hactenus pipateticos attigisti: ducā te p lineas decretaq; latinoꝝ p̄sertim Thome q tibi magis familiaris ad platonicoꝝ: de qbus agiť ī meo libro sensa pcipiēda. ē āt qđ te angit ī primis. Qua nā rōne platonici deū sup ens collocēt: nā si deus inqs uere ē: certe uere ac proprie ens ē: & dr̄: q̄ dudū sedēs qspiā uere dr̄: qa sedeat. Addis si q̄tenus idea ē: ens est: multo magis q̄tenus deus ē: ens fore ut sit: & dicať. q; si nō oēs platonici ideam & deū idē eē cōcedāt satis tam̄ ad me oppugnādū eē ais si id unus themistius nō dixerit. qđ ego platonicis ī cōe ascripserim. Illud itē ītelligere nō potes. Qūo deū dicā unū appellari: cū p hoc nō qd sit: sed qūo sit eē q̄ ē significamus. nā si unus ē īqs quia unice ē oīa cur non ens quoq; appellari debet cū uno esse sit omnia que est. Non enim unus dicitur quia solus sit unus. Quare uocari pariter ens poterit q̄q̄ solus ens nō sit. hæc sūt primū qbus te extricare nō potes: sed paucis & quēadmodū

Thomas

Recēset ea de qbus iteꝝ dubitat.

Themistius.

sum pollicitus ex his etiam quæ tibi sunt nota omnem a te dubitationis scrupulũ
Pro clariori ĩ a mouebo. Nosti aliud esse apud Thomam essentiam rei aliud existentiam: exi/
telligẽtia hec stentia rei illud est quo res est hoc est existit: essentia illud est quo res certam spe/
prefatur. ciem adipiscitur aut equi. s. aut lapidis. aut uirgulti. Quare quod essentia dicitur
etiam a iunioribus quidditas appellatur quia. s. ex essentiæ notione: scimus quid
Aristoteles. nam sit res. Cum igitur ut Aristoteles docet secundo libro analyticorum posterio
rum alia questio sit cũ percontamur an uerbi causa rosa sit alia cũ scire uolumus
quid nam sit rosa: Prima utiq; questio ad rei existentiam spectat. Secũda ad essen
Aliud p̄satũ. tiam: siue ut uerbis utamur recentiorum ad quidditatem. Rursus memineris ex sẽ
tentia Thome omnia citra deum que actu sunt ex essentia & esse (sic enim uocat
existentiam) esse composita: deum ipsum neq; compositum esse ex essentia & exi
stẽtia neq; rursus eẽtiã esse sed purã ipsamq; existẽtiã a qua deinceps omnis alia
Tertium. rerum creatarum existentia deriuatur creatis. s. essentiis cõicata. Adde his dictiõe
hac q̃ ẽ ens plerũq; essentiã ĩdicari hac ãt dictõe ẽ ĩdicari existẽtiã nõ eẽtiã. Q d̄
Thomas & te idẽ Thomas docet in prima questione de malo: ubi ait cum dicimus hoc aut
illud esse ens questioni responderi qua queritur quid sit res (hæc autem ut supra
diximus questio ad essentiam rei spectat) cum uero dicimus. hoc est aut non est sa
tissieri querenti an sit res: quæ ut dicebamus questio attinet ad existentiam. Iam
Solutio argu omnis tibi ut credo platonicorum sententia: & tuæ obiectionis solutio aperta ẽ. Nã
m̃ti ex Tho/ si deus existentia est non autem essentia ut uere dicimus deum esse ita uere nega/
me sententia mus deum esse ens. Nec possum non mirari te etiã si platonica non legeris in tho
mæ tamen lectione frequentem huic adeo insistere argumentationi: deus est. ergo
Thomas. est ens: cum ipse Thomas aduerbum dicat non se hæc mutuo consequi esse: & eẽ
ens: sed ad diuersas oĩo q̃ões neq; cognatas ĩuicẽ ptinere. Quã q̄d opus hic tho
mæ auctoritate? Quis dubitat nisi ĩsipiẽs an sit deus? qs rursus nisi ĩsipiẽs p̄sumit
scire ẽt aliqua ex pte uel minima q̄d sit deus. Cũ igiť diuersissima sint scire an sit
deus & scire quid sit deus: diuersissima etiam erit oratio: qua dicitur deus ẽ ab ea
qua dicitur deus est ens: cum illa deũ esse quo nihil est certius asseueret: hæc ue/
Nota. ro quid sit deus aliqua ex parte. Quo nihil incertius audeat pronuntiare. Quapp
Iuxta denominatiuorum diffinitionem unus ab unitate denominatiuum est: deus autem iuxta tuam positionem ex similitudine unitatis unus dicitur: non igitur ad substantiam dei spectat predicatio: qua platonici dicunt: deus est unus: preterea cum dicimus deus est unus non quid. sit sed quomodo sit significari putas: modus autem ex accidentium est genere non igitur uocabulum unius in deo substantiuū est neq ad rem pertinet: q uel platonicam sectam nō didicerim uel grecam linguā ignorem: non enim id satis est ad tutandam academicorum disciplinam.

Si deus non esset & aurum esset: aurum inquis esset aurum & non esset aurum: igitur esset aurum: Si igitur diffinitio ueri constat erit uerum nulli quadrās ideæ.

Si socratem sedere neq uerum est: neq falsum eo q necessarium non est: equidē defendam non in quolibet affirmationem ueram esse uel negationem: nō enim in quolibet uel una uel altera necessariam habet ueritatem.

Si bonum & malum sunt in rebus: uerum uero: & falsum in anima ubi ē tua affir mationis & negationis oppositio? negatio enim nihil ponit: Quomodo ēt chyme/ ra in rebus ē & anima si ē omnino non ens & falsa? cum nō ens & malum mutuo conuerti putes.

Si cecitatem esse cecitatem uerum est & quis non uideat cecitatem esse ueram: idē enim sunt: sola enim cecitate posita. ponitur hoc quod ē cecitatem esse cecitatem: & ablata aufertur unde eadem ratione soc. & socratem esse socratem idem est & eadem generatiōe utrūq generatur: & per se: deus quoq & deū eē deū idē: utrū q enim eternum est & prima ueritas.

Si falsum omne simpliciter diuisum est ut probatum esse non negas dici non debu it falsum quiddam cum hac solum conditione diuisum esse hoc ē q̄diu falsum est:

Si enim omnis homo simpliciter & absolute est risibilis condictionem non oportet adiungere: qua restringas dicens: omnis homo est risibilis q̄diu est homo: nec propterea restrictio debuit adiungi ꝙ non omnia falsa sunt æqualiter diuisa : aut falsa nec enim omnia entia sunt æqualiter bona: absolute tamē bona sunt omnia.

Quomodo concludatur bonum malumq; esse cōtraria: si prosequi: & fugere sunt cōtraria facile cōstabit. si rō cōtrariorū motuum satis a te fuerit intellecta.

Quid miraris si dico latinos Aristotelem non negare: quem Simplicius negat: nō etiam boetius: nunquid propterea uel Boetium non imitor uel barbaros ex tollo: mirum me hominem uocas: Ego uero te mirabilem appallarim: qui cū boetiū imiter posthabito interim Simplicio me Boetiū aspernari: & barbaros seq existimes.

Si contraria sunt bonum & malum chimeram uis probare aliquid esse: quod in rerum natura sit: sed si perceptum sit qua ratione bonum & malum contraria dixerim: quod nundum aut uis: aut potes intelligere nihil ex chymera probaueris.

Priuationes quasdam a me Semiplenas uocari plurimum admiraris & nullas esse probas hoc modo : Malum est nihil: igitur non est semiplena priuatio : Ego uero argumentum tuum prosequens: sic dicam: ægritudo mala est: igitur nihil est. non est igitur semiplena priuatio: est autem priuatio quedam ægritudo: non igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiam semiplena priuatio: sed plena potius: & perfecta: quod fieri nō potest imperfecte igitur priuatiōes semiplenæ sunt ut ægritudo. raritas: turpitudo: cecitas uisus perfecta: boni imperfecta: bonum enim quod in uidēte est totum non adimit.

Si uerum est quemadmodum scribis malum omne boni aliquid reliquere : chymera igitur: quæ est omnino non ens: & mala boni aliquid retinet. Si uero boni aliquid seruat non omnino mala est: neq; omnino non ens. licet etiam potentia: qua creari potest & esse: in deo sit: & notio: qua potest intelligi sit in animo non tollitur quin chymera potentia bona sit: & ens : est enim potentia dei: & chymeræ alia & alia ratione: nec enim negamus antichristum potentia bonum esse cuius potentia qua potest esse partim est in materia partim in cœle: & homine. Preterea quomodo chymera. si omnis interim cogitatio & potentia dei excludatur est omnino non ens & mala. Vt enim non ens sit certe mala esse non potest: Malum enim est priuatio: que que in subiecto consistit: quod necesse est bonitate participet Alioquin sub̄m esse non posset: Quod enim omnino non est subiici non potest.

Nundum improbasti: quod a me dictum est : idq; simplicii auctoritate confirmas nisi quod ais id simplicius non dicit. sed non propterea gloriari oportuit: neque enim dixi Aristotelem sentire omne omnino ens uel per se uel per accidēs esse nec Beato Thome aliquid propterea falso ascripsi.

Licet priuatio omnis negatio quedam sit nondum tamen constat aliam non esse affirmationis negationisq; oppositionem. aliam uero priuationis & habitus: nec ꝓpterea si malum est priuatio boni malum & non bonum cōuerti necesse est.

Defensionem tuam qua tutari uis deum non esse deum. ego nec ueritati nec Beato

Dyonisio consentaneam puto nec beatus unq̄ Dyonisius deum negauit esse deū: Sed quemadmodum. B. Tho. interpretatur nullum nomen dei naturā integre potest explicare: nec alia ratione affirmationes putat deo esse impactas. Tu uero dicis dei nomē si descriptionem habet sībe rationem habere non etiam predicati: sed hoc concesso argumentum perstat: Sit enim. a. ratio nominis: dicaturq; hoc modo deus est. a. ratio enim cuiuslibet de eo predicatur cuius ē ratio. igitur facta simplici conuersione. a. est deus. igitur deus est deus: item dicis cum queritur an deus sit aliud a deo nec ne: fieri oportere quid dei nomine concipiatur: quicquid autem detur aliud inquis dicam deum esse. est enim supra omne id quod cōcipi potest: sed nōne huiusmodi solutio secum pugnat. Si enim cōfiteris propositionem huiusmodi: que est deus est supra id quod cōcipi potest nō ne palam aliquid de deo affirmas fiat igitur & sit nominis diffinitio ea oīo que est supra id quod cōcipi potest & argumētū militabit p̄terea sequitur deus est supra omne id quod cōcipi potest igitur deus cōcipi nō potest alioquin idem supra se ipsum foret non igitur amari potest nec coli.

Postremo tātam putes esse auri potētiam uelimus nolimus uel re uel animo ex necessitate deum secum trahac hoc modo: Aurum est. igitur ipsum esse est. igitur deus est: item sic deus ē. igitur īfinitum ē. īfinitum ē igitur nihil ē. Si ens īfinitum ē īquis finitum nō ē. quasi sic arguas finitum nō ē. igitur nihil ē: deinde sic īfinitū ē igitur īfinitum nō ē. īfinitum enim īquis se se ipsum perimit: Equidem puto si Nicoletto quispiam huiusmodi argumēta scripsisset: nihil respōdisset: nec ego cōtra aliquid opponam: ne ubi res mihi luce clarior uidetur aliquid uideat dubitare: q̄ si isdē argumētis positiōem tuam probes equidem uereor ne aurum perdas.

Iis obiectiōibus si uoles aliquid respōdeto compē optime. quo disputatiōi iā finē faciamus: satis enim lusimus. ceterum nolim putes me aut odio aut maliuolētia ī hec diuertisse: scio meministi priusq̄ aliquid tibi scriberem significasse an uelles: Equidē deum testor comitē meū mirādulanum & amo & ueneror. quod si aliquādo experiri libuerit me nihil mētitum cognosces.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLA ANTONIO FAVENTINO PHILOSOPHO INSIGNI. S.

q Vamq̄ Ioānis pici patrui mei obitu studiorū meorū alacritas oīs & spes que quasi tota ī eo reposita fuerat elāguit quippe cum futurum sperarē eo uiuēte ut philosophie studia ad castitatē pristinā: sed magnis ditata opibus reuocarētur: christianaq; fides eliminatis ī uniuersum erroribus heresibusq; depulsis ualidissimis ī aduersos hostes turribus muniretur. Nō tamen sic animo cōsternatus sum ut totis uiribus nō laborauerim ne uigilie omnes inchoateq; lucubratiōes que ab homine illo ī litteris unde quaq; admirādo profluxerāt penitus deperirēt quo circa mihi ipsi nīsq;

hominibus cõsulens q̃ maximis potui itineribus florẽtiam cõtẽdi dediq; operam qua potui ratiõe ut q̃cũq; ab eo notata fuerãt licet ĩ expolita & ĩ excussa ĩ nostrã permitterẽtur potestatem nõ inanes oĩo fuere conatus nostri: nã & si adaperte ad huc tabule nõ essent nec notus heres adaperta nihilominus ita scrinia fuerũt ut cõ mentatiões cũctas inspiceremus uersaremusq;. Vidimus in chartaceis illis disper/ sis codicibus incredibile hominis studiũ. lectionem omnimodam conceptus supra captus humane mẽtis admirabiles. Verũ ĩ redigẽdis scriptionibus nõ laudãdã ĩcu riositatem. hinc inde disiecta dissipataq; omnia. sed de his alias. Dũ hec diligenti cura euolueremus opusculũ eius de uno & ente quatuor ferme ante occubitũ an/ nis emissum una cum tribus in ipsum a te perscriptis epistolis earumq; responsis ĩ manus incidit quibus ob rei nouitatem nõ perlectis modo sed haustis sed pene ut aiunt deuoratis (rumore enim id factum agnouerã sed quid momenti allatum eẽt exploratum satis nõ habebam) Mecũ cogitare disceptareq; occepi an illud publici tus aliis cum operibus que in unum redegeram & publicanda censueram ĩpresso/ ribus dare deberem nulla tuarum obiectionum habita mentione: An cõsultius fie ret si & oppugnatum hinc offensaculis inde propugnaculis promunitum exiret in publicum. Post longam rei discussionem postrema tandem menti sententia sedit. Sane doctis hominibus obuiam factum notas ĩfamie ferre uideretur. Si accusato res non tantum expauesceret. Sed & in iudicium citare recte quasi parum fidẽs cõ sciẽtie non auderet pariter quoq; ut responsis comitatũ iret oportunũ esse uisum ẽ ueluti ad defendẽdam cãm innocentie testibus quod nostrum consilium laudatũ iri a probis uiris nõ dubitaui quando aut me pati oportuisset defunctũ patruũ ho minẽ ꝓfecto de me meritissimũ aliqua ex parte famigerate doctrine sue tali nõ ꝓ mulgato libello defraudari aut eo solo progrediente nequissimis uituperationibus ansam semp criminãdi relinquere nõ accitis in forum que & obiectãdo & repellen do pluribus utrinq; epistolis cõcinnata fuerãt. At oblatis nõnullis litteris Christo/ phori saxoli nostri & ciuis & medici quibus quartã te super id negocii cudisse epi/ stolam que responsione caruerat ut aiebas nobis significabatur: res in dubium re/ uocata est. Iterũq; sñie ancipitis factus pensiculandum exactius libratum iam iu dicium duxi quando postremus accusator urgeret cãm: nec esset qui patrocinare/ tur. Inde meũ subiit aĩum titilatio quedã suscipiẽde defensionis quo me tamẽ pro tutando silentio uerterẽ nõ erat in promptu. Mouebãt hinc mentem hominis mo destia ĩ oẽsq; benignitas ingenii quoq; solertia & acrimonia in enodãdis diluendis q; ẽt ex tẽpore difficilibus nodis in explicabilibusq; scyrpis ut scilicet arbitrarer ul/ timã epistolã tuã nõ fuisse tuto delatã. cogitabã ĩde factu facile fuisse ut qđ rescrip sisset. Si tamẽ fideli nũtio tue sũt reddite epistole uel tabellarioꝝ ĩcuria (fit. n. id se penumero) uel alio quopiã casu ĩ itinere periisset. Succurrit demũ ĩ enodationibus prioꝝ qõnũ tuaꝝ cõquestũ illũ fuisse a te sepius eadẽ iterari & de eisdẽ sepius du/ bitari ob id statim totius cõtrouersie uestre capita ꝑcucurri an. s. ĩ primis respõsio/ nibus aliqua deprehendi possent q̃bus mõstrarẽ fuisse quarte epistole satis ĩ parte

factum anteq̄ scriberetur. Successit ex uoto res tantaq; repperi ad propositum faci
entia ut si non uerbis quantum fieri potuit obiectionibus ultime epistole responde
rim a deo ut ipsarum nodos ex priorum questionum tuarum solutionibus apertos
magna ex parte possis agnoscere Addidimus multa a magnis etiam auctoribus ꝓ
testimonio petita quæ omnia non alia de causa factitata a me existimare te uelim
nisi ut rudium insolétiumq; philosophie & maliuolorū iudiciis occurerē: ad quos
forte cum peruenisset fama quartam te ad patruum meum super ea controuesia
dedisse epistolam cui non respondisset tulissent actutum sententiā (qui blacteroni
bus & inuidis mos est) alia quapiam de causa q̄ iusta nō esset rescribere picū non
curauisse Alioqn mi Antoni etiā a principio susceptū opus libentissime omisissem
Tum ut cōtrouersiis a quibus abhorrēs sum & si iustissimā cām agerem nō uide/
rer initiari Tum ut a uero philosophie tramite nō deuiarē quem post equos & ar
ma (& si quosdā litteraꝝ flosculos a pueris olfecerim) post magnoꝝ ducum cōmer
tia Io. pico patruo Ioāneq; mainardo nostro ducibus metiri occepi quādo nature
notitia nō ad litterarios desudādos agones. sed ad nature ipsius cōditorē agnoscen
dū ordineē philosophiceq; cōmētationes suapte semp sponte inuitare nos debeant
ad penitissima diuinoꝝ eloquioꝝ uestiganda sensa: hic studioꝝ oīum finis his no/
bis iter reuelatur ad celum si tam̄ ea nō glorie nostre captāde gratia excoluerimus
sed ut deum nostrum & facilius cognoscere & feruentius amare possimus. Vt inde
promptius q̄ mandauit facienda prosequamur q̄q; docuit uitanda fugiamus. En
tibi cām suscepti huius mihi oneris tecūq; negocii explicatā iustissima est ut uideē
iccirco equo a te aīo pferēda quinetiā arbitrari forte potui ut his nr̄is uti possem ue
luti internūtiis ī auspicata mihi iā tecū cōtractaq; ferrarie beniuolētia cōfirmāda.
Nā cū ꝓximis diebus istuc appulissem q̄ es hūanitate me īuisere dignatus es. Atq;
interloquēdum de litteris deq; morte patrui ac eius operibus multis incohatis nec
consūmatis percepta opinione mea respondendi. s. tibi soluendiq; argumentatiōes
tuas tantum absore ostendisti ut offendereris ut etiam quod facturus erā laudaue
ris: Sed ipsum iam negocium agredientes prime obiectioni dissoluende manus in
primis admoliamur. ea est huiusmodi.

Non ideo dictum est deum ens non esse ꝙ esse in deo pro essentia est: sed quia esse
nō est aliud ab essentia quod longe diuersum est alioquin ipsum esse lapidis qđ si
bi pro essentia est nec ens esset: nec bonum esse enim lapidis non est essentia sed ip
sum sibi & esse suum & sua est essentia cui uel facillime respondebimus. Sed iube
bo in primis eorum te meminisse que ab ipso huiusmodi rei gratia sunt perscripta
ne pugnantia ille uerba protulisse uideretur. In eo quippe cōmentario de ente &
uno (quod etiam in tuarum obiectionum responsis cōmemerauit) Amelium iam
blicum Sirianum compluresq; Platonicos qui deum ens non esse dixere non mo/
do probauit sed toto tractatu principaliter hoc egit ut non solum ex Aristotelis ue/
rum etiam ex Platonis dogmate ostēderet deum & esse & dici proprie ens. Sed &
aliquam loquutionis rationem esse monstrauit quam qui. sequeretur non absonū

Prima obiec/tio.

Prefatio que dam.

Amelius Iamblicus Syrianus

erat a ueritate deum appellatione entis esse maiorem Atq; ob id hoc a se sactitatũ est ut & Dionysii auctoritatis & Thomæ ratio haberetur ne omnino ut eius uerbis utar insanire uiderentur doctissimi sanctissimiq; uiri qui id dixerunt Deum. s. nõ esse ens. Sed super ens quam sententiam alter milies repetiuit alter quandoq; usurpauit: Sed readeamus ad nos. Cum ergo hoc modo Deum ens non esse dictum sit hac rõne id prolatum asserimus quod esse in deo pro essentia sit. cui opponis nõ hac sed illa assertum ratione quod esse dumtaxat non sit aliud ab essentia, duo hec diuersa esse penitus existimans ego uero alterum alterius dicti aperitionem dilucidationemq; esse contendo. Cum enim dicitur ens non esse deum quia ĩ eo esse ab essentia dissepatum non sit nil aliud affertur q̃ esse in deo esse sibi pro essentia: nec per hanc orationem. s. esse in deo non est aliud ab eius essentia iudicatur nobis eẽntiam in deo esse ut per uerba illius contra quem argumentatus es liquido perspicitur nam tuam obiectionem patruus confutauit quæ hanc ipsam materiam concernebat ĩquiẽs: nõ. n. Platonici cũ id aiũt ĩtelligũt eẽ ĩ deo eẽntiã & eẽ sed ĩ eo nõ differre. At esse in deo locum eum habere quem in rebus aliis habet essentia ut ei pro essentia nihil sit aliud q̃ ipsum esse ꝙ autem incongruum omnino credas ipsum lapidis esse nõ posse dici ens & bonorũ mutabis forte sententiam si consideraueris q̃ a Thoma aquinate qui quasi controuersiæ iudex a uobis ascitus est in prima parte summæ questione. xlv. articulo quarto dicantur palamque cognosces ipsum esse quod in essentie compositionem cadit nec ens nec creatum appellari debere quando formas omnes non subsistentes & accidentia ceteraq; id genus magis coexistentia & concreata q̃ creata & entia nuncupari posse pronunciet. Quapropter ab eius sectatoribus potissimum Capreolo cum de entis & existentie distinctione sit questio esse ipsum creatarum rerum nec in uerorum entium nec in creaturarum numero recipitur ꝙ si entis appellationem non sulcipit proculdubio nec boni cum ens & bonum se mutuo consequantur pariq; ambitu reciprocentur.

Secundo loco hunc in modum argumentaris si in negationibus & priuationibus quid sint queri non potest cum igitur sint non satis est ad questionem quid est formandam scire rem de qua queritur esse sed amplius scire oportet & esse & aliquid esse querenti igitur quid est ridicule ac irrationabiliter respondetur ens aut aliquid siue ens primo modo siue secundo modo capiatur. Quod si queratur quid sit peccatum uocabuli potius est questio q̃ rei: Cui obiectioni respondemus non illum unq̃ dixisse in priuationibus & negationibus non posse queri quid esset. Sed non posse responderi quid Thomæ gratia protulit quem te super hoc dubitante ĩ prioribus epistolis uerum ne scilicet esset an falsum citauit his uerbis uerum esse fatearis oportet nisi deseras tuum Thomam quod & nos etiam ab egidio romano in secundo commentariorum libro ĩ theologicas sententias assertum esse reperimus satis enim est ad questionem quid est formandam scire eam rem esse de qua sciscitatur neq; necessarium est ut qui quid res sit uestigaturus est sciat rem esse aut aliquid primo modo sed secundo tantum hoc est eam esse. Quod si contenderes te

Dionysius
Thomas
Solutio obiectionis.
Thomas
Secunde obiectionis solutio.
Thomas
Egidius

intellexisse questionem eam formari posse cui potest affirmatiue & recte respon/
deri primum si putas questionem illam non posse recte formari nisi res de qua
queritur sit talis ut per eam questioni illi reddi responsum queat tecum non uenio
Aristotelis enim sententia est percunctari posse centaurus sit nec ne centaurum ta Aristoteles
men tale non esse ut per eum questioni an est possit responderi cum mera sit fabel
la merum figmentum. pariter quoq; aduersor si credis hoc idem querentem nosse
oportere nam plus scire eum non oportet(ut ostendimus)qui recte quid si res per
cunctatur: q̄ eam esse qui ergo nouerit rem esse aliquid non ridicule respondetur
eam esse aliquid nescienti cuipiam & de hoc percunctanti qui uero interrogationi
bus quid res sit eos docere non consueuerim eam uel ens esse uel aliquid ut absolu
tius respondeamus euenit nam exploratum habentes eam esse aliquid adhuc qua
le nam ens esset rimarentur eorum igitur non solum expresse petitioni. Sed et ue/
stigādi desiderio satisfacimus cum conceptas & non prolatas questiones ipsorum
nostris responsionibus preueniēdo dissoluamus uerba uero illa ꝙ si queratur quid
est peccatum uocabuli potius est questio q̄ rei que illius obiectioni contra te facte
fuere. Cum enim tu prius responsum non multum momenti attulisse uideam ar/
gumentatus esses ex Thomæ sententia. ens uidelicet iuxta primum modum uoca
ri quod questioni quid est respondetur querentiq; quid esset quod mundum con/
seruaret & moueret rationabiliter deum respōderi ex quibus colligebas deum pri
mo modo esse ens & aliquid respondit ille uide quātum fallaris malum secūdum
Tho. tale non est ut querenti de eo quid sit possimus aliquid respondere uel ens &
tamen querenti quid est peccatum respondere possumus quod est malum ideo ni
hil tibi tua suffragatur responsio hec scilicet quod si queratur quid est peccatum
uocabuli potius est questio q̄ rei. Nam non nimis est questio nominis(q̄q̄ & hic et
ibi diuersa ratio)quid est q mundum gubernat q̄ quid est peccatum cum ille qui
mundum deus. s. quidditatem ut recentiores loquuntur non habeat quod & om
nes preter eos qui in predicamento collocant apertissime confirmant. Et ut sanctis
simus ait Dionysius nostræ post apostolos princeps theologie ipsius nec nomen est Dionysius
nec diffinitio quinetiam nec illis quæ antea dixisti tuum hoc responsum consonat
quando prius malum ipsum non esse nihil sed positiuum aliquid dixeris nunc ue/
ro ipsius nominis tantum formari questionem confitearis.

Opponis tertio his uerbis si aliquid est ens ideo iuxta positionem tuam est ens ꝙ
esse est secundum rem aliud ab essentia aliud est inquis humanitas aliud homo Obiectio ter
aliud album siue albedo aliud res alba igitur si idea est ens ideo erit ens ꝙ esse idee tia.
ē aliud ab idea. Idea aūt deus ē esse igitur idee est aliud a deo: est igitur in deo cō
posito secundum rem nō solū secūdū rōnem. Quibus dicimus iam responsum eē. Solutio
Nam cū eodē fere medio quo nunc es usus in tertia epistola argumētareris respō
dit ille cōpositionem illam entis & essentie in diuinis secūdū rōnē eē nō secūdū rē.
huius igiť hyppotetici syllogismi quē adducis. primā ꝓpositionē uerā eē īficiamur

nam & si in creatis rebus essentia ab esse re differat non ob id sequatur necessariũ est quicqd quoquomodo dici ens possit ex essentia & esse siue existentia tanq̃ ex partibus componi idee igitur quæ creatarum rerum exemplar est essentia & existẽtia re distincta non conueniunt. Sed hec a nobis in ea sit compositio. cum illam ut exemplarem causam essentiæ & entis siue esse & existentiæ quæ in creatis rebus inueniuntur perpendimus quam compositionem pariter & distinctionem simplicissimis etiam rebus applicamus & secundum rationem quando eam intellectus noster fabrefecit uocitamus hanc peripatetici frequentissime usurpant uulgatam ut inquit ille ab antipatro repetitam a possidonio commemoratam in epistolis a seneca. ea propter hunc in modum ideam secundum rationem ex essentia & existentia dicere possumus esse compositam & ens uocare eam. s. ut exemplarem creaturarũ ex esse & essentia re differentia compositarum considerantes: quam compositionẽ in deo non ponimus quando eum non ut aliorum exemplar sed ut in penitissimo sue diuinitatis recessu se ipso fruentem contemplamur.

Peripatetici
Antipater
Possidonius
Seneca

Quarte obiectiõis solutio

Quarto inquis iuxta denominatiuorum definitionem unus ab unitate denominatiuum est deus autem iuxta tuam positionem ex similitudine unitatis. unus dicitur non ergo ad substantiam dei spectat predicatio qua platonici dicunt deus est unus preterea cum dicimus deus est unus non quid sit sed quo modo sit significari putas: modus autem ex accidentium est genere non igitur uocabulum unius ĩ deo substantiuum est ꝙ uel platonicam sectam non dedicerim uel grecam linguam ignorem non enim id satis est ad tutandam achademicorum disciplinam. Sed facilis responsio cum enim dictum sit platonicis unum quod de deo enunciatur esse substantiuũ & non denominatiuum tantum probe assertum est & iterum cũ asseueratum sit unum dici quia unitati similis sit non est incongruum: nec propterea dici potest non esse substantiuum nam & si nomen aliquod ex rei cuiuspiam proprietate aut similitudine cuidam adaptetur non ob id sequatur necesse est nomen illud non esse substantiuum quando id pro substantiuo nomine accipiatur quod non per modum adiacentis sed ꝑ se stantis significet unum uero quod de deo predicatur per modum non inherentis sed stantis intelligi a deo clarum est ut probatione non egeat habes itaq; proprietatẽ a qua nom̃ cui applicatur non auferre hoc quod est esse substantiuum nam Thomas tuus immo noster cum ĩ locis aliis tum in prima parte illud id quod significandum nomen imponitur ab illo a quo imponitur differre refert uerbi gratia hoc nomen lapis ad significandum substantiam illam que sic nuncupatur imponi ab ea item proprietate sibi cognata qua. s. pedem ledit uocitari edifferit unde & alio loco docet a grãmaticis fore usurpatum ut scribant nomen substantiam cum qualitate denotare quod & Ioannes scotus libro primo cõmẽtarioꝝ suoꝝ ĩ sñias affirmat. unũ igit̃ mi Antoni cũ đ deo enũciamus uere & ut substãtiuũ nomen ẽ enũciamus qa. s. ꝑ modũ stãtis & cõcipimus & ꝑdicamus: rurlus cũ ab unitatis similitudĩe eiusq; ꝓprietatibus ĩpositũ dicimus ueritati

Thomas

Io. scotus

quantum fas nobis est propinquamus quia scilicet conuenienti uocabulo utimur ad indicandum q̄q̄ longe ineffabilem illam super omnia creata deitatem cum ita oīum q̄ sunt principiū sit quemadmodum numeroꝝ oīum principiū unitas est et hisce uerbis etiam colliges alterius argumenti tui solutionem de modo quod de genere dumtaxat accidentium esse profaris posse scilicet in hac predicatione: Deus ē unus quomodo deus unus sit significari & nihilominus unius uocabulum in deo substantiuum eē. si a quo auspicetur nomē & ad quod denotandum rei tribuitur consideraueris potes etiam breuiuscule ex uerbis patrui solutionem tue dubitationis agnoscere. cum ait quomodo tu platonicorum potiusq̄ Dionysii rationem seqme dicis cum nec Dionysium nec platonicos ut magna etiam uoce gloriaris unq̄ legeris: At scias idem esse apud platonicos dei Typum esse unitatem & apud Dionisium deum unice esse omnia expeditiorem solutionem nō posset quispiam recte desiderare nam cum dei typum esse unitatem dicitur ad similitudinem & modum cum uero fertur deum unice esse omnia ad substantiam referendum est quæ tam̄ esse eadem penitus asseueratum est quinetiam apud grecam linguam quam ille probe nouerat abstractum concretum significari quandoq; potest eadem uoce. Solutio breuis ex uerbis patrui.

Ad quinte dubitationis tue solutionem afferendam non opus est multis. Ait ille si deus non esset & aurum esset esset aurum & non esset aurum. Tu addis hec uerba igitur esset aurum quid si diffinitio ueri constat erit uerum nulli quadrans idee adde obsecro & hec paucula que scilicet ex eius uerbis sequi dixit & agnosces quomodo erit uerum nulli quadrans idee. Quid in quam: impossibile. s. impossibile parit & ideo non mirum est si ex propositione tua impossibili sequi facias quicquid uolueris: Nam si deus non esset & aurum esset erit uerum nulli quadrans idee cū ex impossibili gignatur impossibile his non solum dialectici sed etiam theologi adstipulantur. Si enim Ioannem de bachone carmelitam interroges an fieri possit ut aurum sit & deus non sit in primo sententiarum respondebit tibi non aliquam omnino rem qualiscūq; ea sit intelligi posse nisi prius deus intelligatur. cum autem de intellectu cunctarum rerum sit colliges tu an extra omnem controuersiam etiam apud nouitios dialeticos pronuntiari possit aurum esse & deum non esse fore impossibile. Sed de hoc iterum i calce operis uerba faciemus si Cardenalem cameracensem postea consulueris. audies hominem in omni etiam philosophia exercitatum in primo commentariorum in sententias dicentem ex quolibet impossibili contradictionem sequi. Solutio quinte obiectiōis. Io. de bachonē. Cardinalis cameracensis

Sexto loco dixisti si neq; uerum neq; falsum esset sedere socratem quod ille asseuerat eo q̧ necessarium non esset defendere te posse non in quolibet negationem ueram esse uel affirmationem cum in quolibet aut una aut altera necessariam non habeat ueritatem. quam obiectionem soluentes respondemus orationem hanc Socratem scilicet sedere ueritatem aut falsitatem quantum de se est sibi non necessario determinare nec propterea sequi de quolibet affirmationem ueram non esse uel negationem uerumtamen si eo modo quo ipse docet intelligis Solutio sexte obiectionis

negare etiā poteris in quolibet sic affirmationem aut negationem ueram esse ut altera pars necessario uera sit ait enim me sedere aut uerum aut falsum semper est quia semper ego aut sedeo aut non sedeo & quod dicitur me sedere nec uerum nec falsum hoc est propositionem hanc ex se sibi nec ueritatem nec falsitatem determinare quod faciunt propositiones necessarie. Sed cum fieri possit ut et sit uera cū .s. sedeo & sit falsa cum nō sedeo ex se ipsa ad utrūq; indeterminata est.

Septima obiectio & solutio.

Preterea aduersus nōnulla eius uerba de bono & malo uero & falso que ī rebus et anima fore protulerat instas hoc modo. Si bonum & malum sunt in rebus uerum & falsum in anima ubi est tua affirmationis & negationis oppositio negatio enim nihil ponit quomodo etiam chymera in rebus est & anima. si est omnino non ens & falsa cum non ens & malum mutuo conuerti putes. Sed oro attendas animaduertasq; malum & bonum ea ratione in rebus etiā pronuntiari quia attendant circa res quomodo uerum & falsum circa animam non est enim uerum & falsum in rebus ut scribit Aristoteles sexto prime philosophiæ libro sed in mente nec propterea sequatur necesse est ut res quæ omnino mala est res uera sit uerum etiā illud et falsum de quibus eo loci mētionem facit Aristoteles complexa sunt nec item sequitur si bonum & malum in rebus sint ob id ea opponi non posse cōtredictoriæ quia malum quod in rebus esse pronūtiatur nō ideo dicitur ī rebus fore ut illud aliquā esse rem ītelligatur sed quia attēditur cōsideraturq; circa res ipsas hoc est ī quātū res perfectiōibus priuatur & ut non bona sint efficit chymera uero ipsa ī rebus nō est quia oīo nō ens est & omnino mala tamē si fieri posset a natura ut esset res eēt & bona falsa autem est quatenus nihil omnino existens & nulli quadrās ideæ nec etiā eam in anima esse affirmamus sed ipsi chymeræ notionem quæ ut res quedā est bona est & uera falsa uero quatenus chymeram representat cum ipsa chymera & nihil sit & mala.

Aristoteles

Octaua obiectio cum solutione.

Probare post hec credidisti cecitatem esse ueram quod ille negauerat & si cecitatē esse cecitatē uerum esse nec esset inficiatus nec concessisset. Sed ea longe diuersa esse dixisset huncq; in modum argumentatus es si cecitatem esse cecitatem uerum est & quis non uideat cecitatem esse ueram idem enim sunt sola enim cecitate posita ponitur hoc quod est cecitatem esse cecitatem & ablata aufertur unde eadem ratione Socrates & Socratem esse Socratem idem est & eadem generatione utrūq; generatur & per se deus quoque ē deum esse deum idem utrunque enim eternum & prima ueritas. Ego uero mi Antoni cōtra contendo queq; eadem esse affirmas inficior nam uno eorum quem tu affers posito non ponitur reliquum necessario nam sola cecitate posita nullo intellectu considerante cecitas quidem erit non tamen erit hoc quod est cecitatem esse cecitatem quapropter etiam soluitur argumentum de deo & de generatione Socratis. nam Socrates per se generat non hoc quod est socratem esse socratem cum complexa nō generētur. licet quoq; tibi condonarem ea esse idem adhuc non sequi dicimus quod colligebas ob diuersum modum significandi complexe scilicet & incomplexe cum nullius sane ualoris esset

hec argumen tatio cecitas & cecitatem esse cecitatem sunt idem sed hoc est uerum igitur & illud quia pari pacto sequeretur hoc est complexum igitur & illud quod absurdum est cum cecitas nomen sit simplex non complexum aut enuntiatio aliqua aliud igitur est cecitatem esse ueram aliud cecitatem esse cecitatem uerum eē. Et q̄q̄ hec pro patrui defensiōe sufficerēt attamē ne credas plures tutādi ꝓpugnādiq; modos deesse utq; absolutior ueniat ad te respōsio scias uelim iuxta Gregorii ariminensis sententiam dicere me potuisse & si cecitate posita poneretur hoc quod est cecitatem esse cecitatem non propterea corrogari colligiq; necessario ea esse idē negat enim hanc consequentiam & multas huiusmodi omni alio a deo circūscripto deus est ergo deus ē deū esse. Cardinalis quoq; cameracensis negat omnes orationes in quibus aliquid enuntiatur de oratione infinitiua significatiue accepta easq; & falsas asserit & incongruas quod in suo primo sententiarū libro uidetur licet. Conquereris deinde falsum cum hac conditione diuisum non debuisse pronuntiari hoc est q̄diu falsum est idq; hisce uerbis enarras si falsum omne simpliciter diuisum est quod probatum esse non negas dici non dubuit falsum quidam cum hac solum conditione diuisum esse hoc est q̄diu falsum. Si enim omnis homo simpliciter & absolute est risibilis conditionem non oportet adiungere qua restringas dicēs omnis homo est resibilis q̄diu est homo nec propterea restrictio debuit adiungi ꝗ non omnia falsa sunt equaliter diuisa aut falsa nec enim omnia entia sunt equaliter bona absolute tamen bona sunt omnia. Sed diligenter eius uerba perpende quibus poteris omnem scrupulum & dubitationem abiicere. Ait ille omne falsum diuisum nec eē falsum ex equo falsum quia non eē falsum ex equo diuisum cū equo falsa non sint quæ non sunt necessario & semper falsa: & ea quæ semper & necessario falsa sunt recte igitur Antoni dictio illa q̄diu adiecta ē propterea quæ non semper & necessario falsa sunt quæ falsa et si uera fieri uniriq; possunt uel nature uel artificis opera quod & tu in secundis obiectionibus dixisti uerum tamen q̄diu diuisa tandiu falsa semper uero falsa sunt ea que nunq̄ in amiciciam redire possunt ut in secundarum responsione obiectionum habunde uisitur. nec similitudo de entibus & de risibilitate tibi impendio suffragantur. Nam entia sunt semper & absolute bona. licetque non sint equaliter bona al eque aliis magis boni rationem participent tamen semper & necessario sunt bona quatenus enim entia eatenus bona nec possunt fieri non entia & non bona nisi redigantur in nihilum. Sed potest cōmode de falso & diuiso quod in complexione consistit non diuisum & uerum fieri. similitudo ergo non quadrat: Nam licet non omnia falsa equaliter diuisa attamen quatenus falsa & non unita & non uera sunt. Adde ꝗ parum turbare nos debuit hec obiectio quis enim ambiget pronūtiari posse hominem (qui absolute & semper resibilis est) cum hac conditione risibilem fore q̄diu est homo an improbabitur hec loquutio a uiris doctis homo tandiu risibilis est q̄diu hoc est.

Decimum obiectionum tuarum caput nihil aliud contra eum affert nisi facile constare potuisse quod dixisti si ratio contrariorum motuum satis ei fuisset intellecta

Gregorius ariminensis.

Cardinalis cameracensis

Obiectio nona & obiectionis solutio.

Decime obiectiōis solutio

at ille nisi excidit conquestus ē te non probasse quod totiens sequi dixisti.s.ex contrarietate prosequendi & fugiendi contrarietatem boni & mali inferri inquiens: nā si bonum qua ratione bonum sit expetendum malumq; fugiendum sintq; fugere & appetere contraria quomodo ex hoc sequi probas bonum malumq; esse contraria hoc ē quod tibi probādum ē ad quod tamen probandum neq; ullum unq̄ uerbum fecisti neq; nunc facis hec ille negans.s.formam argumentationis tue & hac fortasse de causa cum appetere ipsum & fugere non sint proprie motus cōtrarii ex quibus contrarios esse terminos colligi possit & etiam ab ipso Aristotele mutationum aliqua contrarietas assignetur sexto physicæ auscultationis libro quorū contrarii non sint termini sed contradictorii ens.s.& non ens quando generatio ab nō ente ad ens proficiscatur.corruptio ab ente in non ens procumbat. Tu uero hanc iterum contrarietatem boni & mali protractasti nec aliam adduxisti probationem rationem porro contrariorum motuum diligenter illum prospexisse etiam ab ipsis ut aiunt unguiculis non ambigas quinimmo sepius nō modo tuas aduersus eum de hac contrarietate rationes propulsauit sed etiam contra te egit quando in secunda epistola deduxit hanc tuam probationem non solum inferre malum & bonum esse contraria sed contradictoria esse contraria secundo cum tela tua in te retorserit hoc modo bonum & malum secundum te sunt contraria & utrunq; contrariorū est aliquid positiuum & secundum te non ens est bonum ergo secundum te non ens est aliquid positiuum & aliquid & ens conuertuntur ergo secundum te non ens est aliquid positiuum.

Aristoteles

Cum in tertia dixisses epistola refugere eum ad simplicium relictis latinis interpretetibus quantum ad oppositionem boni & mali pertineret respondit ille quasi mirabundus cur tu qui boetianus esse soleres & barbarorum irrisor eos tunc rideres qui posthabitis latinis interpretibus grecos sequebantur interpretes uel commodissime innitens te sentire perperā si grecos philosophos magnifaciendos non esse duceres quos Boetius quē magno habes in precio summo in honore semper habuisset hisq; & preceptoribus & ducibus usus esset quibus replicas rem non esse admiratione dignam q̄uis dixeris latinos non negare Aristotelem quem simplicius non negaret &c. Sed mihi non uidetur Simplicium negare Aristotelem cum recte interpretetur nec apparet latinos interpretes euariare ab Simplicii sententia quādo eam tota mente complectantur & exequantur operibus si demiratus est negatum a te latinos expositores Simplicium non sequi in maiorē sortis stuporem incidisset si te latinos nō negare Aristo.quē negaret Simplicius ꝓtulisse ītellexisset porro Simplicius quiq; illū sūt sequti Aristo.mentē plane elucidant cū ea rōne bonū & malū contraria esse dixerit ꝙ alterum contrariorum semper habeat rationem mali & deficientie quo circa primo physice auscultationis libro contraria semper secundum melioris peiorisq; inuicem rationem compari tradidit Pythagoreos etiam imitatus qui duos rerum ordines statuere quorum alter sub bono alter sub malo contineret usus que sit in ratiocinatiuis libris frequenter externis exemplis hanc expositionem

Vndecime obiectionis solutio.

Boetius

Pythagorei

ut inquit ille Thomas tuus non solum latinus sed & inter latinos precipuus nō so/lum refert sed & probat cui etiam nos ut egidium ī secūdo sentētiarū & alios mul/tos Burleū .s. & esculanum idem sentiens annumeramus quinetiam & Io. scotus chategorias Aristotelis exponens adstipulatur huic nostræ sentētiæ inquiens si bonum accipiatur prout cum ente cōuertitur malū esse nihil & sic bono nō esse cō/trariū. cū. n. utrūq; cōtrariorū extra cōtrouersiā sit aliquid positiuū necesse est ut quod nihil sit ī rerū natura quale est malū cōtrariū esse pronūciari nō possit. & licet malum tu nihil esse negaueris ad Thomam prouocās ipseq; opinioni tuæ non modo suffragetur: Sed & habūde refragetur quod etiam patruus ī margine tertie epistolæ satis ostēdit: abre tam̄ fore nō putamus uel paucula obiter etiam & ī trā/scursu pro patrui opinione perstringere monstrareq; nō solum Tho. ī ea opinione fuisse ut malū esset nihil. Sed cateruatim plures philosophos & theologos illustres in hāc sentētiā pedibus manibusq; descēdisse. Augustinum īuenimus de moribus manicheorum differētē dixisse nullam naturā esse malū pauloq; post ne quid pro natura ītellexisset foret ambiguū subiūxit & ipsa natura nihil ē aliud q̄ id quod ī/telligitur ī suo genere aliquid esse. Vidimus Egidiū romanū ī primo cōmentario/rum libro ī patrum sentētias scriptū reliquisse malum secūdū quod malū puram esse priuationē & nō aliquid eoq; modo esse aliquid pronūciari posse quo & ipm nihil aliquid esse dici potest quādo utriq; possint noīe aliquo nominari. In secun/do quoq; earūdem cōmentationū libro malū nō habere ut eius uerbis utar quidditatē ob idq; nō posse respōderi questioni quid ē affirmat nihilque aliud de ipso eē q̄ nomen uerbaque itidem Aristotelis de mali & boni oppositione iuxta patrui mētem īterpretatur dogmatisque simplicii & aliorum proborū Aristotelis interpretū cōsentit & .s. propria nō esse genera pronūcians sed aliorum cōtrariorum proprius genera dici debere cum alter rationem positiui habeat altero nō habēte nullūque cōtrariorū secūdū se esse nō ens: sed aliquā naturā & existentiam id ipsum Gregorius arminēsis testatur ī cōmentariis ī secūdū sniarū librum malū .s. ipsum nō eē aliquā ut ipsius utar sermone entitatem sed puram priuatiōem hoc idem sensit p/spicacissimi uir ingenii Robertus olchot questione prima cōmētarioꝝ suoꝝ ī secū/dum theologicarum sentētiarum librum hoc idem plerique alii iudicauere quos ī presentiarum adducere mihi scribēti tibique post modum legenti fastidium fortasſis afferret satis erit quātum ad p̄sens negotium attinet hos numerasse potissimū cum aliis obiectiōibus dissoluēdis de hoc iterum oportuerit uerba facere quando illis ī locis de malo mētio sit habita. Sed ut eo redeamus unde digressi sumus Boetium tātum ex latinis oībus cōtra simplicium & reliquos illustres īterpretes citare ī iudicium uideris quem si tātum latinorum numero dignaris adscribere is unus erit ex latinis expositoribus nō latini expositores qui tue opinioni suffragari uide/bitur. Adde q̄ nec ille si eius mens probe scrutetur nostræ sentētiæ reclamat cū questionem hāc nec exacte pēsiculet nec ultimo rimetur iudicio sed solum quid Aristotelis uerba stricte & presse aprehēsa expostulent declaret qui mos ei familiarissi/

Thomas
Egidius
Burleus
Esculanus
Io. scotus
Augustinus.
Egidius
Simplicius
Gregorius ariminensis.
Robertus olchot

mus in primis editionibus fuit opiniones grecorum interpretum uarias secūde editioni demandans scrupulose & anxie examinandas.

Duodecīe obiectionis solutio.

Ceterum probasse non modo illum sed demonstrasse existimo quotienscūq; daretur bonum & malum esse contraria illico Chymeram aliquid esse ī rerum natura absq; ulla controuersia pronunciari posse cuius contra te argumentis hoc tantum respondes non perceptū.s.ab eo qua rōne bonū & malū cōtraria dixeris nihilq; aliud pro te affers quapropter nihil & ego aduersus te agam nisi & uidisse illum & pcepisse cuncta quæ scripseras & cum collibuit multaque de contrariis dixeras recē fuisse meum.n. hoc in negotio consilium est ultimas tuas obiectiones in patruum dissoluere eas uero quibus ipse quoquomodo responderat silentio preterire uerum tamen si aliquid non plene ab eo enucleatum tibi uidebitur quod a me & optes & expostules aperiri desiderio tuo satisfacere tentabimus per quæ tua argumenta & dissoluendo & respondendo pro uiribus uagabimur: non.n.minutula queq; uerborum tuorū responsione carere iudicauit inconsonum.fatetur ille ī primis litteris quedam esse omissa quibus nihil responsum est: ne in leuibus rebus uerba prodigeret quedam leuiter tractata ut qui philosopho homini res potius indicandas q̄ explicandas duxent. Quæ uerba sic a te uelim interpretari ut nonnulla quorum controuersiæ notæ sunt etiam Gregariis philosophis operepreciū nō fuisse abs te philosopho nobili aduersus celeberrimum & doctrina & fama hominem adduci qui de rebus altissimis hēret sermonem quique ad ima hec discutienda non sine dispendio conceptorum de rebus difficillimis speculaminum descenderet. De hac tamen tua contrarietate sequenti responsione cum de semiplenis priuatiōibus uerba fient non nihil dicturi sumus.

Decimetertie obiectionis solutio.

Miraris preterea demiratum illum fuisse semiplenas a te fingi priuationes quam rem non tam eo tempore q̄ postq̄ iterum id tentare probasti in admirationem conuertisse illum existimo (si tamen ab eo ultimæ obiectiones tuæ uisæ sunt) dixerat ille aduersus te malum est nihil ergo non est semiplena priuatio. Tu uero eius argugumentum hoc modo prosequeris egritudo mala est igitur nihil est.non est igitur semiplena priuatio est autem priuatio quedam egritudo non igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiam semiplena priuatio sed plena potius & perfecta quod fieri non potest imperfecte igitur priuationes semiplenæ sunt ut egritudo raritas.turpitudo cecitas uisus perfecta boni imperfecta hæc tu aduerbum: Ego uero mi Antoni libere dixerim hæc tua uerba uel nihil contra ipsum faciunt quod ut clarius uideas ea sigillatim recensebo. Ais primo ex ipsius uerbis malū est nihil igitur nō est semiplena priuatio. Recte ambulas rursus egritudo mala est igitur nihil est: non ē igitur semiplena priuatio huc usque etiam probe progrederis quia egritudo quatenus mala eatenus nihil rursum ais est autem priuatio quedam egritudo nō igitur sanitas & cetera usque in finem quibus uerbis falsum meo iudicio astruitur pace tua sit dictum quod ostēdere conabimur. Cecitas.n.non solum perfecta uisus priuatio est ut ais sed etiam boni perfecta priuatio dici potest quia totum illud bonū

aufert qđ nata est auferre. s. uisum quod nō facit ophtalmia licet etiam illa bonū quod nata est adimere perimat illius uero quod non est apta perimere nullatenus priuatio nūcupari possit siue semiplenam siue plenam dicas priuatio enim uel absolute consideratur. s. ut habitum in cōmuni respicit uel ut ad certum & limitatū entis genus restringitur puta ad sanitatem totius corporis ad oculum ad pulchritudinē & cetera id genus primo modo accepta habitum aliquem particularem nō priuat quia priuatio omnimoda ut Dionysius īquit libro de diuinis nominibus uiribus omnino deficitur secūdo modo sumpta q̄ singularis a Dionysio appellatur distinguente eam cōtra uniuersalem illum quem respicit habitum priuat & hoc modo huiusmodi habitus cui. s. obesse nata est priuatio plena & non alterius rei semiplena est quis enim dicere auderet cecitatem esse semiplenam priuationem hominis uel alterius boni quod esset in homine: priuatio igitur absoluta habitum absolute & propria & particularis priuatio proprium & particularem habitum respicit & eius limites non excedit. quapropter egritudo plena priuatio est non semiplena siue toti corporis eam ascribas siue particulari membro febris enim perfecta priuatio est illius temperatiue quam nata est corrumpere ophtalmia etiam & si non totius boni quod in oculo est tamen alicuius boni perfecta & propria priuatio est qa totum illud bonum quod nata est perimere perimit quando perfectam oculi sanitatem uisum uero non auferat & quatenus ophtalmia nihil aliud faciat. Turpitudo etiam quia totum illud bonum quod potest auferre scilicet perfectam partium composituram quæ pulchritudo uocatur adimit perfecta priuatio est & sic in reliquis considera hoc etiam ex superhabundanti dixerimus cecitas qua cecitas malum est: qua malum nihil est qua nihil non semiplena priuatio quia si semiplena aliquid positiui relinqueret quod nō facit malum. Preterea nulla priuatio in se omne bonum priuat actu ergo omnes priuationes essent semiplenæ priuationes quod est contra te quia aliquas plenas aliquas semiplenas esse contendis connexio optima & necessaria & quod assumpsimus hoc probamus argumēto cum nullum bonum unq̄ inueniretur si totalis quedam & uniuersalis priuatio in rerū natura cōperiretur ut paulo ante ex Dionysii uerbis innuimus: malum enim priuat particulare bonum cum malum in bono sit & uniuersale malum uniuersale bonum perimeret si tamen inueniretur quod fieri non potest & sic collige non semiplenas. sed plenas semper propriorum habituum priuationes reperiri.

Priuationem dupliciter cōsiderari.
Dionysius

Decimequarte obiectioni q̄ plures questiones continet sigillatim Respondeo primoq; non oē malum boni aliquid relinquere nisi in aliquo ītelligas subiecto quod malum ipsum non respiciat uel illud sↄm cuius habitum a malo ipso perimitur accipias: nec illum oppositum habitui quod tamē ei imponis & prohypotesi aucuparis aseruisse: nam ille malum aliquod inueniri quod omne bonum ab eo natum auferri tollat penitus habunde testatus est cum in epistolæ secunde responsione te de hoc commonuerit hunc in modum scribens hoc certe considerare debue/

Decimequarte obiectiōis solutio

ras quod de imperfectis quibusdam malis ex ea quam adhuc retinent bonitatis admixtione conceditur ad ipsam in mixta absolutamque mali naturam non esse trãsferendum. & ut planius ueritatem percipias non pigebit explicare uim distinctionis malum bisariam considerari potest absolute primo & sub propria ratione mali hoc est inquantum nihil secundo in quantum cuiusdam boni priuatio est hoc est particulare malum & hunc in modum malum acceptum boni aliquid subiectum dumtaxat relinquit: quod non facit aliud malum quod omnino non ens est & nihil quale chymeram dicimus cum subiectum aliquod aut habitum non respiciat & hac de causa omnino malum ab ipso & absoluta immixtaque mali natura uocitatur: hoc inq̃ malum quod ut Dionysii ĩ libro de diuinis nominibus uerbis utar quia subiecto caret nullo modo nusq̃ & nihil existens est Chymera uero & si potẽtia dici bona possit ob potentiam producendi ipsam quæ in deo est tamẽ nec ens: nec bonum denominari potest. Si enim hæc connexio scilicet aliquid potentia bonum est igitur bonum est uirium potens esset in auctorem illius ictus retorquens aducere eum putarem ut fateretur omnia quæ a deo creari deberent non autem ui naturæ fieri & etiam quæ corrupta sunt aliquid esse & non esse aliquid. Nam si potentia creantis secundum eum & essent & bona essent. igitur & necessario essent aliquid: cum aliquid & bonum conuertantur parisq; sint ambitus omnino. Quod uero aliquid esse non posset sic argumentabor ex nihilo aliquid fieri non potest anteq̃ creetur chymera secundum te nisi creetur esse non potest creatur igitur ex nihilo igitur priusq̃ crearetur ex nihilo non esset aliquid ob potentiam igitur bonitatis quæ in creatore est res absolute bona denominari non potest alioquin ut nostrorum dyaleticorum sermone utar fallatia secundum quid ad simpliciter cõmitteretur Mitto ea consulto quæ afferantur contra opinionem illam de eternis ut ita loquar quiditatibus & ponitur obiecta & si illismet rationibus sententia tua infirmari forte posset: satisfit enim desiderio nostro si chymeram dici non posse bonam probauerimus adde q̈ & Aueroem in hac parte imitati dicere possumus ens in potentia non esse ens quando in commentariis in quartum methaphisices librũ particione quintadecima dixerit id quod non est actu non esse ens. Ad illud quod iungis scilicet chymerã ob id ens esse quia licet illa potẽtia producendi chymeram in deo sit nihilominus potentiam dei & chimere esse aliam & aliam ratiõe. Respõdeo primo negari me posse Dei potentiam & chymeræ producende diuersas esse ratione. Secundo licet gratis tibi concederetur potentias scilicet illas esse diuersas adhuc tua ratio quid probaret? cum chymera ens nuncupari nequaq̃ possit ob potentiam se producendi quæ in deo esset: cum tantum absit potẽtiam illam nec chymeram nec aliquid intrinsecum chymeræ enunciari posse ut etiam distent in infinitum. Addis preterea exclusa potentia dei & cogitatione nostra chymeram non esse malam cum malum priuatio sit quæ in subiecto participante bonitatem consistit cui responsum uelim eadem distinctione qua paulo ante cum chymera sub-

Malum bisariam accipi.

Dyonisius

Auerrois

iectum aliquod non respiciat sed absolute mala sit licet eam a nobis conceptam.s. ipsam notionem chymeræ quam mēte gerimus ut aliquid esse ita bonam esse chymeram uero ipsam nec aliquid esse nec bonam esse pronunciare possimus.

Preterea gestire uideris non improbatum quod attuleris solumque simplicium id non dicere responsum esse. Item ais non dixisse te sentire Aristotelem omne omnino ens uel per se uel per accidens esse. nec Thomæ aliquid propterea adscripsisse. Verum & si tot ab illo quem defendimus hac de re dicta sint ut a me uerba fieri opus non uideatur proposuerimq; semel ab eo quoquomodo discussa non retractare hec tamen ex superabundanti pro patruo dixerim Simplicium scilicet qui a te sepius in iudicium citatus est contra te sepius testimonium tulisse ꝙ patruus non semel in responsionibus cominiscitur. Rursus scire uellem an defendendum susceperis non omne ens aut per accidens aut per se esse de mente Aristotelis. Ille. n. quinto prime philosophiæ libro secat illud ens in ens per se & per accidens demum in substantiam & accidens seccantur quæ priori partitionis membro continebantur cum illud per se in decem partiatur genera quorum unum est substantia reliqua accidentia uelem ego a te nunc libentissime doceri quale nam esset illud ens quod nec per se nec per accidens esset ꝙ si forte diceres diuisionem illā ī ens per se & per accidēs assignationē esse complexi entis ut in primis obiectionibus prodidisti respondere non dubitarem te id ostendere uere nō posse nec aut Aristotelis quapiam sententia nec ratione idonea tuam opinionem fulcire cum eo loco Aristoteles ens per se in decem partiatur genera quorum unum sit substātia & nouem accidentia quæ complexa entia fore nemo credit quando aduersum complexa distinguantur eo ꝙ loci Auerrois dicat ens per se diuidi p dictiōes significantes genera predicamentorum dictio autem non est complexum ens. Sexto quoque methaphisicæ idem Auerois dicit primam entis diuisionem esse in per se & per accidens prima autem esse non posset quādo eam diuisio complexi entis anteiret nec apud Thomam reperitur quinto methaphisice libro diuidi ens complexum ut asseruisti. Credi uero non potest cum ens primo sit partitum in ens per se & per accidens illudq; per se sit in decem genera subpartitum quæ in complexa esse ostendimus assignari eo loci diuisionem entis complexi quando illud quod diuiditur de diuidentibus membris predicari necesse sit hæcq; ob id & si parum ad negocium pertineant dicta sint cum nec illud tuum dogma Aristotelicorum interpretum placitis nec rationi consentaneum primori fronte mihi uideatur quod si forte contrarium probaueris gratissimum erit a grauissimo philosopho qualem te profecto existimo didicisse non nihil.

Decimequinte obiectiōis solutio

Ceterum dixit ille eatenus malum priuationem esse quatenus priuatio formaliter erat negatio cui aduersaris inquiens non constare aliam non esse affirmationis negationisque oppositionem aliam priuationis & habitus. nec propterea si malum esset priuatio boni malum & non bonum conuerti necesse esse quibus responsum

Decimesexte obiectiōis solutio.

uelim aliam esse priuationis oppositionem aliam negationis nec illum oppositum protulisse sed propterea etiamnum sequi ꝙ si malum bono priuatiue opponatur malum & non bonum conuerti necesse esse priuatio enim ut magnus ait Albertus libro primo physicæ auscultationis in quantum priuatio de se uel per se non est eo ꝙ de se habet non esse quinimmo & ab Aristotele asseueratum est in prima philosophia priuationes esse de genere non entium cum priuatio de se sit alterum extremum contradictionis & ideo cum malum sit priuatio boni & consequutio non ens inquantum malum est malum etiam & non bonum conuertuntur malum enim & nihil ut probatum est idem sunt nihil etiam & non ens idem nõ ens item & non bonum idem quia ens & bonum idem quapropter rectissime dixit patruus negationem eatenus esse priuationem quatenus priuatio formaliter esset negatio nam & si differant in hoc ꝙ una earum scilicet contradictio medium nõ habet ut ait philosophus in libro primo analiticorum posteriorum alia uno modo habeat cum fiat simul cum opposito circa idem sc̄dm tamẽ quantum ad propositum attinet essent idem cum priuatio de se negatio sit & non ens nihilq; ponat quemadmodum probat Thomas pluribus in locis potissimum in tractatu de quatuor oppositis si uero non ens mala si mala non bona ex quibus corrogare potes malũ & non bonum omnino conuerti. & ne credas Illustres homines defuisse qui hoc asseuerint Audi Aristotelem dicentẽ bonum dici equaliter enti Adde igitur per locum a contradictoriis malum non enti Audi celebratissimum theologum Anselmum canthuariorum archiepiscopum libro de casu diaboli proferentem hec uerba malum non est aliud q̃ non bonum ex quibus colligitur constantissime malum & non bonum se mutuo consequi.

Albertus magnus — *Thomas.* — *Aristoteles.* — *Anselmus*

Nulle decimoseptimo in loco inter te & ipsum controuersiæ fuissent si diligentius libellum ipsum de ente & uno animaduertisses & quæcũq; in eo perscripta sunt cũ de gradibus illis deq; ipsa calligine ad quam contemplantibus peruenirì datur mẽtio sit ad memoriam reuocasses uidisses in illis tribus primis gradibus posse de deo aliquid enunciari in quarto minime ibiq; fenestram intelligentiæ librorum Dionysii apertam qua cõmodissime poteras de hoc cõmoneri: nam nec negat ille nec negare posset hanc loquutionẽ esse uerã deus ẽ deus eo mõ quo nos possumus deum & concipere & enunciare uidelicet in illis primis tribus gradibus constituti sed tãtum negat nullum predicatum dei naturam uere posse explicare in illo dumtaxat quarto gradu caliginis quod omnes etiam ut mittam theologos philosophi recte sentientes astruerent cum uero hoc nomen deus qđ predicati officiũ gerit in hac ꝑpositione deus est deus non modo diuinam essentiam & naturam non explicet & declaret sed & ab ipsa in infinitũ superetur illud de deo affirmari posse negauit quartum illum gradum caliginis attendens. Age ergo uerba ipsa examinemus quæ hominis mentem testabuntur postea nonnulla adducemus ut planius uideatur an deus & quomodo possit a nobis enunciari deinde ostendemus tuas argumentationes contra eius uerba etiam ut iacent aprehensa nihil concludere. Dixerat ille dici

Solutio obiectionũ que decimoseptimo loco continebantur. — *Dionysius* — *Philosophi theologi* — *Quo ordine in hac obiectiõe dissoluẽda procedendum sit.*

uerse posse deus est deum item ex sententia Dionysii omni appellatione esse maiorem etiam appellatione hac dei quemadmodom in libro de mystica theologia habebatur dixerat alio in loco cum per hanc dictionem deus id tantum cōcipis quod significatur per nomen dictionem hanc non habere predicati rationem sed sbi quādo id esset de quo queritur quid nam de eo enunciari posset aut deberet non autē illud quod de alio enunciaretur quare id neq; Simonidi fuisse ignotum aut consulenti eum Tyranno cum item quereres si deus dici deus non posset an esset aliud a deo querere a te quid conciperes per hanc dictionem deus quam de deo enūciares si nihil conciperes nihil errares: quia nihil diceres, Si aliquid cōciperes dicere deum aliud esse ab eo quod tu conciperes & conceptum per hanc dictionem deus explicares quoniam supra omne illud esset quod a nobis concipi posset hec ille. Credebam ego patere tibi ex uerbis iis uerissimam dubitationum tuarum super hac re solutionem: Tu uero contendis a Dionysio non negari deum esse deum lege oro Dionysium capite ultimo libri de mystica theologia & epistolam primam ad Caium & tibi palam fiet omni appellatione deum esse maiorem lege item eundē secundo capite celestis hyerarchiæ & intelliges diuinum hominem nos edocere diuinæ ueritatis similitudinem sbām omnem uitamq; transcendere nullam hanc exprimere lucem omnemq; sermonem omnem mentem atq; rationem absq; ulla comparatiōe illius similitudine inferiorem ex quibus mentem patrui putarim te posse perpendere ut. s. eo modo dici uere non possit deus est deus ut per hoc nomen deus uicem predicati gerens illud quod per sbm conamur cōcipere declaretur nō qn aliquo modo posset dici deus est deus quēadmodum dicitur deus est bonus deus est sapiens. & alie conceduntur predicationes quibus sacri codices pleni sunt in q; bus quoquomō de deo aliqd enūtiatur. Sed illius natura nō explicatur cū ab illis conceptibus distet in infinitum quemadmodum satis aperte quinto capite libri de ente & uno patruus ille meus edocuit qui super iis Dionysii uerbis quæ a Thoma adducūtur ueluti arbitrabaris loquutus nō est sed super iis quæ paulo ante sunt allata. Porro Damascenus in primo libro sniaꝝ suæ theologiæ scribit eē quedā affirmatiue de deo dicta uirtutē supexcellentis negatiōis habētia uerbi cā si tenebras ī deo dicamus nō tenebras intelligimus sed lucē nō esse. uerū sup lucē lucēq; eē dicimus cū tenebre absint quā sniam doctissimus & deuotissimus parisioꝝ cancellarius ptractās inqt sic. Igitur qcqd de deo affirmatiue dicimus includit negationē aliquā & paulopost ppea dicit Dionysiū deū negare esse ens sed sup ens esse affirmare Deum esse sapientem ait Egidius primo sniaꝝ libro sed nō eo mō sapiētē quo nos ītelligimus unde dicit hāc eē cām cur auerois. xii. methaphisice has q deo atribuimus pdicatiōes ppositionibus mathematicis similes eē pnūciet quorum more ea quæ ītelligimus sunt ī rebus sed nō eo modo quo ītelligimus cū lineam que ē ī materia nō ea rōne qua est ī materia ītelligamus. Sed qd te multis moror cū uel paucis ueritatis huiusce quā asserimus te certionē reddere possum ut; s. cognoscas quicquid de deo predicamus longe aliud q concipimus & enunciamus significare

Dionysius

Io. gerson cancellarius parisien.

Egidius

Ait ipsemet Iesus christus dei uirtus & dei sapientia & ueritas teste Ioannis euangelio deus spiritus est. Ait Dionysius libro de mistica theologia de deo uerba faciens ineffabilem deitatem contemplans multaque illi predicata que nos attribuimus remouens neque spiritus est quantum scire ipse possumus. Vide igitur nolle Dionisyum spiritum eo modo quo nos spiritum scire possumus de deo enuntiari per quæ ultima uerba legentes edocere uerum fore deum spiritum esse ut christi euangelio consentiret & tamen non eo modo spiritum esse quo nos spiritum intelligimus ne dei naturam a nobis per aliquod nomen exprimi uere posse crederemus. Quanta uero sit Dionysii auctoritas quantum ipsius sacratissima dogmata ab omnibus theologis qui parisiorum Gymnasia coluerunt sint elata laudibus & celebrata licet putauerim te non latuisse cum tamen patruus in responsionibus obiectionum tuarum innuerit te inter disputandum Dionysii dicta nõ magnopere libenter admisisse scias uelim fidissimum illum Pauli Apostoli in christi fide discipulum extitisse cuius ope deus eum uoluit relictis gentilium erroribus ueritatem & agnoscere & sequi & martirii corona pro christi fide donari Gregorium de eius doctrina Martinumque pontificem in sinodo rome contra hereticos celebrata magna dixisse Damascenum aliosque complures summis eum laudibus extulisse ab hereticis eius libros occultatos longo tempore fidelium mentes latuisse uerbumque fuisse Constantini philosophi qui omnes eius libros memorie comendauerat: ꝙ si a pluribus patribus qui cum hereticis & sacrosanctæ chatholicæ ecclesiæ hostibus magna bella pugnarunt Dionysius habitus fuisset quanto citius eos & facilime (quod & tarde & magnis exandatis laboribus postea ab eisdẽ factum est) de hostibus fuisse triumphum consequutos.

Christus
Dionysius
Cõstãtinus philosophus.

Cum uero probare intendis deum dici posse deum ob nominis rationem quæ de nomine predicatur dico te frustra (mi Antoni) laborare nam non enuncias aliquid de deo sed de hoc nomine deus quod ut clarius intelligatur latius explicabo: nam queram ego. a. te quid per a quam pro ratiõe nominis designasti concipias si nihil concipis nihil erras (ut uerbis utar patrui) Si aliquid concipis quero iterum si concipis tanquam id de quo aliquid possit enunciari. Si hoc modo summis, etiam non erras quia iterum illud. a. uicem subiecti non predicati obtinebit si conciperes illud quod de eo enunciatur longe aberrares tum in infinitum ipse deus maius sit omni eo ꝙ potes concipere quem etiamnum Platonicus Apuleius in libro de platonis dogmate indictum appellat & ĩnominabilem ipsiusq; Platonis hac de re uerba sũt ab ipso apuleio latina facta Deum quidem inuenisse haud facile est intellexisse impossibile omnes itaq; de deo affirmationes improprias esse dicamus quando quodcunq; non solum dicere sed & concipere uellemus ille in infinitum excedat quinetiam non modo in hoc ignorationis & miseriæ terreno carcere retenti sed nec in ipsa dei fruitione qua perfecte beamur in celis constituti comprehendere deum sed aprehendere tantum ut nostrorum theologorum uerbis utar facultas nobis

Apuleius
Plato

condonabitur. Preterea pugnare inuicem has propositiones credis scilicet deus est supra id quod concipi potest & aliquid de deo affirmari non potest. & ais sit nominis diffinitio supra id quod concipi & argumentum militabit. Sed soluitur cum enim dicitur affirmationes de deo adduci proprias non posse intelligi datur predicatum non reperiri quod dei naturam integre representet hæc uero oratio scilicet supra id quod concipi potest nihil aliud significat q̃ deum concipi nõ posse & quid sit deus non posse sciri. Dicunt igitur hec uerba non solum quid sit deus: sed non posse sciri quid sit. Vim igitur negãdi potius q̃ affirmandi obtinent. Sed licet tibi dem ut affirment ob id tamen argumentum tuum non militabit alioquin de aliqua re nobis ignota quam quis scire cuperet ac de eius essentia nos percunctaret respondere sciscitanti possumus est id quod nescimus quod non nouimus quod adhuc mente non concepimus nec concipere quimus non uideretur satisfactum petitioni illius: ut posset hoc dogmate percepto de re illa affirmatiue aliquid enuntiare sed negatiue nisi forte quis ĩueniretur qui posset aliis intimare quid esset illa res quæ ut penitus hominibus ignota supraque captum cogitationum omnium foret ita nec a se ipso aut cognosci aut concipi posset & Simonides igitur & consulens eum Tyrannus nouerant dei nomen maximum quid representare & tamen unus eorum quid esset deus scire cupiebat alter se scire negauit Preterea uteris tali connexione Deus est supra omne id quod concipi potest ergo deus concipi non potest alioquin ipsum supra seipsum foret non igitur amari potest nec coli respondeo deum a se ipso tantum sicuti est cõcipi integre posse & a nullo alio intellectu. nec propterea sequi non posse aut amari aut coli: concipimus enim tantam esse deitatem omnipotentia preditam in infinitum creaturas omnipharia uirtute superantem ut eam nisi ex effectibus non possimus concipere. & hac admiratione excitati concalefactiq; in eius amorem exordiscimus concipimus effectus. & eum esse summum bonum & admiramur & colimus & amamus nam cognitis his perfecte que fecit deus ut Themistii uerbis utar in admirationem commendationemq; sui omnium animos atq; ora conuertit: legimus item nos ea quæ reuelata deitus sunt & gratia eius prediti fide concipimus id quod concipi ad plenum natura non possumus super omnia dumtaxat illum nos amare oportere ut tandem fracto huius carnis enigmate possimus eum sicuti est summo cum utriusq; hominis gaudio quæ nostra est felicitas contemplari. Rursus ad hoc ut aliquid diligamus non opus est a nobis illud perfecte aut uideri aut cognosci aut concipi sed satis est si eum esse uel esse tale licet confuse & subobscure sciamus & hoc uel ex fide uel ex effectibus itaq; uel modica cognitione preuia qualiscunq; ea sit nobis est satis ad talẽ rem amãdam possumus enim quamlibet rem diligere nisi penitus eius cognitiõe careamus ex his enim quæ nouit animus discit ignota amare ut ait Gregorius Thomas quoq; in prima secunde probat aliquid posse perfecte amari & si perfecte non cognoscatur & exemplum de deo inter alia proponit.

Simonides

Themistius.

Vltime obiectiōis solutio

Postremo ais tantam esse auri potentiam putasse patruum ut uellemus nollemus uel re uel animo ex necessitate deum secum traheret. Sed non tantam esse auri potentiam mi Antoni sed impotentiam opinatum non modo sed certiorem factum eum credi deum ut nec ipsum aut eē aut intelligi posset aurum semoto deo: Et q̄q̄ te ad Ioannem de bachone relegare possem cuius in dissolutione quintæ obiectionis mentionem habuimus tam & si quando tu patrui argumenta recenseas quibus astruerat deū nō eē & auꝝ eē pugnare īuicē nihil respōdeꝛ uelle dixisti ne caligare uidereris in re luce clariori monstrare consilium est (etiam fortasse te iudice) fuisse operepretium ut ea dissoluenda susciperes si ualuisses sin minime applicare saltē manus operi uel fateri īgenue eius assertiones ueras fuisse. Argumēta patrui hec sunt que mox declarabo fieri non potest ut aliquid sit si non sit ipsum esse: deus autem est ipsum esse. fieri igitur non potest ut aurum sit si deus non sit p̄terea si deus non est igitur infinitum est si infinitum est nihil est quoniam si infinitum est finitum non est quoniam infinitum seipsum perimit quemadmodum & alia quæ contradictionem claudunt si nihil est aurum non est. fieri non potest ut aliquid sit si non sit ipsum esse deus autem et cetera. Cum ipsum esse quod deus est (ut nemo diffitetur) non sit cuius participatu non modo omnia sunt que sunt: Sed & ab eo dependent & momentis omnibus conseruantur non modo ut omnes theologi presertim Thomas copiosissime docent sed etiam ut a Platone in timeo asseueratum est impossibile est aurum esse ꝙ ipsius esse gratia ipsiusque participatione existit. p̄terea si deus non est igitur infinitum est. entia omnia preter deum finita sunt certisque terminis contenta hancq; quam habent limitatam naturam dei opere & gratia hēre possidereque haud dubium est quamobrem Platonem aiunt eius sectatores deum ī philebo terminum uocasse quia formis quasi mensuris passim distributis omnia terminaret: Sed & ait sapientiæ liber omnia in pondere numero & mensura ab eo constituta. Si igitur deus non sit cuius causa omnia entia sunt finita: nihil erit finitum igitur infinitum. Si infinitum est nihil est quoniam si infinitum est finitum non est quoniam infinitum seipsum perimit quemadmodū & alia que cōtradictionem claudunt. cum probatum sit unum aliquod esse a quo cuncta esse accipiunt & esse finitum eo semoto nihil est nihilq; finitum si enim infinitum est hoc est non terminatum finitumq; ab illo primo cuius ope & sunt & finiuntur cuncta terminanturq;. Sequitur infinitum non esse. Iccirco infinitum se ipsum perimit. cum nihil aliud sit dictu infinitum esse eo scilicet modo quo acceptum est q̄ nihil esse nam si nec finitum sit nec deus: extra controuersiam est nihil omnino esse. Hæc sunt Antoni quæ pro patrui aperienda sententia protuli quæ forte & alia continet dogmata non enim omnium est assequi quæ ille conceperat. sed qui & alios etiā sub uerboꝝ cortice latuisse sensus existimem illius me hæc uerba mouēt quibus respōsionē terminauit. hec. s. satis credo ēt tibi hōi quātū uis īgenioso sed ī accessa deseramus & teneamus q̇ īterpretis officio sūgēdo scripsimus q̇ cū

Io. de bachone.

Thomas theologi

Plato

Plato.

Liber sapientie.

satisfaciāt meam quoq; claudent responsionem adductis prius quibusdam quæ et patrui sententiam roborant & meam in eius uerba quam ante protulimus interpretationem confirmant pariter atq; elucidāt. Nam deficiente primo necesse ē oīa illa quæ ab eo prodeunt interire ut ex Aristotelis octauo physice auscultationis libro colligitur Deus autem teste eodem philosopho est principium uerum a quo sunt omnia alia uera ergo sublato deo oīa uera pire necessariū ē: sed si uera tēdūt ī nihilū entia pariter ab interitu non uindicantur cum æquali ambitu comeent. Item āmoto illo qui rebus & esse cōmunicat & uiuere quis perituras eas met res omnino non uideat Deum autem id rebus ipsis condonare sn̄ia est Aristotelis prīo libro de celo qui addit etiam quibusdā clarius quibusdam obscurius esse illud cōmunicari. Preterea quicquid regitur ab arte prime cause pereunte illa procumbit Totam uero hanc machinam a prima gubernari regiq; causa testatur Auerois in secundo prime philosophiæ libro sub qua & aurum contineri cōprehendiq; nemo potest ambigere. Plura alia possem in medium afferre ex sacris codicibus ut multa de ipso euangelio multa ex apostoli Pauli sacratissimis dogmatis plurima ex aliis ut ex Gregorio qui cuncta dixit in nihilum decidere nisi ab omnipotenti deo cōseruarentur. Ab Augustino super Genesim & ex. S. Thoma. & a Io. scoto in tractatu de primo principio quæ tam̄ consulto pretereo quando probasse id naturalibus rationibus quas exposcere omnino uidebaris philosophorumq; gentiliū documentis sat sit quod tu probari posse ab eo nequaq̄ credidisti. His igitur omnibus q̄ prefati sumus putauerim bonis ingeniis extra controuersiam futurum omnes patrui opiniones satis fuisse defensas etiam fortasse te iudice. hæc tamen scripsimus nō ut tecum confligeremus. scripsimus etiā inuite quod & Ioannes mainardus noster & Christophorus saxolus Mirādulanus ciuis nr̄ & medicus atq; tuus olim auditor testari possent scripsimus quoq; citra odium cuius tibi argumentum maximum eē potest cum si quid honori tuo uel aliqua ex parte detrahens chartis traditū iudicaueris tuo illud arbitratu priusq̄ ad aliorum manus respōsio perueniat dispūcturus dempturusq; sim & quod perlubenter cum te ut hominem diligam ut philosophū obseruem ut christianum colam quod si mei erga te animi periculum facere colli buerit uerbis facta preponderasse percipies.

Rōnes ad ꝓpositum ostēdendū
Aristoteles
Aristoteles.
Auerois
Gregorius
Augustinus.
Thomas
Io. scotus
Io. mainardus
Christophorus saxolus.

FINIS.

Illustri principi ac domino suo singulari comiti Io. francisco Anto. fauentinus. S. pl. legi missas ad me in patrui tui scripta defensiones: in quibus magnam rerum doctrinā & admirabilem ingenii solertiam plane deprehendi: sumq; inuentionibus tuis mirifice oblectatus nō solū ꝓpterea ꝙ uideo bonas artes tutores optimos ac patronos aliquādo habituras: q̄bus a tenebris a barbarie uindicētur: ue℞ ēt eo magis ꝙ de te si philosophari pergas nescio quid magnum ac grande mihi facile polliceor uidebit

posteritas me nihil mentitum si uixeris: deus modo uitam longiorem prestet qđ ad me attinet equidem non improbabo: quæ in patrui defensionem subtiliter quidem & acute scripsisti: neq; enim si patruus uixisset disputationem iam ceptã magis ultra protraxissem quemadmodum in postrema oppositione mea sum illi plane testatus: qui per internũcium respondit se quoq; nihil amplius scripturum: cause igitur iudices sunto qui legerint: Quod si ea que probe meditatus es impressoribus danda censuisti saluo ac integro amici honore id fiat: quemadmodum promisisti. Sunt quidem nonnulla in libello uerba: que aliquid habent aculei nec omnino parum: a quibus facile potes temperare si uelis sensu rerum nihil ĩ mutato: Quod si feceris ut spero non erit ingratum: Causam meam uideor mihi satis abũdeq; tutatus & in dies facile tutari potuisse: Sed disputationi modus iam esto: Ceterum Comes illustris putes uelim me tuũ esse ac semper fore: quo uti possis arbitratu tuo: bene uale ex ferraria die. xvi. decẽbris. Mcccclxxxxv.

i Oannes franciscus Picus Mirandula Antonio fauentino philosopho insigni. S. P. Satisfactum est abunde tuis uotis: Satisfactum pollicitationibus erga te meis: quom uerba cũcta: q̃ uel aliquid aculei gestare uidebantur de dictatis nostris ademerim. Parcẽdũ ẽ impetui animi: sicubi forte acrius actum ẽ q̃ oportuit: Cõdonãdũ ẽ aliqd iuste defensiõi: & eo magis cõdonãdũ quãdo cõe fere uitiũ, eoꝝ sit q cõmẽtatiõibus suis uel accusant aliquẽ uel se ipsos aut amicos excusant illos ad quos scribũt insectari maledictis: calũniis petere: probris lacessere: atq; id genus cetera ꝑpetrare ab officio boni hominis aliena: a qbus nos (testem te cito & iudicẽ cõstituo) oĩo abstinuimus decẽq; sũmũ aut circiter uerba nõ nihil aculeata tuo nutu (saluis tam̃ sententiis) amouimus: neq; aliud cõsiliũ elucubrande cõmẽtaciuncule credas uelim: q̃ ut sine tui offensa picũ patruũ defenderemus: quinĩmo maluissem scepius nihil ĩter uos disceptatũ fuisse: ut p̃clusus mihi scribẽdi hac de re fuisset aditus omnisq; occasio sublata. Nõ. n. põt uel q̃ difficillime põt litteraꝝ negotiũ agi ĩ altercatione positũ oĩ ĩter scribẽdũ prestito honore illis ad quos uerba fiũt alioqn debito: Adde ꝙ uix sine quodã aĩ tumore: q magnope uitãdus ẽ: id muneris obitur. Quod uero de causæ tuæ tutela dicis hoc ip̃m de nostra dicimus. Sed hactenus de cõtrouersia: sũto (ut recte scripsisti) qui legerint iudices mõ hi docti sint. & neutræ parti affecti aut si amore cuiuspiã nostrũ teneãtur ardẽtius adminus oculis eoꝝ p̄stigiũ amor nõ faciat: Ceterũ multũ mihi tribuis uel parũ merẽti: magnaq; de me tibi ꝓmittis si mõ pgã philosophari. Sed uereor mi Antoni ne ab hoc philosophiæ studio đ quo mẽtionẽ facis oĩo tempem aut forte desistam: dicã tibi de hac re qđ sentio afferri . s. nobis hoc negociũ nimis affectãtibus multũ nocum̃ti parũ emolum̃ti. Nõ hoc ideo dico ut dãnem ut uituperẽ ueritates plurimas aut saltem similitudines ueri: quaꝝ noticiã philosophãdo cõparamus nobis: Sed cõem usum aut (ut significantius dixerim) abusum culpo: quem nisi uitare magnope nixi fuerimus assidueq;

& summa cum diligentia cogitatus nostros examinauerimus: Christiani cum ue/nenum cor irrepit ambitio: quæ postmodum mortiferam pariat superbiam. unde plerumq; fit ut huius sapientie in qua quotidie uersamur amatores: sapientiam il/lam que genita est sed æterna a quo omnis hec fluxa & temporaria deriuata ē om nino posthabeant tumidi & elati caduca gloria. Sed uideamus oro unde animo efferamur unde nos ipsos estimamus nimis: Nam quantula nostra cognitio? cum minimam naturalium rerum scientiā teneamus & illa ipsa quæ ignoramus quom multa tum maxima uel tacite clament in uanum. s. & falso nos ipsos doctos aut profiteri aut existimare: Posset proculdubio uel rudis homo & parum peritus uel omnino nescius litterarum agricola percunctari plurima etiam sub aspectum sub oculos posita de quibus philosophus alioquin maximus reddere certam rationem nequiret. In percipiendis uero substantiis ipsis a materia sensili prorsus abiunctis quousq; cognitione procedimus. quas lipientibus dumtaxat & noctuinis mentis oculis cernimus? Sed quid de diuinis sumus dicturi ad que non tantum cognoscē da: sed etiam uestiganda anhelantes & anxii cecucientes & caligantes obtutus den sissimis pene nubibus obtectos dirigimus: Porro hanc nostram rerum noticiā non ne aut a libris aut a preceptore percepimus? gloriari ergo quid opus est: didicisse nos aliena meditata hausisse quasi ab narrante historiam: Sed historiam nature: utrum per diuersa studia in amarulentis altercationibus positam uariasq; per opi niones agitatam atq; ob id incertam: Quod ex ipso nomine opinionis proditur apertissime: Si quid uero a nobis ipsis paululum noticie nāciscimur quid queso ali ud est q̄ incertum quoddam subuolutum mille inuolucris mille perplexum falla/ciis? hoc negotium ueluti his qui hec studia uehemētius q̄ oportunum est magni/faciunt succensus: in sectarer nisi hanc materiam speciatim longa questione tracta uissem peculiariq; libello dedicassem. His ideo de causis me conuertere statui ad eos euoluendos libros quorum propositiōes prolata sunt & dignitates quorum cō clusiones & in enarrabili syllogismo colliguntur & mentem defecatam (si tamē id curauerimus) reddunt. Sed esto iam finis conflictus litterarii & iam iam epistole. Sed uide q̄ dispar effectus fuerit & nostre & aliorum controuersiæ: finita discepta tione uel uoce uel scriptis agitata: Sepe numero īter eos aīos q discordes fuere exer centur odia simultates: machinant̄ fraudulēta bella: detractiōes honoris & fame hinc inde scaturiūt. Tu uero & Picus noster eratis ante disputationē cōpatres hoc ē spiritali astricti nodo: Nihilominus ob hoc pristina nō ē aīoꝝ cōcordia dissoluta Ego aūt nec tibi dū patruus uiueret nec tu mihi nisi noīe notus eras: fecit hec de/fensio ut īter nos ictū sit qđdā fedus amicicie: qđ ut stabile sit dū uicturi sumus curato: utq; recte pieq; uiuēdo post hanc mortē quā expectamus pseueret eternū da opam q̄ rōne potes: id ipm quoq; enitar factitare: Interim quo te amore prose/quar expiri nō pigeat: Cumulatius forte sum pstiturus qđ postulaueris q̄ in calce defensionis spopōderim. Nihil. n. tā arduū qđ tui (grauissimi pfecto pbi) ppēsius demerēdi cā facturus nō sim ex arce Miran. iiii. Ian. Mcccclxxxxvi.

QQ

Argumentum Io. francisci pici Mirandulæ &c. in orationem & epistolas. Ioannis pici patrui &c.

a Ccipe lector & has. Ioannis pici Mirandulæ lucubrationes leuioris curæ opera quas forte nec ipse uiuens inuulgasset: nec nos nisi celebratorũ hominum crebris adhortamentis excitati. Leges primum orationem elegãtissimam iuuenili quidem alacritate dictatam sed a doctioribus præ doctrine & eloquentie fastigio sepius admiratam: nec te moueat si plurima in eius calce cõuisuntur quæ & in apologie sunt inserta prohemio: quando illud foras publicauerit hanc domi semper tenuerit: nec nisi amicis comunem fecerit: uidebis pleraq; antiquoꝝ dogmata abstrusa prius in ænigmatis & fabulaꝝ iuolucris ingeniosissime referata: conatumq; illum & robore & delinimentis oratoriis ostendere q̄ priscorũ sapientum poetica theologia nostre theologie Mysteriis ancillaretur: atq; utriusq; nodis quibusdam enodatis ad litterarias palestras homines inuitare; in his enim per id tempus frequentissimus fuit quas postea quasi grauioꝝ studiorum preludia ludicrasq; pugnas derelinquens ad ea quæ iã emissimus queq; sumus in posterum emissuri emolienda conuertit aĩum; leges & nonnullas epistolas (omnes. n. collegisse laboriosissimũ) alias familiares tum per etatem teneram tum prouectiorem scriptitatas alias postq̄ totum pectus deo dicauit sanctissimis refertas monitis exaratas: illas & doctrinam & eloquẽtiam olere copiosissime deprehendes: has & utrũq; affatim sapere & christi amorem preter hec uberrime spirare percipies.

ORATIO IOANNIS PICI MIRAN. CONCORDIAE COMITIS.

l Egi Patres Colendissimi in Arabū monumētis interrogatū Abda/
lam sarracenū : qd ī hac quasi Mundana scena admirādū maxīe
spectaretur: Nihil spectari hoīe admirabilius respōdisse. Cui snīæ il
lud Mercurii adstipulatur. Magnū o asclepi miraculū ē hō. Horū
dictorꝶ rōnem cogitāti mihi nō satis illa faciebāt: q̄ multa de huma
næ naturæ p̄stātia afferuntur a multis: esse hominē creaturarꝶ īternuntiū/supis fa
miliarē/regem inferiorꝶ/sensuū pspicacia/rōnis īdagine/intelligentiæ lumine/natu
ræ interpretem/Stabilis eui & fluxi temporis interstitium/&(qđ pse dicunt)mun
di copulā/īmo hymeneum/ab angelis Teste Dauide paulo deminutum. Magna
hæc qdem/sed nō principalia. i. quæ sūmæ admiratiōis priuilegiū sibi iure uendi/
cent. Cur. n. nō ipsos angelos & beatissimos cæli choros magis admiremur? Tādē
intellexisse mihi sum uisus cur felicissimū/proindeq; dignū oī admiratione aīal sit
hō: Et quæ sit demū illa cōditio quā ī uniuersi serie sortitus sit/non brutis mō/sed
astris: sed ultramundanis mentibus inuidiosam. Res supra fidem & mira. Quid
ni? Nā & ppea magnū miraculū & admirādū ꝑfecto aīal iure hō & dicitur & exi
stimatur. Sed quæ nā ea sit audite patres/& benignis auribus ꝓ uestra humanita/
te hanc mihi opam condonate. Iam summus Pater architectus deus: hāc quā uide/
mus mundanā domū diuinitatis tēplū augustissimū archanæ legibus sapientiæ fa
brefecerat. Supcelestem regionē mentibus decorarat: ethereos globos æternis ani/
mis uegetarat excremētarias ac feculentas inferioris mundi partes omnigena aīaliū
turba cōplerat. Sed ope cōsumato/desiderabat artifex esse aliquē q tāti opis rōnē
ppēderet/pulchritudinem amaret/magnitudinem admiraretur. Idcirco iam rebus
oībus(ut Moses Timeusq; testantur absolutis)de ꝓducendo hoīe postremo cogita
uit. Verꝶ nec erat in archetipis unde nouā sobolē effingeret/nec in thesauris: qd no
uo filio hereditariū largiretur: nec in subsellis totius orbis: ubi uniuersi cōtēplator
iste sederet. Iam plena oīa: oīa sūmis/mediis/infimisq; ordinibus fuerant distribu/
ta. Sed nō erat paternæ potestatis in extrema fætura/quasi effetā defecisse: nō erat
sapientiæ: Consilii inopia in re necessaria fluctuasse. Non erat benefici amoris: ut
q in aliis esset diuinā liberalitatē laudaturus in se illā dānare cogeretur. Statuit tā
dē optimus opifex: ut cui dari nihil ꝓpriū poterat cōe esset qcqd priuatū singulis
fuerat. Igitur hoīem accepit indiscretæ opus imaginis/atq; ī mūdi positū meditul
lio/sic est alloquutus. Nec certā sedē/nec ꝓpriā faciē: nec munus ullū peculiare ti/
bi dedimus o/Adā: ut quā sedē/quā faciē/quæ munera tute optaueris/ea ꝓ uoto:
pro tua snīa habeas & possideas. Definita cæteris natura intra p̄scriptas a nobis le
ges cohercetur. Tu nullis angustiis cohercitus pro tuo arbitrio: in cuius manu te
posui tibi illam presinies. Medium te mundi posui/ut circūspiceres inde comodius
quicquid est in mundo. Nec te celestem/neq; terrenum/neq; mortalem/neq; īmor
talem fecimus. ut tui ipsius quasi arbitrarius honorariusq; plastes & fictor/in quā

Abdala sarracenus

Mercurius

Hominis dignitas

Perse

Dauid

Moses

Timeus

Voluntas libera in hoie.

malueris tute formam effingas. Poteris in inferiora q̇ sunt bruta degenerare: Pote
ris ĩ supiora quæ sunt diuina ex tui aĩ snĩa regenerari. O sũmã dei patris liberalita
tẽ/sũmã & admirãdã hoĩs fœlicitatem. Cui datũ id hẽre qđ optat: id esse qđ ue/
Lucilius — lit. bruta simul atq; nascũt id secũ afferũt (ut ait lucilius) ebulga matris/qđ posses
sura sunt. Supmi spiritus aut ab initio: aut paulo mox id fuerũt/qđ sunt futuri im
perpetuas æternitates. Nascẽti homini oĩsaria semina: & omnigenæ uitæ germina
indidit pater. Quæ q̃sq; excoluerit illa adolescent: & fructus suos ferent in illo. Si
Nota. — uegetalia planta fiet. Si sensualia obrutescet. Si rõnalia cæleste euadet aĩal. Si ĩtel
lectualia angelus erit/& dei filius. & si nulla creaturarũ sorte contentus in unitatis
centrũ suæ se recepit/unus cũ deo spiritus factus/in solitaria patris caligine q ẽ sup
oĩa cõstitutus/oĩbus ãtestabit. Quis hũc nostrũ chamæleonta nõ admiretur? aut
Asclepius atheniensis. — oĩo quis aliud q̃cq̃ admiretur magis? Quẽ nõ ĩ merito Asclepius atheniẽsis/uersi
pellis huius & se ipsam trãsformãtis naturæ argumẽto p ptheũ in mysteriis signifi
Hebrei — cati dixit. hinc ille apud hebreos & pythagoricos methamorphoses celebratæ. nã
Pythacorici — & hebreoꝝ theologia secretior nũc Enoch sanctũ ĩ angelũ diuinitatis/quẽ uocant
nũc ĩ alia alios numina reformãt. & Pythagorici scelestos hoĩes ĩ
Empedocles — bruta deformant/& si Empedocli creditur ẽt ĩplantas. Quos imitatus Maumeth
Maumeth — illud frequens habebat in ore: q a diuina lege recesserit brutũ euadere: & merito q
dem. Neq;.n. plantã cortex. Sed stupida & nihil sentiens natura: neq; iumẽta co
rium: sed bruta aĩa & sensualis: nec cælum orbiculatũ corpus: sed recta rõ: nec se/
Nota — questratio corporis: sed spiritalis intelligentia angelũ facit. Si quẽ.n. uideris dedi/
tum uentri humi serpentem hominẽ/frutex est nõ hõ quẽ uides: si quẽ in fantasie
q̃si calipsus uanis pstigiis cecucientẽ & subscalpenti delinitũ illecebra sensibus mã
cipatũ: brutũ est nõ hõ quẽ uides. Si recta philosophum rõne oĩa discernentẽ: hũc
uenereris/cæleste est aĩal nõ terrenũ. Si purũ cõtẽplatorẽ corporis nescium/in pe/
netralia mentis relegatũ: hic nõ terrenũ nõ cæleste aĩal: hic augustius ẽ numẽ hu/
mana carne circũuestitum. Ecquis hoĩem nõ admiretur? qui nõ ĩmerito in sacris
Mosaice & christiane littere. — litteris Mosaicis & christianis/nũc oĩs carnis/nũc oĩs creaturæ appellatiõe designa
tur: quãdo se ipm ipse in oĩs carnis faciem/in oĩs creaturæ ĩgeniũ effingit. fabricat:
& trãsformat. Idcirco scribit Euantes Persa ubi chaldaicam theologiã enarrat: non
Euantes psa. — esse homini suã ullã & natiuã imaginẽ/extrarias multas & aduentitias/hinc illud
Chaldei. — chaldeoꝝ
Nota. — idest hõ uariæ ac multiformis & desultoriæ naturæ aĩal. Sed quorsum hæc? ut ĩtel
ligamus postq̃ hac nati sumus cõditiõe/ut id simus qđ esse uolumus: Curare hoc
potissimũ debere nos/ut illud quidẽ in nos nõ dicatur/cũ in honore essemus non
Asaph propheta — cognouisse similes factos brutis & iumentis insipientibus. Sed illud potius Asaph
prophetæ: dii estis & filii excelsi oẽs: ne abutentes indulgentissima patris liberalita
te quã dedit ille liberã optionẽ: e salutari noxiam faciamus nobis. Inuadat aĩum
sacra quedã ambitio: ut mediocribus nõ cõtẽti anhelemus ad sũma/adq; illa (quã
do possumus si uolumus) cõsequenda totis uiribus enitamur. Dedignemur terre/

ſtria: Cæleſtia cõtẽnamus: & qcqd mundi eſt deniq; poſthabentes/ultramũdanã curiã eminentiſſime diuinitati pximã aduolemus. Ibi ut ſacra tradũt myſteria: Seraphin Cherubin & Throni primas poſſident. hoꝝ nos iã cedere neſcii & ſecũdaꝝ ĩpatientes & dignitatẽ & gloriã emulemur. Erimus illis cũ uoluerimus nihilo inferiores. Sed qua rõne/aut qd tandẽ agentes? uideamus qd illi agant/quã uiuant uitã. Eã ſi & nos uixerimus (poſſumus.n.) illorũ ſortẽ iã equauerimus. Ardet Saraph charitatis igne: Fulget Cherub intelligentiæ ſplendore: Stat Thronus iudicii firmitate. Igiť ſi actuoſæ adicti uitæ ĩferioꝝ curã recto examine ſuſcepimus/thronoꝝ ſtata ſoliditate firmabimur. Si ab actionibus feriati/in opificio opificẽ/in opifice opificiũ meditãtes ĩ cõtemplãdi ocio negociabimur. luce cherubica undiq; coruſcabimus. Si charitate ipm opificem ſolũ ardebimus illius igne q edax ẽ ĩ ſaraphicã effigiem repente flãmabimur. ſup throno.i. iuſto iudice ſedet deus iudex ſeculoꝝ. Sup cherub.i. cõtemplatore uolat: atq; eũ quaſi incubãdo fouet. Spiritus n. domini fertur ſup aquas: has inq̃ quæ ſup cælos ſunt: quæ apud Iob dominum laudãt anteluchanis hymnis. Qui ſaraph.i. amator eſt ĩ deo eſt/& deus in eo/ĩmo & deus & ipe unũ ſunt. Magna thronoꝝ poteſtas quã iudicãdo/ſũma ſaraphinorũ ſublimitas quã amãdo aſſequimur. Sed quo nã pacto uel iudicař qſq̃ uel amare põt ĩcognita? Amauit Moſes deũ quẽ uidit: & adminiſtrauit iudex ĩ populo: q̃ uidit prius cõtemplator in monte. Ergo medius cherub ſua luce & ſaraphico igni nos pparat: & ad thronoꝝ iudiciũ pariter illuminat: hic eſt nodus primaꝝ mẽtiũ: ordo palladicus: philoſophiæ contemplatiuæ preſes: hic nobis & emulãdus primo & ambiendus/atq; adeo cõprehẽdẽdus eſt: unde & ad amoris rapiamur faſtigia: & ad munera actionũ bene inſtructi paratiq; deſcendamus. At uero opepreciũ ſi ad exẽplar uitæ cherubicæ uita noſtra formãda eſt: quæ illa & qualis ſit: quæ actiones/quæ illoꝝ opa preoculis & in numerato habere. Qđ cũ nobis p nos q caro ſumus: & quæ humi ſunt ſapimus/cõſequi nõ liceat: adeamus antiquos patres: q de his rebus utpote ſibi domeſticis & cognatis/locupletiſſimã nobis & certã fidẽ facere poſſunt. Cõſulamus Paulũ apoſtolũ uas electiõis/qd ipſe cũ ad tertiũ ſublimatus eſt cælũ/agentes cherubinoꝝ exercitus uiderit. Reſpondebit utiq; Dyoniſio interprete: purgari illos/tum illuminari: poſtremo pfici: Ergo & nos cherubicã in terris uitã emulãtes/p moralem ſcientiã affectuũ ĩpetus cohercentes/p dialeticã rõnis caliginem diſcutientes/qſi ignorãtiæ & uitioꝝ eluentes ſordes aĩam purgemus: ne aut affectus temere debachentur: aut rõ ĩprudens quãdoq; deliret. Tum bene cõpoſitã ac expiatã aĩam naturalis philoſophiæ lumine pfũdamus/ut poſtremo diuinaꝝ rerũ eam cognitione perficiamus: & ne nobis noſtri ſufficiant cõſulamus Iacob patriarcham: cuius imago in ſede gloriæ ſculpta corruſcat. Admonebit nos pater ſapientiſſimus in inferno dormiens/mundo in ſupno uigilãs. Sed admonebit pfigurã (ita eis oĩa cõtingebãt) eſſe ſcalas ab ĩmo ſolo ad cæli ſũma protenſas multoꝝ graduũ ſerie diſtinctas: faſtigio dominũ inſidere. Cõtẽplatores angelos p eas uicibus alternantes aſcendere & deſcendere: Quod ſi hoc idẽ nobis angelicam

Seraphin
Cherubin
Throni
Seraph
Cherub
Thronus
Iob
Moſes
Paulus apoſtolus
Dyoniſius
Iacob

affectātibus uitā sactitādū est. queso qs domini scalas uel sordidato pede/uel male mundis manibus attinget? Impuro ut habent mysteria/purū attingere nephas.

Pes anime

Sed q hi pedes? quæ manus? ꝑfecto pes aīæ illa est portio despicatissima qua ipa materiæ tanq̄ terræ solo īnititur/altrix inq̄ ptās & cibaria/fomes libidinis/& uoluptariæ mollitudinis magistra.

Manus aīe

Manus aīæ cur irascentiā nō dixerimus/quæ appetētiæ ꝓpugnatrix ꝓ ea decertat/& sub puluere ac sole pedatrix rapit. Quæ illa sub umbra dormitans helluetur has manus: hos pedes. i. totā sensualē ptē ī qua sedet corporis illecebra: quæ aīam obtorto (ut aiunt) detinet collo. ne ascalis tāq̄ ꝓphani pollutiq; reiciamur morali philosophia quasi uiuo flumine abluamus. At nec satis hoc erit si p Iacob scalā discursantibus angelis comites eē uolumus/nisi & a gradu in gradū rite ꝓmoueri/& ascalaꝝ tramite deorbitare nusq̄/& reciprocos obire excursus bene apti prius instructiq; fuerimus. Quod cū p artē sermocinalē siue rōnariā erimus cōsequuti/iam cherubico spiritu aīati p scalarū. i. naturæ gradus philosophantes a centro ad centrum omnia peruadētes: nunc unum quasi osyrim in multitudinem ui titanica diserpentes descendemus: nunc multitudinem quasi osyridis membra in unum ui phebea colligentes ascendemus: donec in sinu patris q sup scalas est tādē qescentes/theologica fœlicitatæ cōsumabimur.

Iob

Percontemur & iustū Iob q fedus iniit cū deo uitæ prius q̄ ipse ederetur ī uitā quid sūmus deus ī decē illis centenis millibus q assistunt ei potissimū desideret: pacē utiq; respōdebit/Iuxta id qđ apud eū legitur/qui facit pacē ī excelsis: & qm̄ supremi ordinis monita medius ordo inferioribus īterpretatur: Interpretetur nobis Iob theologi uerba Empedocles phūs:

Empedocles

Hic duplicē naturā ī nostris aīs sitam/quaꝝ altera sursum tollimur ad celestia/altera deorsum trudimur ad īferna/p litē & amicitiā/siue bellū & pacē ut sua testātur carmina/nobis significat: ī qbus se lite & discordia actū furenti simılē ꝓfugū adiis/ī altū iactari cōquerit.

Multiplex in nobis discordia.

Multiplex ꝓfecto patres ī nobis discordia: grauia & ītestina domi habemus & plusq̄ ciuilia bella: quæ si noluerimus si illā affectauerimus pacem/quæ ī sublime ita nos tollat ut īter excelsos domini statuamur: sola in nobis cōpescet ꝓrsus & sedabit philosophia:

Philosophia moralis

Moralis primū si noster hō ab hostibus indutias tm̄ quesierit/multiplicis bruti effrenes excursiones & leonis iurgia/iras aīosq; cōtundet. Tum si rectius cōsulētes nobis ꝑpetue pacis securitatē desiderauerimus. Aderit illa & uota nr̄a liberaliter īplebit. Quippe quæ cesa utraq; bestia quasi icta porca inuiolabile īter carnē & spiritū fœdus sāctissime pacis sanciet.

Dyalectica

Sedabit dyalectica rōnis turbas īter orationū pugnantias & sillogismo captiones anxie tumultuantis.

Philosophia naturalis.

Sedabit naturalis philosophia opinionis lites/& dissidia: quæ inquietam hinc inde aīam uexāt/distrahunt & lacerant. Sed ita sedabit: ut meminisse nos iubeat esse naturā iuxta Heraclytū ex bello genitā:

Heraclitus.

Homerus.

ob id ab homero cōtentionē uocitatā. Idcirco in ea uerā quietem & solidā pacem se nobis prestare nō posse esse hoc dominæ suæ. i. sanctissimæ Thologiæ munus & priuilegiū.

Sanctissima theolagia

Ad illā ipsa & uiā monstrabit & comes ducet. quæ ꝓcul nos uidens ꝓperantes. Venite inclamabit ad me q laborastis. uenite & ego reficiā uos. uenite ad

me & dabo uobis pacē quā mundus & natura uobis dare nō possunt. Tam blāde uocati: tam benigniter inuitati, alatis pedibus quasi terrestres Mercurii, in beatissimæ amplexus matris euolantes, optata pace pfruemur: pace sanctissima, indiuidua copula, unianimi amicitia, qua oēs animi in una mēte quæ est sup omnē mētem nō cōcordent adeo. Sed ineffabili quodāmodo unū penitus euadant. Hæc ē illa amicitia quā totius philosophiæ finē esse Pythagorici dicūt. hæc illa Pax quam facit deus in excelsis suis: quā angeli i terrā descendētes annūtiarūt hominibus bonæ uolūtatis, ut p eā ipsi homines ascendentes in cælū angeli fierent. hanc pacem amicis: hāc nostro optemus seculo, optemus unicuiq; domui quā ingredimur: optemus aīæ nostræ: ut p eā ipsa dei domus fiat. ut postq̄ p moralē & dyalecticā suas sordes excusserit, multiplici philosophia quasi aulico apparatu se oxornarit: portarū fastigia Theologicis sertis coronarit: descendat rex gloriæ & cū patre ueniens mansionē faciat apud eā. Quo tāto hospite si se dignā pstiterit quæ est illius ī mensa clementia: deaurato uestitu quasi toga nuptiali multiplici scientiarū circūdata uarietate speciosum hospitē, nō ut hospitē iam, Sed ut sponsum excipiet, a quo ne unq̄ dissoluatur dissolui cupiet a populo suo & domū patris sui: īmo se ipsam oblita: in se ipsa cupiet mori ut uiuat in sponso: in cuius cōspectu preciosa profecto mors sanctorū eius, mors inq̄ illa si dici mors debet plenitudo uitæ cuius meditationē eē studiū philosophiæ dixerūt sapiētes. Citemus & Mosen ipm, a sacrosanctæ & ineffabilis intelligentiæ fontana plenitudine: unde angeli suo nectare inebriantur paulo deminutum. Audiemus uenerādum iudicem nobis in deserta huius corporis solitudine habitantibus leges sic edicentem: Qui polluti adhuc morali indigent cum plebe habitent extra tabernaculum sub diuo quasi thessali sacerdotes interim se expiantes. Qui mores iam composuerunt: in sanctuarium recepti nondum quidem sacra actractent: Sed prius dyaletico famulatu seduli leuitæ Philosophiæ sacris ministrent. Tum ad ea & ipsi admissi: nunc superioris dei regiæ multicolorem. i. sydereum aulicum ornatum: nunc cæleste candelabrum septē luminibus distinctū: nunc pellicea elementa, in philosophiæ sacerdotio contemplentur. ut postremo per Theologicæ sublimitatis merita i templi adita recepti, nullo imaginis intercedente uelo, diuinitatis gloria perfruantur. Hæc nobis profecto Moses & imperat & imperando admonet, excitat inhortatur: ut per philosophiam ad futuram cælestem gloriam dum possumus iter paremus nobis. Verum eninuero: nec Mosayca tantum aut Christiana mysteria: sed priscorum quoque Theologia harum de quibus disputaturus accessi liberalium artium & emolumenta nobis & dignitatem ostendit. Quid enim aliud sibi uolūt in græcorum archanis obseruati initiatorum gradus. Quibus primo per illas quas diximus quasi februales artes moralem & dialeticam purificatis: Contingebat mysteriorum susceptio. Quæ quid aliud esse potest q̄ secretioris per philosophiam naturæ interpretatio? Tum demum ita dispositis illa adueniebat ἐποπτεία. idest rerum diuinarum per Theologiæ lumen inspectio. Quis talibus sacris initiari non appetat? Quis humana

Amicitia Pythagorici

Pax optanda

Preciosa ī cōspectu dei mors sāctorū

Moses

Sacerdotes thessali

Grecorū archana

oĩa posthabens/fortunæ cõtẽnens bona/corporis negligẽs/deoꝝ conuiua adhuc degens in terris fieri nõ cupiat: & æternitatis nectare madidus mortale aĩal ĩmortalitatis munere donari? qs nõ socraticis illis furoribus a Platone in fedro decãtatis/sic afflari nõ uelit/ut alarum pedũq; remigio hinc.i.ex mũdo q est positus ĩ maligno prope aufugiens ad cæleste Hierusalẽ cõcitatissimo cursu feratur? Agamur patres agamur socraticis furoribus/qui extra mẽtẽ ita nos ponãt: ut mentem nostram & nos ponãt in deo: agamur ab illis utiq;: si quid est in nobis: ipsi prius egerimus. nã si & p moralẽ affectuũ uires ita p debitas cõpetentias ad modulos fuerint intente: ut ĩmota inuicẽ cõsonent cõcinentia: & p dyalecticã rõ ad numerũ se ꝑgrediendo mouerit/musaꝝ pciti furore celestẽ armoniã intimis auribus cõbibemus. Tũ musarũ dux Bacchus in suis mysteriis.i. uisibilibus naturæ signis inuisibilia dei philosophantibus nobis ostendens inebriabit nos ab ubertate domus dei: in qua tota si uti Moses erimus fideles/Accedens sacratissima Theologia duplici furore nos animabit. Nã in illius eminentissimã sublimati speculã inde & quæ sunt quæ erunt queq; fuerint insectili metientes euo/& primeuam pulchritudinẽ suspiciẽtes illoꝝ phebei uates huius alati erimus amatores & ineffabili demũ charitate q̃si æstro p citi quasi Saraphini ardentes extra nos positi/numine pleni iam nõ ipsi nos: sed illæ erimus ipse qui fecit nos. Sacra Apollinis noĩa si quis eoꝝ significantias & latitantia pscrutetur misteria satis ostendunt esse deũ illũ nõ minus phũm q̃ uatem. Quod cum Ammonius satis sit exequutus non est cur ego nũc aliter ptractẽ: sed subeant aĩum patres tria delphica precepta oppido his necessaria: qui nõ ficti sed ueri apollinis qui illuminat oẽm aĩam uenientẽ in hunc mũdũ/sacrosanctũ & augustissimũ tẽplũ ingressuri sunt: uidebitis nihil aliud illa nos admonere: q̃ ut tripartitam hanc de qua est presens disputatio phãm totis uiribus amplectamur. Illud. n. μηδὲν ἄγαν.i. neqd nimis uirtutũ oĩum normã & regulã p mediocritatis rõnem de qua moralis agit recte pscribit. tum illud γνῶθι σεαυτόν.i. cognosce te ipm ad totius naturæ nos cognitionẽ/cuius & interstitium & q̃si Cynnus nã est hoĩs excitat & inhortatur: q. n. se cognoscit in se oĩa cognoscit/ut Zoroaster prius deinde Plato in alcibiade scripserunt. Postremo hac cognitiõe p naturalem philosophiã illuminati iam deo proximi ε.i. es dicentes theologica salutatiõe: uerum Apollinem familiariter proindeq; fœliciter appellabimus. Consulamus & Pythagorã sapiẽtissimũ ob id p̃cipuæ sapientẽ qd sapientis se dignũ noĩe nunq̃ existimauit. Precipiet primo ne sup modiũ sedeamus.i. rõnalẽ ptẽ qua aĩa oĩa metitur iudicat & examinat ociosa desidia ne remitentes amittamus. Sed dyaletica exercitatione ac regula & dirigamus assidue & excitemus. Tum cauenda ĩprimis duo nobis significabit/ne aut aduersus solẽ emingamus: aut inter sacrificãdum ungues resecemus. Sed postq̃ per moralem & superfluentium uoluptatum fluxas eminxerimus appetentias/& unguium presegmina quasi acutas iræ prominẽtias & animorum aculeos resecuerimus/tum demum sacris.i. de quibus mentionem fecimus bacchi mysteriis interesse: & cuius pater ac dux merito sol dicitur nostræ contépla

Socratici furores. — Bacchus — Moses — Phoebei uates. — Ammonius. — Tria delphica precepta — Zoroaster — Plato — Pythagoras sapiẽs — Declaratio p̃ceptorum pythagoræ

uestigia hæc ego et cum multis/& alius quisq̄ longe potiora/Sed duo precipua p̄ter hec uidi/que uideant forte non multi q̄q̄ oculatiores. primum est illud/ut illa suas diuitias dissimulet/ut inuidiā fugiat/flores ī sinu hēat/nō ostētet/nō exsurgat in plantas/sed subsidat ingenua ut minor appareat alterum quid sit non uideo/neq; enim tam solers/sed uideo esse nescio quid ut dicam signatissime laurentianum Quod si quis uideat Laurentii dotes/ingenium. Prestantiam Laurentium totum uideat graphice effigiatum. Sed hec nimis fortasse multa/quæ dixi etiam inuitus ipsa me transuersum/ut dicunt/trahente in uerba animi sententia. Illud non pretetibo inhortari te quanto possum opere maximo/ut aliquod quandoq; amoderanda repu. otiolum suffuratus absoluende paraphrasi impartiaris/tibi quidem & linguæ patriæ ad honorē ciuibus tuis & nobis oībus futuræ ad usum & uoluptatē.

Florentiæ idibus Iuliis. M. quadringentesimo octuagesimo quarto.

Ioannes Picus Mirandulanus Hermolao Barbaro suo. S.

e Go quidē mi Hermolae nec possum aut tacere quæ de te sētio aut nō sentire ea que de illo debeāt: in quo omnia ueluti singula summa reperiantur. Sed utinam esset is meæ mentis captus ut pro meritis tuis de te sentirem: utinam ea dicendi uis: ut exprimere aliquando possem quod semper sentio. Scio que de te concepi infinitum subsidere infra fastigia doctrinæ tuæ/Scias & tu quecumq; loquimur longe esse minora iis que concipimus. tam deesse scias animo uerba: q̄ rebus animus deest. & tamen ita me audere credis ut sperem posse imitari tua quorum nec magnitudinē estimare possum. Admirari te possunt omnes imitari tam pauci possunt q̄ nemo reprehendere: Et utinam ea mihi fælicitas ut quæ scribam Hermolaum meum aliqua ex parte imaginētur. Ipse. n. ut taceā cætera stilus tuus, cui tu adeo parū faues mi℞ quātū me afficit q̄tū me delectat: Ita ē doctus: grauis: cōpositus: eruditus: excussus: Ingeniosus: In quo nihil expositum/nihil sit triuiale/seu uerba seu sententias spectes. legimus sæpe ego & noster Politianus qualscunq; habemus tuas aut ad alios. aut ad nos epistolas: Ita semper prioribus certant sequentia: & noue fertiliter inter legendum efflorescunt gratie: ut perpetua quadam acclamatione interspirandi locum nō habeamus. Sed mirum dictu q̄ persuadeas: & legentis animum quocūq; uelis/impellas. Exptus sum ego/cum semper alias tum hac p̄xima tua ad me epistola: In qua dum barbaros hos philosophos in sectaris: quos dicis haberi uulgo sordidos: rudes: incultos. quos nec uixisse uiuentes ne dū extincti uiuant/Et si nūc uiuant uiuere ī pænā & cōtumeliā: Ita porro sum cōmotus ita me puduit piguitq; studiorum meorum. Iam enim sexennium apud illos uersor. ut non minus me fecisse uelim q̄ in tam nihilisfacienda re tam laboriose contendisse. perdiderim ego inq̄ apud Thomam: Ioannem scotum: apud Albertum: apud Aueroem meliores annos: tantas uigilias: quibus potuerim in bonis litteris fortasse non nihil esse: Co

Thomas
Io. scotus
Albertus
Auerrois

gitabam mecum ut me consolarer si qui ex illis nunc reuiuiscant: habituri ne quic q̄ sint quo suam causam argumentosi alioquin homines ratione aliqua tueantur. demum succurrit ex ipis quempiam paulo facundiorem suam barbariam q̄ pote/ rit minime barbare / hunc in modum fortasse defensurum. Viximus celebres o Her molae & post hac uiuemus / non in scholis grammaticorum & pedagogiis: Sed in philosophorum coronis: in conuentibus sapientū: ubi non de matre andromaches non de niobes filiis: atque id genus leuibus nugis: Sed de humanarum diuinarū que rerum rationibus agitur & disputatur. In quibus meditandis inquirendis & enodandis / ita subtiles: acuti: acresque fuimus: ut anxii quãdoque nimium & mo/ rosi fuisse forte uideamur: si modo esse morosus quisq̄ aut curiosus nimio plus in ĩ daganda ueritate potest / atque in his quidem si quis nos arguat hebetudinis & tar ditatis: age amabo quicũque is est pedem conferat: experietur habuisse barbaros nõ in lingua / Sed in pectore Mercurium / non defuisse illis sapiẽtiam: si defuit elo quentia: quam cum sapientia non coniunxisse / tantum fortasse abest a culpa ut cõ iunxisse sit nephas. Quis enim cincinnos. Quis fucum in proba uirgine non dam net? & detestetur? Tanta est inter oratoris munus & philosophi pugnantia ut pugnare magis inuicem non possint. Nam quod aliud rhetoris officium q̄ menti ri decipere: circũuenire. præstigiari? Est enim uestrum / ut dicitis / posse ꝑ arbitrio ĩ candida nigrum uertere: in nigra candidum. posse quecũque uultis tollere: abiice re: amplificare: extenuare dicẽdo demum res ipsas magicis quasi / quod uos iacta/ tis / uiribus eloquentiæ in quam libuerit faciem habitumque transformare / ut non qualia sunt suopte ingenio / sed qualia uolueritis / non fiant quidem / sed cum non sint esse tamen audientibus appareant hoc totum: est nequicq̄ aliud q̄ merū mẽ datium: mera impostura: merum præstigium? Cum a natura rei semper uel au/ gendo excedat / uel minuendo deficiat: & fallacem uerborum concentum: ueluti laruas & simulachra pretendens auditorum mentes blandiendo ludificet. Erit ne huic cũ phõ affinitas: cuius studiũ oẽ ĩ cognoscẽda & demõstranda cæteris uerita te uersatur Adde ꝙ nobis nulla erit fides / lautitias uocum & ueneres affectãtibus quasi rebus parum fidentes / nec uero nixi / trahere in sententiam his lenociniis ho/ mines queramus. Est ob hanc causam legere res sacras rustice potius q̄ eleganter scriptas: ꝙ nihil sit magis dedecens & noxium in omni materia in qua de uero co/ gnoscendo agitur qua uniuersum istud dicendi genus elaboratum. Hoc forẽsium est questionum / non naturalium atque cælestium. Non est eorum qui in achade/ mia Sed qui in re pub. illa uersantur / in qua quæ fiunt / quæque dicuntur popula ri trutina examinantur. apud quam flores fructibus longe preponderant. Nõ ne scis illud non omnia omnibus pari filo conueniunt? Est elegans res (fatemur hoc) facundia / plena illecebræ & uoluptatis: Sed in philosopho nec decora nec grata. Quis mollem incessum / argutas manus / ludibundos oculos in histrione & salta/ tore non probet. in ciue in philosopho quis non improbet arguat abhominetur? Si puellam uiderimus moribus lepidam atque dicaculam laudabimus ex osculabi/

mur. hæc in matrona damnabimus & persequemur / non ergo nos sed illi inepti q ad pedes uestæ agãt bacchanalia: Qui grauitatẽ phicaꝝ rerũ & castitatẽ ludicris ueluti & calamistris dehonestẽt ꝑfecto qđ Sinesius de adolescẽte: de oratiõe dici cõmode põt / comatã orõnẽ semper cinedã. Quare nos nostrã malumus capillis hirtã: globosam: inexpeditã q̃ cũ ĩpuritatis uel nota / uel suspitiõe belle comatã. Et ut nihil sint reliqua: hoc est uerissimũ nihil eẽ diuersum magis ab instituto philosophi quacũq; ĩ re. q̃ ꝙ luxum aut fastũ aliqua ex ꝑte sapit. Sicionios calceos habiles aptosq; ad pedẽ dicebat Socrates: Sed Socrati nõ cõuenire oĩo nõ eadẽ rõ ciuilis hĩtus & philosophici sic uti neq; mensæ neq; sermonis. Vtitur his phũs dũtaxat ad necessitatẽ utitur ciuilis hõ ẽt ad gratiã. Quã & hic si neglexerit nõ ciuilis: & ille si affectauerit: nõ erit phũs. Si posset pythagoras uiuere sine cibo holeribus ẽt parceret: Si sua sensa aspectu: aut demum minore q̃ sermonis opa explicare: oĩo nõ loqueretur. tm̃ abest: ut linguã poliat & exornet: quod uel ob id cauẽdũ nobis ne illectus cute medicata lector demoretur ad eã: ad medullã & sanguinẽ nõ ꝑuadat: quẽ subesse sæpe cerulato ori infectũ uidimus: Vidimus inq̃ in hisce oĩbus / q̃bus ꝑpterea in usu uenit. cũ nihil sit intus nõ inane & uanũ: detinere lectorẽ ĩ prima facie modulatu uario / atq; cõcentu: Quod si fecerit phũs: clamabit Musonius nõ phũm loqui: sed tibicinẽ canere. Nõ ergo nobis uitio detur id nõ fecisse. quod fecisse uitium erat. Quærimus nos quid nam scribamus: nõ quærimus quomodo ĩmo qũo quærimus / ut. s. sine pompa & flore ullo orõnis. Quã nolumus ut dele / lectabilis / uenusta & faceta sit: Sed ut utilis: grauis / & reuerẽda. ut maiestatẽ potius ex horrore / q̃ gratiam ex mollitudine consequatur nõ expectamus theatri plausum / ꝙ aures demulserit ęquabilis clausula uel numerosa: ꝙ hoc sit salsum: illud sit lepidum. Sed expectamus paucorum potius præ admiratiõe silentiũ introspicientium penitus aliquid / aut de naturæ adytis erutum aut de celestium. de celi aula ad homines adductũ: tum uel aliquid ita argutum ut defendẽdi: ita defensum ut arguendi nõ sit locus: Admirẽtur p̃terea nos sagaces ĩ inquirẽdo: Circũspectos ĩ explorãdo: subtiles ĩ cõtẽplãdo: ĩ iudicãdo graues: ĩplicitos inuinciẽdo faciles ĩ enodãdo: Admirentur in nobis breuitatem stili fætam rerũ multaꝝ atq; magnaꝝ: sub expositis uerbis remotissimas sñias plenas questionũ / plenas solutionũ: Quã apti sumus q̃ bene instructi / ambiguitates tollere: scrupos diluere: ĩuoluta euoluere: flexianimis syllogismis & ĩfirmare falsa: & uera cõfirmare his titulis o Hermolae uindicauimus huc usq; / & uindicaturos post hac ad obliuione memoriã nostrã nõ dubitamus. ꝙ si uulgo ut dicis / hẽmur sordidi: rudes: inculti: hoc nobis ad gloriã est nõ ad cõtumeliã / uulgo nõ scripsimus / sed tibi / & tui similibus. Nec aliter q̃ prisci suis enigmatis & fabulaꝝ ĩ uolucris arcebãt idiotas homines a mysteriis: & nos cõsueuimus absterrere illos a nostris dapibus quas nõ polluere non possent / a maiori paulum cortice uerboꝝ. Solent & q thesausos occultare uolũt: si nõ daĩ sepo nere: quisquiliis integere uel ruderibus ut p̃tereũtes nõ deprehẽdãt nisi quos ipi dignos eo munere iudicauerint. Simile phõrum studium celare res suas populum:

Sinesius

Socrates

Pythagoras

Musonius

a quo cū nō probari mō/sed nec ītelligi illos deceat/nō pōt nō dedecere hēre aliqd
q̄ ipi scribūt:theatrale:plausibile:populare:Quod demū multitudinis iudicio ac/
comodare se uideatur. Sed uis effingā ideā sermonis nostri. Ea est ipsissima q̄ sile/
noꝝ nostri alcibiadis. Erāt.n.hoꝝ simulachra hispido ore/tetro/& aspnabili. Sed ī Alcibiades
tus plena gēmaꝝ:supellectilis rare & p̄tiose. Ita extrinsecus si aspexeris/ferā uide/
as:si introspexeris/numē agnoscas At inquies nō ferūt auræ:nūc asperā nūc hiul/
cā:semp ī cōsonā texturā. Nō ferūt barbara noīa ipē ēt pene timenda sono o deli/
cate cū accedis choraulas & citharedos pone te ī auribus Cū uero phōs a uoca a
sensibus redeas ad te ipm ī aī penetralia mentisq; secessus. Assūme illas thianei au Thianeus
res:qbus cū oīo nō erat ī corpore nō terrestrē Marsiā:Sed appollinem celestē diui
na cithara uniuersi melos ineffabilibus temperantem modis exaudiebat. his au/
ribus phōrum uerba si delibaueris/mellea tibi ad nestoris inuidiam esse uidebun/
tur. Sed hec sinamus nimio plus assurgentia. profecto fastidire in phō subtilissime
disputāte minus cōcinnā eloquutionē nō tā delicati stomachi est q̄ insolentiis:Ne/
que est aliter/ac si quē in socrate de moribus docēte offendat aut laxus calceus/aut
toga dissidēs & sectum praue stomachetur ob unguem. Nō desiderat Tullius elo/ Tullius
quentiam in philosopho:Sed ut rebus & doctrina satisfaciat. Sciebat tam prudēs:
q̄ eruditus homo nostrum esse componere mētem potius q̄ dictionem. Curare ne
quid aberret rō/non oratio. Attinere ad nos εν διαθεσει λογον nō attinere τον
εν προφορα laudabile in nobis habere musas in animo & non in labris nequid in
illo uel per iram sonet asperius. uel per libidinem eneruatius:denique ne qua sit di
scors a genuina ipsa:qua temperatus ē modulabiliter harmonia: Quam Plato cū Plato
intelligeret theatrali ista & poetarum sepe corrumpi a re.p.sua poetas omnes eli/
minauit. gubernādam autem philosophis reliquit. mox certe si per lasciuiam disse
rendi poetas fuerint imitati exilio condemnandis. At instabit Lucretius & si nō ege Lucretius
ant per se philosophiæ cōmentationes amenitate dicendi/per eius tamen adhibitio
nem dissimulandam esse ipsarum rerum austeritatem:Sicut absynthia per se pel/
lunt morbos/melle tamen illiniuntur/ut puerorum ætas īprouida ludificetur. hoc
forte tibi faciendum erat o lucreti:Si pueris scribebas tua:Si uulgo:faciendum uti
que tibi:qui non absynthia modo:sed meracissima toxica propinares, Sed longe
alia nobis habenda ratio:qui uulgus:ut ante diximus non allectare querimus sed
absterrere. Nec tetra absynthia:Sed nectar propinamus/Sed contendet Lactan/ Lactantius
tius satis constare in auditorum animos uel seniorum influere potētius ueritatem
& ui sua īstructam:& luce orationis ornatam. Si fuisses o firmiane tam frequens
in sacris litteris q̄ in fictis litibus fuisti:& hoc non dixisses/& nostra non minus be
ne fortasse confirmasses:q̄ destruxeras aliena:dic quæso quid mouet fortius & per
suadet q̄ sacrarum lectio litterarum non mouent non persuadent. Sed cogunt agi
tant/uim inferunt. legis rudia uerba & agrestia. sed uiua:sed animata:flammea/
aculeata/ad īmū spiritum penetrantia:hominem totum potestate mirabili trāsfor Pericles
māria. periclis orationibus elaboratis & luculētis nihil se cōmoueri inqt Alcibiades Alcibiades

Socrates. Sed Socratis uerbis nudis & simplicibus: Addit etiam si sint inepta: rapi in furorē extra se poni & uelit nolit / faciendū ei / q̄ ille preceperat. Sed qd perdo uerba in re confessa. si non desipit auditor / a fucato sermone quid sperat aliud q̄ insidias? Tribus maxime p̄suaderi tribus maxime persuadetur: uita dicentis: ueritate rei. sobrietate oratiōis: hec sunt lactanti que phō fidem conciliabunt si bonus fuerit si ueridicus: si id genus dicēdi appetens: quod non ex amœnis musarum syluis sed ex horrendo fluxerit antro: in Heraclitus quo dixit heraclitus latitare ueritatem. At dicet quispiā: Age amice examinemus hæc deposita contentiōe. Reuerendū quiddā atq; diuinū p se est sapiētia: nec exotico quoq̄ eget ornatu: Sed quæ īuidia & hūc accedere? Quis negat q̄ p se decent: si adornentur fieri decenciora: ego amice hoc īplerisq; nego: a deo multa sunt quorum splendorē siquid adiunxeris elumines & nō illustres: ita sunt scilicet ī sua natura optimo statu; ut demutari ab illo nisi in peius nō possint. Marmorea domus picturam nō recipit. Si opus albariū sup induxeris demas de dignitate / de pulchritudine Nō aliter & sapiētia / & q̄ tractātur a philosophis tectorio non clarescūt sed offuscātur. Quid plura? Nō ne uulgatū bonas formas cerussa deuenustari? In uniuersum qcqd pulchri sup īponas: celat: qđ inuenit: qđ affert secum / illud ostētat. Quare si qđ prius fuerat aduētitio p̄stat: Iacturā fecerit illud qcqd est nō lucrum ob eam cām nudā se p̄bet philosophia: undiq; cōspicuā: tota sub oculos: sub iudiciū uenire gestit. Scit se habere unde tota undiq; placeat. Quātū de ea ueles: tm̄ de forma ueles tm̄ de laude minuas sinceram & īpermixtam se haberi uult. qcqd admisceas īfeceris: adulteraueris aliā feceris. Stat pūcto īsectili & īdiuiduo. Quapp nec ludendū tropis / nec uerbis. aut nimis luxuriādū aut trāslatis lasciuiēdum / aut factitiis audendū ī re tam seria: tanti discriminis in qua demere: addere: demutare aliquid sit flagitium At inquies age damus hoc uobis ut nō sit uestrum ornate loqui: Sed uestrum est certe: quod nec prestatis / ut latine saltem / ut si non floridis / suis tamen uerbis res explicetis. Nō exigo a uobis orationem comptam / sed nolo sordidam nolo unguentatam / sed nec hircosam. Non sit lecta: sed nec neglecta. Non querimus ut delectet: Sed querimur q̄ offendat. Bene habet iam. s. ad nos deficis. Sed amabo incognoscamus quid isthæc sit latinitas / quam solam dicitis debere philosophos & non persoluere. Si dicēdo incurrat exempli causa a sole hominem produci. causari hominem nostrates dicent. Clamabis actutum hoc nō est latinum. huc usque uere. non est romane dictum: hoc uero uerius / igitur non recte: peccat argumentum: dicet Arabs eandē rem: dicet egyptius non dicent latine / sed tamē recte. Aut enim nomina rerum arbitrio constant / aut natura. Si fortuito positu: ut. s. cōmunione hominum in eandem sententiam cōueniente: quo sanxerint unūquodque nomine appellari: ita apud eos recte appelletur. Quid prohibet hosce philosophos quos nuncupatis barbaros / conspirasse in unam dicendi normam: apud eos nō secus sanctam / ac habeātur apud uos Romana: illam cur rectam nō appelletis: appelletis uestrā: nulla ē rō / Si hec īpositio nominū tota est arbitraria. Qđ si dignari illā Romani noīs appellatiōe nō uultis / Gallicā uocetis / Britānicā

Hiſpanã: uel quod uulgares dicere ſolẽt, pariſieſem. Cum ad uos loquẽtur, cõtin/ get eos pleraq; rideri, pleraq; nõ ĩtelligi: idem accidet uobis apud eos loquentibus αναχαρσισ παρα θηναιοισ σολοικιζει. αθηναιοι δε παρα σκυθαισ. i. anacharſis apud athenienſes ſolœciſmũ facit atheniẽſes apud ſcytas. ꝙ ſi nominũ recti tudo pendet ex natura rerum debemus ne rhetores an philoſophos, qui rerum om nium naturam ſoli perſpectam habẽt & exploratam de hac rectitudine cõſulere: forte quæ aures reſpuũt, ut pote aſperula: acceptat ratio, utpote rebus cognatiora. Sed quid oportuit nouare eos linguam, & ſi nati erant inter latinos non latine lo/ qui. Nõ poterãt illi o Hermolae dũ legebãt in cælo fatoꝝ leges & ordinem uniuer/ ſi, legebant in elementis naſcendi uices & obeundi: ſimplicium uires mixtorum tẽ peraturas: Non poterant inquam eodem tempore in Cicerone ĩ Plinio: ĩ Apuleio Romanæ linguæ proprietates leges obſeruãtias annotare. Querebãt quid abhor/ rens: Quid receptum in natura: quid a Romanis interea, non curabant uerum. n. uero iam te loco meliore ſtatuo: do tibi eloquentiam & ſapientiam mutuo nexu ĩ uicem conſpiraſſe. Abiunxerunt philoſophi ſapientiam ab eloquẽtia abiũxerũt hi ſtorici: rhetores. poetæ: quod deflet philoſtratus eloquẽtiam a ſapiẽtia. hos tu ui/ cturos celebri fama minime dubitas: illos nõ niſi ĩ penã & cõtumeliam uide quid agas: Indiſertã mauult Cicero prudẽtiã q̃ ſtultã loquacitatẽ Nõ querimus ĩ pecu nia: qua moneta percuſſa ſit ſed qua materia cõſtet. Nec eſt qui purũ aurũ nõ ma lit habere ſub nota teutonũ: q̃ ſub Romano ſymbolo, factitiũ. peccãt qui diſſidiũ cordis & lingue faciũt: ſed qui excordes toti ſunt lingua: nõ ne ſunt mera, ut Cato ait, mortuaria gloſaria. uiuere ſine lingua poſſumus, forte nõ cõmode: Sed ſine cor de nullo mõ poſſumus. Nõ eſt hũanus q ſit ĩ ſolẽs politioris litteraturæ: Nõ ẽ hõ q ſit expers philoſophiæ. prodeſſe põt ĩſantiſſima ſapĩa: ĩſipiẽs eloquẽtia, uti gladi us ĩ furẽtis manu, nõ obeſſe maxĩe nõ põt ergo ĩquies & ſtatuæ nõ a figura. Sed a materia cõmẽdãtur: & ſi cherilus eadẽ que Homerus, & de eiſdẽ Meuius ac Vir/ gilius ceciniſſent futurũ erat: ut æque illi atq; iſti ĩter poetas reciperẽtur. Nõ ne ui des diſparilitatẽ ſimilitudinis. Illud & nos aſſeueramus a ſpecie rẽ eſtimari non ex ſubiecto. Eſt enim a ſpecie res id qđ ẽ: Sed alia ſpẽ quiſpiã ĩter phõs, alia ĩter poe/ tas recipiẽdus. Scribat Lucretius de natura: de deo: de ꝓuidẽtia: ſcribat de eiſdem ex noſtris quiſpiã: Scribat Ioãnes ſcotus & qdẽ carmine ut ſit ineptior. dicet Lucre tius reꝝ principia atomos & uacuũ: deũ corporeũ: rerũ noſtraꝝ inſciũ temere oĩa fortuito occurſu corpuſculoꝝ ferri. Sed hec latine dicet & elegãter. Dicet Ioãnes q̃ natura cõſtãt, ſua materia ſpecieq; cõſtitui, eẽ deũ ſepatã mẽtẽ, cognoſcẽtẽ oĩa, oĩ bus cõſulẽtẽ. Nec pp ea ꝙ uniuerſa ẽt ĩſima uideat ac moderet̃ e ſua pace minimũ dimoueri: Sed qđ dici ſolet κατιουτα μηκατιεμαι At dicet inſulſe: ruditer: nõ latinis uerbis. Quæſo qs ĩ dubiũ reuocet uter poeta melior: uter phũs. Extra oẽm eſt cõtrouerſiã tam rectius Scotũ philoſophari: q̃ ille loquitur ornatius. Sed uide quid differant: huic os inſipidũ illi mens deſipiẽs: hic grãmaticoꝝ ne poetaꝝ dicã decreta neſcit: ille dei atq; naturæ: hic ĩſantiſſimus dicẽdo, ſentit ea: que laudari di

Philoſtratus
Cicero
Cato
Cherillus
Homerus
Meuius
Vergilius
Lucretius
Scotus

cendo satis non possunt/ille sando eloquentissimus eloqtur nefanda. Hac illi for tasse afferent Hermolae carissime indefensionem sue barbarie aut qua sunt subti/litate multo fortasse meliora. Quorum sententiæ nec ego plane accedo nec ĩgenuo Cuiq̃ & liberali accedendum puto. Sed exercui me libenter in hac materia tãquã infami: ut qui Quartanam laudant: cum ut ingenium periclitarer/tum hoc con/silio ut ueluti glauco ille ap̄ Platoné ĩiustitiã laudat nõ ex iudicio: sed ut ad laudes iustitiæ Socraté extimulet: ita ego & eloquẽtiæ cãm a te agi audiã ĩ eã licẽtius re/pugnãte paulisp sensu atq; natura ĩuectus sum: quã si uel neglıgẽdã uel posthabẽ dã barbaris existimaré: nõ ab illis ad eam qđ nuper feci: ad græcas litteras: ad tuũ nunquã satis laudatum themistium/pene totus defecissem quãuis dicam libere quod sentio mouent mihi stomachum grãmmatistæ quidam: qui cũ duas tenue/rint uocabulorum origines ita se ostentant: ita uenditant: ita circũferunt iactabũ di/ut præ se ipsis pro nihilo habendos philosophos arbitrentur: Nolumus inquiũt hasce uostras philosophias & quid mirum: nec phalernum canes. Sed nos hac fini epistolam claudamus. Si decus aliquod nomenq; sibi promeruerunt barbari illi so la rerum cognitione non esse facile dictu. Quem locum: Quid laudum tu tibi uẽ/dices qui sis inter philosophos eloquentissimus: inter eloquentes/ut dicam grece φιλοσοφωτατοσ Florentie. iii. nonas Iunias. Mccccxxxv.

Salue pater dilectissime. de Apollonio thianeo nihil sentio magis q̃ qđ tu sentis super qua re scribã ad te plura/cum erit otium & quæ tibi erũt fortasse non ingrata. de diuersitate translationis nostræ a littera hebrai/ca in tertio capite libri geneseos ubi de eua agitur & serpente/sic equidem censeo: est in hebreo. Quemadmodum scribis ipsum conteret caput tuum referturq; ad se men Eue de quo dixerat inimicitias ponam inter semẽ tuum & semen illius. lxx. uero & Hieronymus transtulerunt ipsa conteret Caput tuum utrobiq; autem idẽ sensus: Nam quod dicitur ipse conteret non tam ipsam Eue personam q̃ Eue po/steritatem respicit. Cum id dicatur factura. quod in semine suo factura est/Sed cur maluerint ipsa uertere q̃ ipsum. hóc fuisse arbitror in causa ut significarent cũ ex Eua non feminæ solum sed mares essent propagandi quod de semine diceba/tur ad femineum solum semen referendum. hæc sunt que super hac re in presen/tia in mentém ueniunt. Concordiam Platonis & Aristotelis assidue molior. do illi quotidie iustum matutinum post meridianas horas/amicis/ualitudini/interdum poetis & oratoribus: & si qua sunt studia operæ leuioris: noctem sibi cum som/no sacræ litteræ partiuntur. tu fac quæso ne tua diutius desiderem. Saluta Beroal/dũ. Politianus tuus ẽ totus. uale & deũ ora ꝑ me Flo. die. xx. Marcii. Mccccxxxx.

Reuerendo in christo patri fratri Baptistæ Mantuano ordinis Carmelitarũ poetæ philosopho & theologo insigni &c. Filius Ioannes Miran.

Ioannes Picus Miran. Altomanutio. S.

m Itto homerum: quem desiderabas: serius tamẽ q̄ & tu uoluisti & ego debebã. Ita mi alte distringor occupatiõe ut neq; interspirãdi sit locus/ Addixi me (quod & tu nosti) iam dudum litteris in famulatum. Ille pro suo imperio/ Ita seuere legendi/ dictandi exigũt pensum ut uix ualitudinem redimã. Tu quod te scribis facturum: accinge ad philosophiam: sed hac lege ut memineris nullam eẽ philosophiam: que a mysteriorum ueritate nos auocet: philosophia ueritatem querit. Theologia inuenit religio possidet uale Floren. die undecimo Februa. Mcccc. nonagesimo anno gratie.

Ioannes Picus Miran. Hermolao barbaro patriarche aquil. S.

a Vdio te patriarcham aquileiẽsem electũ. Gratulor illis hominibus pastorem optimum: toti ecclesiæ militem strenuissimum: tibi tuæ uirtutis illustrãdæ amplificandæq; occasionem datam: tria fere uiuendi genera: Ciuile: contemplatiuum: religiosum: in illo prudentiam/ in secundo doctrinam ĩ tertio quasi fastigio totius uitæ preter duo illa etiam sanctitatem exigimus. Te ante hac & tua ciuitas in repub, gerenda magnisque eorum tractandis rebus diligentissimum prudentissimumq; sunt experti; & studiosi omnes quasi patronũ ac uindicem bonarum artium amant & admirantur. quod erat reliquum hoc te factu; & proculdubio scimus ita serio gaudemus ut. s. non minus tibi ĩposterum ecclesia debeat q̄ & tua ciuitas & litteræ hactenus debuerunt.

Ioannes Picus Miran. Hermolao suo. S.

q Vid esse hoc dicam mi Hermolae q̄ me quotĩdie nouis oneras officiis: quasi tu mihi aliquid debeas: cui ego iampridem omnia debeo: uenit superioribus diebus huc Antonius frater in patriam se recipiens. Rogo qd Hermolaus agit/ hoc inquit ille agit. Te amat/ laudat/ in cælum fert/ apud me/ apud alios/ apud ipsum pontificẽ/ atque hoc ita assidue ita ualide agit quasi nihil habeat preterea qd̄ agat. Scribũt itẽ ad me aliquãdo quos istic habeo amici unus precipue Cosmus pactius uir ut semel laudes eius complectar dignus quẽ tu unice ames. Is uero quotiẽs scribit/ totiens de tuis in me officiis scribit/ de amore de mira quadã animi propensione ut sentias ut loquaris de me semper honorificẽtissime o inauditã hãc tuã humanitatẽ q nũq̄ satis tibi eẽ ĩ hoĩes dictiõis putas & si talis erga me es, quo me facias magis tuum, magisque obliges, actum, ut dicunt/ agis. Aut plus debere/ aut amare magis nõ possum. Sed ita hõ es/ alios oẽs prudentia

moribus doctrina/humanitate ēt te ipm̄ uincis. uale & me iam quæso lauda modi ce dum tamen ames īmodice. Salutat te Politianus inte amādo & laudādo semp̄ uerus semper īmodicus flor̄. die ulti. Iulii. Mcccclxxxx.

Ioannes Picus Miran. Hieronimo. S.

9. n Isi angelus noster ad te scriberet/ego plura ad te scripsissem sed nolo pi/cas meas illius musis obstrepere/& uoluptatē tuā īportunus ego īterturbare. Q d si beneficiū ītulit/q abstinuit iniuria quā īferre potuit. hāc lit/terarū breuitatē nō potes mihi p̄ beneficio nō īputare/qd eris pulcherrime remu/neratus si pro breuissimis longissimas mihi ipse reddideris. Nihil enim nobis tuis litteris gratius/qbus q̄so ne me defraudes/alioquin si silueris/par pari reponam. Namq; ego tunc maxime nō silebo sic enim te perbelle retaliauerim. Vale & Hermolaum nostrum delitias Romanæ linguæ meo nomine plurimum salutato.

Ioannes Picus Miran. Io. Francisco pico nepoti. S.

10. q Vod hactenus tuis litteris nō respōderim hoc fuit ī cā īciderūt ī manus meas libri qdā hebraici ī qbus iam p̄petuā hebdomadā assiduus fui dies & noctes: ita ut pene me exoculauerint. Est enim hic ad. xx. dies discessurus: qui huc libros attulit siculus quidā hebreus quare dum me ab illis extricauerim ne litterā qdem a me expectes neq;. n. possum momtū ab illis discedere ne forte illi discedāt prius q̄ ego eos oēs excusserim. Cū ab hac cura liber fuero obruam te litteris q̄q̄ scis animum me habere occupatissimum. Si quid autem tu unq̄ mea causa es facturus da operam qua ratione potes ne meū istuc aduētum Barri princeps desideret: studia enim omnia interturbarem mea quibus nosti tu q̄ sim deditus q̄q; nihil preter ea curē: haud satis aūt mihi constat utrum mihi molestius illi an mihi displicere. Vale & deum time & te quotidie cogita esse moriturum Ferrarie. xxx. Maii. Mcccc. nonagesimo secundo.

Ioannes Picus Miran. Marsilio ficino. S.

11. q Vi ab amicis quod cupiūt pluribus contendunt iniuriam faciunt amici/cie quasi ipsa non possit quod potest illecebra orationis. Quare agam te/cum simpliciter/ut ea exigit que mihi tecum iampridem intercedit beniuolentia: est hoc tempore ad mea studia plurimum necessarius Iamblicus Platonicus/hunc si ad me miseris/perpetuo me tibi officio deuinxeris erit hic ad dies uiginti aut summum ad mensem/post/illico p̄ tabellarium remitteur. Tu interim & bibliotheca mea & rebus omnibus utere atq; tuis. Vale.

Ioannes Picus Miran. angelo Politiano. S.

12.

Ec urbanius unq̄ nec Hilarius acceptos ſe amores mei predicant q̄ his ꝓ
n ximis diebus apud te / & ꝗ amice quidem confoſſi ſunt cum ſibi gratulā
tur maxime / tum tibi plurimū debent. Quis enim nolit ab iſto enſe mo/
ri dolent tamen indulgentius id factum eſſe q̄ oportebat / atque in eo ſunt ut du/
bitent amore ipſo in amores te cecutientem factum meos: Ac ita demum dubi/
tant / ut iudicio tuo alioquin grauiſſimo in ſua cauſa haud ſatis confidant. Con/
ſidunt tamen & iam ſe ſe uinculis aſſerunt: domi eſſe neſciunt / libertatem & pu/
blicum ſecure poſtulant Sed quid de epitecti tui feſtiuitate dicam. o rem iocoſam
& riſu dignam catoniano: uix erat in limine cum pandens ſinus en inquit obelos /
en ſagittas / ſi neſcitis grece. En me ſi ex ueſtris quiſq̄ audax fuerit paratū referire.
Quis cachinnis temperaſſet cum ſtoicus homo tam lepide iocaretur: abſtinuimus
profecto telis / & ꝗ in terminatus erat repoſiturum ſe ſe iniuriam / & ꝗ ita cutis oc/
calluerat ut tam leues ictus non admitteret. Qua igitur ueneratione debuimus / ſe
nem excepimus Qui / ut demum apud nos conſedit philoſophari cœpit de mori/
bus / Et id quidem latine non tam ob id ꝗ apud latinos erat (Nam & erāt in eo cō
ſeſſu / qui greca nouerant) q̄ ꝗ latine ipſe beneficio tuo luculentius ſaperet / Sed nec
operam perdidit / quando quidem non prius loqui deſiit q̄ nos ex peripateticis ſtoi
cos fecerit / Et apathian illam omnes approbauerimus / ut iam uidere ſit pauloan/
te delicatos homines iam factos omnium tollerātiſſimos qui laceſſiri quidē poſſu
mus ab aliis / Ledi a nobis tantum / qui fato reluctemur nunq̄ / & que noſtra non
ſunt ſic fieri demū uelimus / ut deus uult / & eos nec culpemus unq̄ nec accuſemus
nihil doleamus / nihil expoſtulemus ſeruire uinci neſciamus. Re non oratione phi
loſophemur & qui nouitii ſumus nos ipſos ut aduerſarios obſeruemus. Aliorum
de nobis opinionem atq; id generis alia que externa ſūt negligamus potius q̄ reii/
ciamus. Ad diem curemus ut hoſpitium uiatores: habeamus ea denique non ha/
beamur. Silentium amemus nequicq̄ euomatur non concoctum. Et nobis alii ra/
ro / & nos aliis nunquam riſum pariamus. Et ut uno complectar uerbo epitectum
totum / & ſubſtinere aduerſa / & abſtinere uoluptatibus abunde didicerimus. uide
q̄ ſingulatim ad epitectum tuum effinxerimus uitam noſtrā. uide q̄ & cito ne hac
quoque parte ſtoici non eſſemus: qui nos admonitos uolunt tam diu deficere ho/
minem / q̄diu non proficit. Id quod q̄q̄ in ceteris admiratus ſum in me tamen uno
uel maxime. Qui cū ſemper in lyceo uel academia: nūq̄ īporticu ſim uerſatus: ita
uictus ſum oratione ſenis / ut in eius ſententiam non pedibus modo ſed manibus
quoq; & toto corpore diſceſſerim. Indicem grecorum librorum: qui mecum hic di
uerſantur cum manuelis epiſtola / quod tue littere poſtulant ad te mitto. Indicem
tuorum itidem deſidero Laurentio iuniori meo nomīe ſalutē dicito / ad quē ſcriptu
rus eram / ſed pudor deterruit ne uidear hominem litteris cōpellare. Vale.

13

Ioannes Picus Miran. Thomæ medio. S.

q Vod fabellam tuam & eam festiuam quidem atq; concinnā meo nomi/ni nūcupaueris: inditio mihi fuit & doctrinæ tuæ & singularis in me be/niuolētiæ: grauis utraq; causa quæ me ad te amādū urgeat & impellat: utra nescio magis: ut.n.ī amore(qđ in prouerbio ē)Mutuū nō redidisse flagitiū ē: ita laudatissimū hominē & si nō ꝓuoceris/nō amasse: aut rustici ē ingenii: aut sane improbi. Vide igitur q̄ me geminis(ut aiūt)funibus ad amiciciam non uocas mō: sed trahis/quādo nec in ea est fabella quicq̄: qđ doctrinā: qđ ingeniū non ole at: Nec de me bene mereri magis p̄clare poteras: q̄ egregiæ fabellæ dicatura meo nomini tā amice tā liberaliter cōsulere. cuius argumētū tm̄ abest: ut uel negligam: uel accusem: ut ēt sūmo ope probem: Mea.n. semper fuit sn̄ia: cui neque ex doctis quēq̄ reclamaturū puto: Acrioris eē ingenii iocularia hæc/& fabellas scribere: mō id(qđ p̄stitisti ipse q̄ cumulatissime)erudite & eleganter fiat/q̄ de grauissimis re/bus uel ornate disseruisse. Quippe cū oposius lōge ex lima/q̄ ex ære/Auro ue de/corā effinxisse statuā arbitremur: cur nō itidē erit de humili q̄ de sublimi materia insigne aliqd dictitasse: & pluris certe negocii: & iccirco ēt laudabilius: illoꝝ operi argumenti dignitas lenocinatur: Hi quicquid dignū afferūt: id totū de scriptoris pænu depromitur: Nihil ipsa materia/uelut a symbola conferente: Illis natura se/dulo opitulatur: Hi aduersus naturā certe cōtēdūt: Quod & si ita sit non uerbo ta men inficias inter has quas dixi humiliores materias: aliis alias mirum ī modū p̄/stare & eē ēt id generis nōnullas/ita iacētes/ita insipidas/ut nulla ui/aut maiesta te uerboꝝ attolli satis/& scite cōdiri possint: Quod uitii his nūq̄ inesse pt: quæ ue nusta iocorū urbanitate resarciūtur: At uero sūmis subsellis cōstituēdas eas duco: quæ cū saliū lepore admixtū habēt ætatū ꝑsonaꝝq; graphicā exscriptionē: q̄ & ha bēt ea oīa: q̇ comicoꝝ sūt: & tu ī ea quā ad me dedisti fabella pulcherrime imita/tus es: q̄tū ibi argutiaꝝ: q̄ saliū opportuna: & īgeniosa ꝑmixtio? Vt delectat: ut le/pida: ut absoluta ē undiq;: & si q̄ materiæ hūilitate sordidiuscula & debilior appa ruerit/orōnis luce/& dignitate se ipsam erigēs/& nitorē/ac neruos assūmēs: ea ē ꝑ fecto(ut paucis dicā)q̇ se a litteratissimo hoīe ꝑfectā liqdo demōstret: ueꝝ īter cæ tera oīa illa mihi p̄cipue cordi ē/morū/ætatū/ꝑsonaꝝq;/exqsita/& cōmoda adno tatio: ī qua unā prudētiā tuā: eāq; nō mediocrē: uelut e specula lōge ꝑspicio. Vi/deres uellē quē mihi cachinū moueat octogenarius antistes: q ut cūque cætera suc cedāt: hoc tam̄ cōtinue saxū uoluit: ut alicūde pecuniā corrodat: qđ uitiū senibus cognatū/& familiare/semp fuit. Quid dicā de parasito nr̄o: q a parcissimo sene/cœ nā saliarē dissimulās/extorquet. Qui ip̄m/ut ita dicā singularissime pumicē emū git. Nullū ē mi Thoma ī ea fabella uerbū: qđ nō sibi qddā peculiare palmariū uē dicet. sed neq; meū ē: referre q̇cūq; olfeci: neq; his sum naribus q̄ olfecerint oīa. hoc tibi constet: rem aut gratam magis: aut iucūdā mihi contigisse nūq̄: & ipsam igi/tur intra hos lares & te ip̄m intra animū recepi: habes mi Thoma quod(& si tu pe

tis)petendum erat ame: mutua est inter nos amicicia: quam ipse(ut te uirum de/cebat prestantissimum)amusis auspiratus es. Reliquum est: ut quotiens uel re mea: quantulacūq; est: uel opera indigueris: de mea in te uoluntate periculum facias: Neq; enim(si qua dabitur occasio)ullum erga te officii genus prætermittam quod ipse aduersum me in amiciciæ uestibulo fecisti prior. Vale.

Io. Picus Miran. Concordiæ comes suo Nicolao leoniceno. S.

14 i Am sæpius & pluribus tecum per litteras collocutus fuissem Nicolae sua uissime si ubi nā esses mihi aut nuncio/aut litteris/aut rumore/notū fuisset. Ego uero id anxie a multis percūtatus fui/dubium ab omnibus respō sum accæpi/Tandem superioribus diebus in manus meas inciderunt Antonii fauentini grauissimi philosophi ad Thomam frignanum litteræ/ex illis te esse Florentiæ/quod mihi tunc gratissimum fuit/accepi/hoc simulac intellexi litteras per tabellarium ad te Florentiam dedi. Vanum fuit iter neq; enim illic te repperit/Dolui summopere: hodie Thomas significauit te Florentia discessisse & Bononiæ eē: illico has ad te deferri iussi. In quibus quidem neq; meam inte beniuolentiam neq; singularem amorem pluribus aperire nitar/neque enim de nostra inte uoluntate tibi uel pauxilulum quidem sub dubitandum/nisi me & egregiæ uirtutis tuæ & tuorum in me officiorum/quod meum non est/oblitum existimares. Non potui aūt non mirari summopere q̄ cum ex urbis tumultibus te eripuisti quæsiturus sedem in qua uiuere & trāquille posses & iocunde/hoc oppidulum nostrum aut certe oblitus sis/aut certe contempseris/uisus es Nicolae diffidere aut uoluntati meæ/aut facultati ut uero hæc tuis meritis minor/Ita illa tua maior opinione/gratum mihi erit si me tui consilii admonueris/gratissimum omnium si meos lares tibi cōmunes non dedignaberis mecum ociaturus dum cæteri cum marte negotiabuntur: Reliquum Io. grammaticum ad te mitto quod per multos dies non inuētum nūc repertum est/Tuus sum & te expecto. Vale Mirādulæ die. xx. Iulii. Mcccclxxxii. Cura omni diligentia si me amas habere indicem omnium librorum qui ī bibliotheca Sancti Dominici reperiuntur/Mitte uel tecum affer. Vale iterum.

Villā exædificaui suburbanam amœnam satis pro loci & regiōis condictiōe/Carmē lōgū de ipā cōposui/& tibi domus suauis/& carmē erit nō īiocūdū/iterq; Vale

Ioannes Picus Miran. Angelo Politiano suo. S.

15 q Vod p̄ximis litteris tuis me tantopere laudaris. debeo tibi tātū quātum ab eo absum/ut merito lauder. Id enim debetur cuiq; qđ gratis dat/non quod persoluit. Quare & ipse id totum tibi debeo quod de me scribis. cū in me tale sit nihil. Cū id mihi ipse nullo pacto deberes. id totū tue fuit humanitatis. & singularis in me beniuolētiæ. De cetero si me examinaris nihil inuenies nisi tenue/humile/& angustum. Nouicii sumus/atque tirunculi/qui ex inscitiæ tenebris pedem modo mouimus/promouimus fere nihil. Benigne nobiscum agitur si

inter studiosorum ordines referamur. hēt docti nomen / quiddam aliud / quod sit tibi: & tui similibus peculiare mihi tam grandia non conueniunt. Cum eorum que. In litterarum studiis sint precipua / nihil non solum exploratum habeam / sed nec adhuc etiam nisi pertransennam uiderim. Conabor quidē (id quod nunc ago) talis esse / aliquando / qualem nunc me predicas & esse aut iudicas. aut certe uelles. Interea imitabor te angele / qui te græcis excusas / q͏̄ sis latinus / latinis q͏̄ grecisses. Simili & ego utar perfugio / ut poetis rhetoribusq; me approbem propterea q͏̄ philosophari dicar: philosophis q͏̄ rethorissem & musas colam / q̄q̄ mihi longe aliter accidit atq; tibi. Quippe ego dum geminis (ut aiunt) sellis sedere uolo utraq; excludor fitq; demum (ut dicam paucis) ut nec poeta / nec rhetor sim / neq; philosophus. Tu ita utrumq; imples / ut utrū magis / haud satis constet / qui & græcam & nostram mineruā ita pulchre amplectaris quasi cignus utriusq; linguæ / ut que insciticia sit que genuina non facile discerni possit. Nam ut de latinis taceam (de his enim cui e primo loco cesseris) quis credat (ut de Adriano ille) romanum hominem tam græce loqui. Iurabat emanuel noster dum tuas legeret non esse tam atticas athenas ipsas. Is es mi angele (facessat adulatio) cui ex nostris unus aut alter / ne dicam nemo conferendus sit. Quod si plures essent tales / non haberent hæc secula cur inuiderēt antiquitati. Incumbe quæso & litteras quantum potes a situ recipe / ne nitor ille Romanæ linguæ iniuria temporum penitus obsolescat excude semp aliquid nouū quod rem latinam adiuuet & Illustret. Et que domi habes fac tandem exeant. In communem studiosorum utilitatem. Ego quidem ut te ipsum / ita tua omnia amo atq; desidero. tū eo magis q͏̄ te mihi exēplar proposui ad quod effingar & si is es. Quē ut sequi omnes debent ita consequi pauci possunt. Vale.

Ioannes Picus Miran. Paulo cortesio suo. S.

b Ene cogitas Paule. Mittamus crebro epistolas / ut qui locorum interuallis diuidimur / epistolarum certe uicissitudine coniungamur leuare solet absentum desiderium / Si quam domi illius / aut statuam fortasse habeas aut imaginem. Mihi uero inter imaginem & epistolam hoc interesse uidetur / hæc mentē / corpus illa effigiat / illa extrema tātum delineat / hæc intima etiam plane exprimit & effingit. illa amici quasi tunicam & amictum hæc uerum nobis amicum representat. illa carnis colores figuramq; quod potest emulatur. hæc cogitationes: consilia / dolores / gaudia / curas / omnes deniq; affectus. Et quæ ipse sibi uix quisq; presens loquitur secreta animi / ad amicum absentem Fidelissime transmittit. hæc deniq; uiuum & efficax / illa emortuum et mutum simulachrum est. Misitemus has igitur inuicem animorum imagines / tu quidem quas potes aureas & argēteas ego uel æreas uel testaceas. Sic enim extra oēm erimus iniuriam locorum & temporum. Sicut / nec ipsa animi uis / aut loci intercapedines / aut temporum moras nouit / At uero illud quantum est quod ego tibi debeo Paule officiosissime / q me

ad hoc officium prior uocasti tali presertim epistola/que me adeo tenuit & oble/ctauit ut multos iam dies/nulla me magis lectiōe meminerim oblectari. Est enim plena facundiæ/plena gratiarū/plena amoris & beniuolentiæ. expectabas fortasse ut dicerem plena meatum laudū. Equidem eram & hoc dicturus/Nō enim adeo ferreus/aut si hoc mauis dici/adeo sum philosophus. ut amicorum laudationibus non oblecter. Quæ si sunt ueræ/me ipsum mihi/si falsæ/illorum mihi amorem/uo luntatemq; cōmendant. facile igitur impetrabo a mea philosophia/ut tuas episto las & crebro legam & cum uoluptate/etiam qua parte me laudant/Sed non illud tam facile/ut in rependendo officio hoc litterarum/satis ciuilis appaream/aut nō ingratus. Ita enim imperiosa domina me distringit/ita pensum exigit quotidie/ita deniq; totum me occupat ut uix quicq̄ de me mihi etiam ipsi/reliquū sit. Sed qua tu es humanitate & epistolas etiam malas cum scribemus/& silentium equi boni consules cum tacebimus. Politianus comunes delitiæ te salutat. Vale.

Ioannes Picus Miran. Troilo maluetio. S.

17. I

Ibellus tuus de sortibus tanta me affecit uoluptate/quanta solet is affici Cui optima sors contigerit. Ago tibi ingentes gratias/q me tuarum lu/cubrationum feceris participem/talium præsertim. In quibus. & disputādi subtilitas/& multiplex uarium rerum cognitio facile apparet. Quorum alterū ingenii. alterum diligentiæ laudem habet: Nugas nostras/quas desideras propedi em ad te dabo. Incertum. n. utrum indignius illarum te lectione occupatissimum iurisconsultum detineri/an desyderio amicissimum hominem diu suspendi. Vale & me ama Fer. xxix. Maii. Mccccxxxxii.

Ioannes Picus Miran. Taddeo ugolino. S.

18. g

Ratissimas habui litteras tuas/plenas amoris/fidei/& charitatis/non ob id tantum/q tu mei memineris/sed q in illis me amice admones/ut ego ipse mei. i. bonorum studiorum/& quam dedi expectationis substinen/dæ/meminerim/equidem infirmitatis meæ conscius. nihil uel mediocre de me pol liceri ausim. Sed ille a quo omne bonum pater luminum clementissimus/ut ante hac dedit unde de nobis aliquid sperarent homines. ita dabit in posterum : ut tam bene conceptam opinionem. frustra non habeamus. Romā propero ubi de nostris studiis periculum/uel cum periculo faciemus. Si quid profecerimus/dei est mu/nus: illi laudes & gratiæ. si quid defecerimus: nostra est imbecillitas/nobis imputa to. Cæterum ego sum tuus/ut qui ob tuam & uitæ & morum integritatem. Vix Hieronymo nostro in te amando primas concesserim. Vale ex fracta.

Ioannes Picus Miran. Thomæ medio. S.

19.

s Olidius nunq̄ me oblectatum memini q̄ nuper: dum tuam epyrotam legerem. fabellam proculdubio facetissimam: cum argumenti festiuitate: tum stili eruditione priscas etiam comedias prouocantem. Quid. n. has nouitias dicam / ineptas plane & infacetas: quæ auctorũ infantiam facile declarãt. digna profecto fuit: quæ Hermolao barbaro / Nescio an tuo. q̄ meo magis / nominatim dicaretur? Cui uni omnes litteratos tantum debere existimo: quantum uix debent antiquitati: Q đ me ea minime fraudaris. fecisti pro tua in me. ante hac perspectissima beniuolentia: Nec est quicquam apud me tanti: quod si tibi quasi mutuum missitem: relatã abunde gratiã putẽ: Comœdie nouæ: quã mihi polliceris: iam expectãs inhio. Neq; est quicq̄ quod ea magis optẽ. præter unũ ad nos aduẽtum tuum: Quẽ nisi ad decẽ dies hinc mihi abscedendũ foret: ut ex sita nostro te cognouisse arbitror / efflagitando certe abste impetrassem: est. n. ex his conicere q̄ scripsisti. Quid sit futurũ amænitatis in consuetudine: Quid in ipso conuictu: qd in uiuis uocibus quæ profecto latitantẽ habent energiã: quæ altius animum uoluptet / afficiatq; miris modis: qui omnibus scriptionibus longe præponderant: Sed quando hoc non licet interim a me comediæ materiam non expectes. Malo utrũq; e tuo penu promas / ut Thomã medium / non mediũ / sed totum fabella sapiat. Vereor. n. ne obsequẽdo tibi. hebetudo ingenii mihi iacturã faceret. Et ex eo quod de nostro admitteret / ab opifice opus degeneraret. Apud me nihil est non expositum: insulsum: fatuum: plebeium. At desiderant hæ comediæ nescio quid secretiorũ rerum: salsum: mordax: elegans: acutum: tibi tuiq; ingenii amenitatibus peculiare. Quare rem matura mihi futuram q̄ gratissimã: ut quando te coram frui nõ licet: fruar hac ratione uel absente. Quod si ut dixi antea / tam citus hinc mihi discessus non fuisset. profecto aliquot dies & geniũ simul & ingeniũ excoluissẽmus? Vale.

Ioannes Picus Miran. Marsilio ficino. S.

20.

n On poteras opportunius maumettem tuum latinum repetere q̄ hoc tẽpore quo me propediem maumettem ipsum patria lingua loquentem auditurum spero / postq̄ enim hebraicæ linguæ perpetuum mensem / dies / noctesque inuigilaui. ad arabicæ studium & chaldaicæ / totus me contuli nihil in eis ueritus me profecturum minusq̄ in hebraica profecerim / in qua possum / non dum quidem cum laude. Sed citra culpam epistolam dictare. Vide quid possit impetus animi. Vide quid labor & diligentia etiam ubi sint uires ĩfirmiusculæ. animarunt autem / me atq; adeo. agentem alia ui compulerunt ad arabum litteras chaldeorumq; perdiscendas libri quidã utriusq; linguæ / qui profecto non temere aut fortuito / sed dei consilio. & meis studiis benefauentis numinis ad meas manus peruenerũt. Audi inscriptiones: uadimonium deseres. Chaldaici hi libri sunt. Si libri

sunt & non thesauri/in primis Ezre Zoroastris & melchiar magorꝝ oracula/in quibus & illa quoq; quæ apud græcos mēdosa & mutila circūferuntur leguntur integra & absoluta. Tū ē ī illa chaldeorꝝ sapiētū breuis qdē & salebrosa: sed plena misteriis interꝑtatio. Est itidē & libellus de dogmatis chaldaicæ theologie tum psarꝝ grecorū/& chaldeorꝝ in illa diuina & locupletissima enarratione: Vide marsili que insperata mihi bona irrepserunt in sinū. Cur non ego & Cornucopiæ iam mihi nactus uideat. Sed quid de arabicis? In quibus & maumet toletini epistolæ & abulgalem. qui Aueroem audiuit (& quod te magis tanget) adelandi cuiusdā. qui sub ammonio Plotini magistro in egypto philosophatus est/multæ sunt quæstiones. Deus bone q̄ pythagoricæ/q̄ plene priscorum dogmatum. & secretioris disciplinæ inuasit statim animum efficax uotum posse hæc per me/absq; interprete euoluere & perscrutari: atq; hoc nunc ago: hoc indeffessus assiduusq; saxum uoluo. hic est Marsili meus cupido: hi mei ignes: qui non fluxam & uanam/sed firmā mihi non pollicentur iam/sed prestant uoluptatē. Verā imaginē futuræ gloriæ que reuelabitur in nobis: sed redeo ad tuas litteras. Tuus Maumettes Perusiæ est: quo cum rediero (absum. n. ob pestis suspitionē) ibit ad te cōtinuo. de Plotino ꝙ scribis haud satis intelligo: hoc scio non excidisse mihi Plotinū/quē non in manibus habendum mō/Sed & discendū adeo mihi & semp censui/& nunc quoq; censeo. Si tu quicq̄ de me uel apud mithridatem/uel apud Petrū leonem conquestus es/nō pōt nō iniuria id a te factū in me/qui tibi/& tuis rebus iniurius nunq̄ ulla ex pte fui. Quid tamen illud sit adhuc nescio/uolens nescio. pythagoricus sum/apud quos nihil sanctius amicicia quā/si qd ē qđ īter nos uel labefactare possit/uel minuere (ut dicūt) abeat ī zephyros: Vale: & me ama qui tuus sum æque atq; olim fui ex fratta.

Ioannes Picus Miran. Hieronymo donato. S.

i Am diu quæ mea est negligentia. ad te nihil scripsi: ea una fuit in causa silentii huiusce nostri/Paciar me hoc crimine a te censeri. negligentia scilicet: Alioquin nec obliuiosum uirꝝ nec amiciciarꝝ desertorē. Quas mihi aduersus id īgenii amicos: Quo ē Donatus nō tēporarias/sed ꝑpetuas oīo statuo.

Ioannes Picus Miran. Hermolao suo. S.

d Edi ad te litteras superioribus diebus ꝑ sitam nostrum/Nescio an delatæ fuerint. Cōmentaria quæ petebas. in Aristotelē cur non acceperis/ex eodem te intellexisse non dubito. Venient cum primū ego ad bibliothecam meam rediero: q alienas huc in ꝑsentia exploraturus ueni: Nec est cur uiæ me pœniteat/adeo multa hic reperi cū græca/tum latina/ad humaniores litteras. eruditā q; philosophiam facientia. Quin & hac ipa die: qua hæc dabam/incidit in manus Apuleii fragmētū de īterpretatiōe: opus est eruditū. & qđ Apuleii plane eē cogno

scas: sed mutilũ mancũq;. Scirẽ abs te libenter istic ne aut usq̃ qđ scias integer hẽa/tur: Quãq̃ cum tua edideris. quæ hẽs sub incude/ nõ erit amplius cur Apuleiũ de/syderemus. De studiis meis ego quid ad te scribã nihil habeo/ nisi assiduum me in Hermolao eẽ mearũq; noctiũ maximã ptẽ: In tuo themistio uigilare. Diuerti nu per ab Aristotole in Achademiam. Sed non transfuga. ut inquit ille/ uerũ explora tor. Videor tamẽ (dicam tibi Hermolae quod sentio) duo in Platone agnoscere: Et Homericam illam eloquendi facultatem supra prosam orationẽ se se attollentẽ/ & sensuũ/ si quis eos altius introspiciat cũ Aristotele omnino cõmunionem: ita ut si uerba spectes/ nihil pugnãtius/ si res nihil cõcordius. q; si quãdo dabitur. id qđ uo/torum meorum sũma est/ tecum ad dies aliquot philosophari/ agemus de his co/ram latius & sensus huius mei periculũ aliquod faciemus. Vale eui nostri decus. Flo. Mccccl xxxiiii. die. vi. decembris.

Ioannes Picus Miran. fratri Baptistæ Mantuano Carmelitæ. S. &c.

s Alue pater optime olim ad te non scripsi sed interim legi que tu scripsisti diuina. s. atq; sanctissima illa tua poemata: in quibus ea rerum maiestas is splendor est eloquentiæ ut certatim in illis palmam sibi uẽdicare uerba atq; sniæ uideantur: fœlix qui uelis optima eadem possis/ fœlices nos quibus nõ so lum legere que scripsisti sed etiam te amare te uidere te alloqui datũ est. Diues hic mihi materia & q̃ non epistolã sed iustum uolumen impleat si euagari me in lau/dandis tuis poematis uel imbecillitas nostra sineret uel pudor tuus. Hoc unum di xero delectari me adeo lectione tuorum carminum ut fere quotidie cum me uel te dium uel fatigatio ceperit in illam quasi in hortum solitus sim secedere. Vnde ani mo tanta semper oboritur uoluptas ut nihil cupiat magis q̃ iterum fatigari ut ite/rum recreetur. philostratum de Apollonii uita si satis illo es usus desidero & Za/chariæ philosophi: quem te nactum Rome dixisti exemplar cura ut aliquando ha beã p̃tereaq; idicẽ bibliothecæ uestræ Bononiẽsis si tuo id comodo fieri põt. Vale.

Ioannes Picus Miran. C. F. S.

q Esitum diu apud me fuit tecũ ne silẽtio an litteris agẽdum foret. Que res utpote ansam utrinq; habens/ cũ nũc in hãc nũc in illã ptem a me iudica retur in cã fuit cur in hoc usq; tempus tecũ siluerim. Videbatur enim pre auribus presertim occupatissimi/ leuioribus his nugis obstrepu sse non minus im/pudens q̃ iportunũ: & erat qđ ad te scriberẽ te dignũ penitus nihil. Rursus si homi nẽ qua tu es dignitate insignẽ de me optime meritũ quãdo corã nõ possem p litte/ras non uenerarer ab officio pculdubio deficiebã. His cũ diu fluctuasset aĩus uicit tandẽ pudorẽ pietas persuasitq; audaculi & temerarii subeundam potius notam q̃ obliuiosi hoĩs uel negligentis. Accipe igitur. C. P. qua me excipiebas semp cũ istic

eram hilari & porrecta fronte litteras meas ineptas illas quidem & in compositas sed fidei erga te meæ sed deditissimæ tibi profecto uoluntatis grauissimum testimonium. Quibus hoc unum tibi in primis significari uolo nihil esse quod magis cupiam/q̄ dari mihi occasionem aliquam qua testem dilucide apud te reliquam meam in te fidem pietatem & obseruantiam. His enim si de nobis periculum aliquando feceris ita me inter eos q tibi dediti sunt superiorem esse cognosces: ut tu cæteros tui ordinis antistites uirtute doctrina & sanctimonia mirū i modū antecellis.

Ioannes Picus Miran. Baldassari milliauacce. S.

Z S.

m Iraberis & quidem non iniuria responsum a me litteris tuis uel longe serius q̄ tu fortasse desiderabas & ipse litteræ tuæ merito postulabāt: id cur ita euenerit paucis accipe. Iturus erat ad uos iisdem ferme diebus quibus tuas accepi uir sane probus sed mihi antea ignotus negotiari sese aiebat Mediolani oportunam mihi profectionem duxi qua fieret ut per fidum nuncium & quod in primis optabam sine mora litteræ meæ tibi redderentur. Sed austrum perculi: nā cum ille in mensem discessum suum perendinando distulisset discessit tandem: sed me penitus ignaro. Mihi uero cum iam spe certi nuncii factus essem neglıgentior litterarum obliuio pene surrepserat. Nunc demum cum tua ad me epistola in manus incidisset uelut obdormientem illico excitauit admonuitq; temporis sine officio pretermissi. Dolui (deum testor) non mediocriter & nunc quoq; doleo nec ideo hæc dicta uelim ut me excusem sed ut accusem potius: facile patiar negligentiæ dānari me & inq̄ malueris pœnam abste uocari. Nūc ad litteras tuas. Accepi & ex litteris ipsis & ex libris græcis quorum tu mihi copiam tam liberaliter tam amice fecisti uoluptatem non mediocrem. non tam ꝙ eorum usus ad mea studia plurimū faceret q̄ ꝙ perpetuæ inter nos futuræ necessitudinis fundamenta iecerimus. Quā unam pluris facio q̄ aut Sunandii aut Ptolomei uniuersam bibliothecam. Tantū enim abest ut litteratorum hominum amicicias negligam: ut nihil mihi aut curæ aut cordi sit magis. Scio autem quem tu inter litteratos homines tibi locum uendices: Quando quidem doctrinæ eruditionis humanitatis tuæ euidentissimum mihi argumentum fuit epistola tua. Quare ni te amem plurimum dedidicerim profecto me/ & faciam longe aliter q̄ consueuerim. Amo igitur unice q̄uis te nunq̄ uiderim/ Amo ita ex animo ut ex animo magis paucos amem/ ut demum accedere ad familiaritatem quidem possit nostram ad amorem non possit. Et si quid id est quod possit accedet illud omne aduentu huc tuo. Quem & litteris tuis tu te ultro pollicitus es: & nos ita ardenter petimus ut impatienter desideramus. Ioannem grammaticum in physica & Aristotelis metaphisica si mihi compararis perpetuo me tibi officio deuinxeris. Nam & apud me non sunt et sum eorum magna in expectatione. Vale.

Ioannes Picus Miran. Iacobo feltrino. S.

l Itteræ tuæ si quando alias nunc me maxime oblectarũt: quibus eam de me existimationem apud te esse cognoui: qua ne fingi quidem uoto melior possit. Vnum illud me perturbauit ꝙ cum in iis que ad te scripsi nihil notaueris: suspitionem fecisti ne cuncta nota digna existimaueris. Tunc enim uel placuisse plurima credidissem cum displicuisse aliqua significasses. Quo fit ut ne testimonio tuo alioquin probatissimo in mea causa satis confidam. Amas enim nostra omnia perinde atque nos: & cum ex innata ingenii tui facilitate cunctos tollas id tibi præcipue in rebus nostris accidit: qui id omne quod in nobis est ex tuo fonte manauit. Equidem emulari te, tuis perstare uestigiis, nec desisto nec desinā. Vtinam te aliquando consequar. Sed hoc doleo ꝙ locorum itercapedine fiat quo minus te altissimos philosophiæ locos ut soles grauiter pertractantem coram audiam. Quod & si eadem quæ dicis per epistolas uestras mitti possunt id quod impetratum abs te maxime uelim: habet tamen nescio quid uiua uox quod magis afficiat afformetqꝫ discipulum. Vale.

Ioannes Picus Miran. Hieronymo Donato. S.

a Ccæpi litteras tuas & suaues profecto & eruditas quibus non aliter oblectatus sum atqꝫ olim tua cõsuetudine cũ patauii essem quotiens ea mihi fruendi occasio offerebatur cuius quidem & cupidus & appetentissimus præter tuam etiam opinionem semper fui. Neque enim latebat me q̄ dulce q̄ amœnum esset Donati ingenium q̄ bonis omnibus disciplinis omni demum uirtute exuberans undique atque refertum. Sed ita est profecto mi Hieronyme: ita mihi persæpe contingit facultas & libera & expedita eius quam maxime rem cupimus adipiscendæ inertes nos facit & negligentes dum enim id quod hodie pretermittimus & cras fieri perq̄ commode speramus: fit demum ut ex hac supina dilatione nostra conniuentibus nobis effluat annus. Sed quando res ita recidit fecisti tu quidem per pulchre qui me nunc etiam ad hoc officii genus obdormientem tuis litteris excitasti: Quo utar aduersum te sæpius imposterum & te ut itidem facias rogatum maxime uelim. Quod attinet ad tua carmina fuerunt illa quidē dum essem patauii apud me complures dies, meminique me libelli amœnitate & lepidissima uersuum compositione delectatum plurimum. Sed nisi fallor anteq̄ illinc abscessem Ramusio reddita sunt de cæteris que aut in me aut mea sunt ita constitutum habeas ut uel eis pro tuis usurus sis: uel certe & mihi & amiciciæ nostræ facturus iniuriam. Vale.

Ioannes Picus Miran. Angelo. S.

c Vm tenues musas meas quibus dum per etatem licuit de amoribus meis iocatus sum in libellos quinque digesserim: mitto ad te illorum primũ missurus reliquos si in hoc uno amicum experiar te non assentatorem. Ea enim lege ad te ueniunt ut castigentur: & uapulent: ut erratorum penas & ungue & obeliscis luant. Adhibe igiť te illis æquũ iudicẽ nõ iniquũ hoc ẽ seuerũ nõ ĩdulgẽtẽ. Nã q̃ maior iniqtas q̃ amicũ fallere de te sibi oĩa ꝓmittẽtẽ: nõ eo usq; ĩgenio delicato sũ ut alienas lituras fastidiã: nõ adeo mihi bellus uideor ut cẽsorẽ uel neglihã uel accusẽ. Quin forte nec tu nec qspiã crederet q̃ hæc mea mihi nõ satisfaciãt: quã in iis etiam quæ magis placent ne sim ut inquit ille Suffenus, timeam. Nimirum omnes fallimur nec uidemus manticam quæ in tergo est. Quare operam tuam in re honesta & liberali amicissimo homini ne deneges: tam multo presertim studio: tam ex animo eam efflagitanti. Quod si is essem a quo in eiusmodi re tibi gratia referri posset, non tacerem græcum illud Lisippum apellis & apellem lisippi alterna opera uicissim uti solitum. Vale.

Ioannes Picus Miran. Angelo politiano. S.

c Vm superioribus annis Florentiæ essem amatorias elegias quatuor apud te reliqui: quas ut fit: exercendi ingenii gratia per id tẽpus pene puer efinxeram; Erant illæ quidem insulsæ. Ineruditæ & leues quæ auctoris ætatem & inscitiam facile preseferrent. Tu tamen illas non pro rei merito sed pro tua benignitate uel indulgenter approbasti: Et ob id ipsum ut fidem faceres ꝙ approbasses exemplaria petiisti, profecto non ignarus ea esse animis adolescentũ ad uirtutem acerrima incitabula ut laudis cupiditate illecti: quam libauerint gloriolam mox degustare altius enitantur. Vt enim desperatione uires & iacẽt protinus & frigent. Ita spe attolli atque inflammari nemo est qui dubitet. Sed iam ætatis patrocinium tollitur & quibus antea subsignabatur erroribus nunc uitio mihi uertetur ꝙ non eos iam maturior annis aut repurgauerim melius aut deleuerim. Quæ igitur apud te carmina ex nostris sunt si me amas aut remittas ad me aut laceres aut igni tradas. Ea omnia elaborata magis & complura alia quæ postq̃ istinc abscessi mihi per ocium exciderunt, breui tuæ limæ demandabũtur. Interim quæ sine amici intertrimẽto uiuere non possunt, capitali damnentur calculo. Præterea epitectũ tuum: & quæ de homero in hanc usq; diem a te translata sunt: Item quæ de Iuliano medice sermone patrio & quecũq; alia latino sermone composuisti ad me missa omnino uelim. hoc ita a te peto ut q impensissime: Ita enim desidero ut qui impatientissime. neque est quod recuses ꝙ ea forte ad umbilicum. nundum deducta sint: Quando quidem omnia si tua hæc fuerit sententia clam apud me futura tibi iam prenuncio atq; polliceor. Vale.

Ioannes picus Miran. Marsilio ficino. S.

30. m Ei semp fuit iudicii Marsili doctissime nulla esse in re magis elaborandũ q̃ ut ab aĩ nobilitate: qua trimegisto teste post Iouẽ ꝓximi existimamur ꝑ desidiã atq; secordiã nullo pacto degeneremus: idq; mihi potissimum semp fuit ut undecũq; possem mihi aĩ cultũ & bonaꝝ artiũ disciplinas cõpararẽ. Q đ qdẽ meũ cõsiliũ & si a pueritia usq; cõstãtissimũ mihi fuit excitarũt tam̃ sum mopere atq; ĩflãmarũt cũ ap̃ te essem supioribus annis adhortatiões tuæ. nec unq̃ ardẽter magis q̃ ex illa ĩ hãc usq; diẽ me totũ litteris addixi. Iam tres annos Marsili ap̃ pipateticos uersatus sum nec omisi qcq̃ quantũ ĩ me fuit ut Aristotelicis ædibus q̃si unus ex eoꝝ familia nõ ĩdignus admitterer: Q đ qdẽ & si haud abunde cõsequutus sum: Quippe ꝙ uix sim ĩ uestibulo: eo usque tam̃ ꝓcessi ut si nõ docti et eruditi: qđ nec ꝑ ætatẽ licet studiosi tam̃ nomẽ mihi uendicare nõ dubitẽ. Sed qm̃ & tua semp & doctissimoꝝ hoĩum snĩa fuit q acadimica pipateticis misceret: eum utrãq; sectã & rectius habituꝝ & locupletius: aggrediẽdã mihi hãc ꝓuinciã existimaui: ut iam ꝓ mei uiribus ingenii: ꝓ mea quãta maxima põt assiduitate & diligentia Platonẽ cũ Aristotele & uicissim alternis studiis Aristotelẽ cũ Platone conferrẽ. Veꝝ ut te p̃monitore prius: ita nũc adiutore opus ẽ: tuæque erit hũanitatis & in me beniuolẽtiæ nõ deesse ꝓposito meo atque eo qdẽ tã honesto & liberali id qđ cumulatissime abste factũ censeo si librũ tuũ de ĩmortalitate aĩoꝝ ad me miseris. Quo ueluti p̃monstratore quodam in Platonica disciplina ꝓfectuꝝ me ut opto: ita confido. Quis enim ficino: inquo si uera esset pythagoreorum sententia reuixisse Platonem crediderim non queque maxima in eo doctrinæ genere de se ipso sibi polliceatur? Tu modo mihi non desis: Quod impetratum abste pluribus contẽderem: nisi ipsa qua tu plurimi facis honesti ratio hoc idem a te contenderet. Si enim pro amicorum utilitate declinandum aliquatenus de uia & Cicero noster & chilo sapiens & Theophrastus grauissimus philosophus existimarunt: Nonne erit in tam honesta petitione amicissimo homini defuisse flagitium? Fac igitur ut qđ iã diu adhortatione sequor tua ope etiam aliquando consequar. Qui enim hac in re mihi auxiliari possit preter te habeo neminem: quando quidem ut speciosa alia complura atque preclara ita platonicarum rerum cura apud nostræ ætatis homines penitus exoleuit. Vale.

Ioannes Picus Miran. Hermolao. S.

31. n On ꝙ quicq̃ habeam te dignum quod scribam ad te scribo. sed idcirco tãtum ut rescribas. Alioquin mihi nec causa est scribendi ulla nec argumentum. Quippe ꝙ damnarim semper eorum sententiam qui ad amicos

ſcribendum ſentiunt ut hoc quaſi debitum pendatur amiciciæ. Eſt enim hoc totū ſcribere & litteras miſſitare amiciciæ quidem ſed infirmæ & frigidiuſcule: quæ ſua ui ſubnixa non ſtet ſatis: queratque aliunde unde conſiſtat at quæ ī ipſis animi receſſibus iam penitus radices egit: quid amabo adminiculis litterarū eget. Dabo igitur Hermolae barbare ob id ad te meas ut quas maxime deſidero tuas alliciam. Tu contra ne a me fruſtra deſiderentur tuas reddes q̄ cumulatiſſime. Vt.n. infirmi eſt animi adhibere litteras amiciciæ quaſi tibicines ne uacillet: ita facilem præſtare ſe amicis atq; beneficum liberalitatis eſt & beniuolentiæ ſingularis: Vale & muſicam Ptolomei: ſi id incōmodo non ſit tuo ad me dedas futuram hic ad dies pauculos. Quid.n. a te non audacter petam: cui ego iam pridem mea omnia uoui dicauiq;

Ioannes Picus Miran. Hermolao. S.

a

Z m

Ihi nunq̄ aut placui magis aut debui copioſius q̄ hoc tempore quo una epiſtola ad te mea tam ſuaues tā eruditas tam tui perſimiles litteras ad me uocarim. Quod ſi & abfuiſſe te patauio dū illic fui & deſideraſſe me biennium conſuetudinem tuam in cauſa fuit cur hæc ad me ſcriberes: non poteſt mihi illud quicquid ſit: nunc non eſſe iocundū: tam abunde unæ litteræ tuæ uotū omne meum non adimplerunt ſolum ſed etiam ſuperarunt: nam ut epiſtolæ elegātiā: amœnitatē: eruditionē ſuauitatē taceā cuius lectio uel beneficii uicem cumulate exigit: Quanti apud me eſſe credis q̄ tam amanter tam benigne atque adeo ex animo in amicum te mihi dedas. & quo nec optare mihi quicq̄ maius auſim in me ornando undiq; tuam operam tam liberaliter pollicearis: Quod quidem genus officii nō recipiendum adeo ſed mihi ambiendum etiam fateri ingenue nec co ram erubeſcerem. Quippe nec ipſi ſtoici ut noſti ἀπάθιαν probāt: nec īter has quas græci πάθη dicunt affectiōes ulla eſſe poteſt aut laudabilior aut honeſtior ea: ſi modo inter illas eſt quæ dicitur cupiditas nominis & gloriæ præſtari uero mihi hoc nec ab ullo uberius poteſt q̄ a te ipſo: in quo uirtutes omnes uelut ſingulæ ſibi palmam certatim uendicant: & ego cui debeam libentius habeo me certe neminem. Eſt igitur hæc mihi pollicitatio tua tam grata tam appetenda q̄ honorifica qua uel id maxime plurimum gaudeo q̄ egregii. cuiuſdā amoris in me tui & amātiſſimæ uoluntatis fidem facit. Habeo tandem quod ut diu ante hac deſideraui: ita nunc ſerio triumpho. Habeo inq̄ Hermolaum barbarum latinæ linguæ delicias & bonarum artium omnium inſigne promptuarium mihi nō beniuolum ſolum ſed amiciſſimum. Habes & tu itidem Ioannem Picum Mirandulam ita tibi deditum. ita tui ſtudioſum: ut qui deditus qui ſtudioſus eſſe magis non poſſit: mutuis aduerſum te officiis: quando preſtare nihil uel grande poteſt uel Hermolao dignum futurum imparem quidē: ſi uero animū ſpectes certe uel æqualē uel ſupiorē. Vale.

Ioannes Picus Miran.&c.

33. n Ihil mihi dulcius fuit dū hic ap̄ nos esses tua consuetudine: nihil itē utili us: ea in te moꝝ suauitas ea est doctrina. uide aūt q̄ mihi dulcis q̄ gratus fueris dū te fruebar cū nunc dū abes nihil mihi sit dulcius tui memoria. Sed ꝑfecto si amiciciæ sedes animus est & nos id maxime sumus aīus s. ut scribūt Plato & Aristoteles non est cur possint dissidiū iter nos facere ulla uel locoꝝ remo ta uel diuturna tēporū interualla. Cogitabā aūt nunc aliqua etiā alia rōne cōsequi possem ut tecū essem neq; aliud in mentē uenit q̄ ut nostra de septiformi i sex dies geneseos enarratiōe lucubratio ad te ueniret. Si.n.libros quasi liberos parimus: & patris maxima pars in filio est: ueniam ego quoq; ad te in illo quē genui. excipe igi tur uenietē ad te filiolū meū ut me solebas hilaris & lubens placebit scio qa amas. Scio & displicebit itidē qa amas. Nā eiusmodi pietatis ē & eoꝝ errata quos ama/ mus signāter ītrospicere ut emēdemus & ītrospectis leuiter īdulgere ne uexemus.

Ioannes Picus Miran..F.B.C.Th.

34. s Alue pater dilectissime en tibi Apolloniū quē si tue uirtuti tuis ī me offi ciis nō deberē: deberē certe uel his litteris qbus eū efflagitas tātus in illis amor tāta hūanitas. Est.n.& sūmi amoris quo illuc uocare quo tu iam ꝑ uenisti. ad aī.s.purgationē hoc ē ad uerā fœlicitatē: & sūmæ humanitatis hortari me q̄si æqualē cui legē dicere q̄si filio potes. Sed utinā u'u eueniat aliquādo ut in secessu aliquo una aliquādo pie philosophari possimus. uidebis ap̄ me nihil eē pri us q̄ ut pietatē cū sapientia cōiūgā. Videbis hoc mihi eē ꝑsuasissimū nullā esse sa/ pientiā que æternæ ī nobis sapiētiæ imaginē obliteret. & similes facit brutis insipiē tibus: testē habeo cōtubernalē angelū tantū me quotidie de meis studiis lucro ap/ ponere quātū inde ad certamen purgādi aī instructior fortiorq; euado. Omnifaria hec disciplinaꝝ tractatio & qcqd litteræ ꝑmitteræ nobis possunt cutē colorat & q̄si pigm̄tata facie nos reddit formosiores. At sanā firmā robustā mētē sperare nō ali unde possumus q̄ a uitæ ītegritate/a moribus/a diuina deniq; religiōe. uolētē igit̄ cogis(ut ita dixerim)magis uelle. Sed & tuis me sacris p̄cationibus iuua ut possim etiā qđ & ego polebā & tu me uelle tantope uis. Vale pater amātissime quē uni/ ce amo quē ī oculis fero. Florētie. xiii. Ianuarii. Mccccxxxx. expecto tua omnia Po litianus meus delicie totius litteraturæ tibi adscribi salutē iubet.

Ioannes Picus Miran. Hermolao barbaro. S.

35. m Emini me cū deliberarē quā nā potissimū ex Italiæ gymnasiis mihi sedē ad phiæ studia deligerē cū me multa patauium uocarēt libētius illuc pe tisse ut amor ī te meus quē iā diu aīo nutriuerā mutua cōsuetudine tibi

palam esset: patauii sui & biennium, Hermolaum tamẽ quis credat nec uidi, nec nisi ut multo ante fama cognoui. Ita sæpe euenit ut dũ oblatã occasionẽ desidiosa quadã procrastinatione cõtemnimus: ea ut lubrica est manibus elabatur. Huius rei me uehementer penituit & penitet & eo magis ꝙ quam antea rerum omnium doctrinam tuam rumore tantum cognoueram eã nũc his oculis, his auribus agnoui, dum Romanum themistium tuo illo ore de ingenio anime de primis rerũ exordiis de ratiocinandi scientia disertantem audiui. Deus bone quantum doctrine? q̃ dictionum diuitie? quis candor? que mundicies orationis? O uirum proclarissimũ o expressam antiquitatis imaginem erat mihi frequens uotum ut Varronis diuinarum humanarumq; rerum scripta aliquando reuiuiscerent ut esset apud quem latine physicas rationes edisceremus. Tu uero & illum & probatissimos quosq; referens eum te nobis exhibuisti ut nihil aliud supersit quod desideremus q̃ ut græca alia interpretando & tibi uberiorem laudem parias et cumulatius de naturali hystoria & de studiosis omnibus bene mereare: hæc omnia doctissime Hermolae ad nihil aliud spectant nisi ut me tibi amicissimum esse ĩtelligas: me ita uirtutes tuæ ad te & amandum & obseruandum accendunt ut nemini etiam ex cognatiõe tua in amore concedam. Sanciet hæc inter nos epistola amiciciæ fœdus: ut honestissimum certamen mutuæ caritatis subinde certemus.

Ioannes Picus Miran. Andreæ corneo urbinati. S.

q Vas proxime ad me dedisti litteras tuas idibus Octobris accepi, Quas scribis dedisse prius, nõ peruenerunt, rescripsissem illico si accepissem, ita sum ad scribendum impiger, & in hoc munere siue studio siue natura minime cessator. Non tamen erat quod uerereris silentio etiam diuturno amiciciam nostram posse labefactari. perpetuus amicus sum ego non temporarius. Et firma satis non est amicicia si qua uelut tibicines has litterarum sibi uicissitudines postulet, que (ut Plauti dixerim uerbo) quasi nutantem infirmusculãq; fulcilent. Sed ut ad ea ueniam, que scribis adhortaris me tu ad actuosam uitam & ciuilem, frustra me & in ignominiam quasi, ac contumeliam tam diu philosophatum dicens, nisi tandem in agendarum tractandarumq; rerum palestra desudem. Et equidem mi Andrea oleum operamq; meorum studiorũ perdidissem: Si ita essem nunc animatus ut hac tibi pte accedere & assentiri possem. Exitialis hæc illa est & monstrosa persuasio quæ hominum mentes inuasit, aut non esse philosophiæ studia uiris principibus attingenda: aut sũmis labiis ad põpã potius ingenii, q̃ aĩ cultum uel ociose etiam delibanda. Omnino illud Neoptolemi habẽt pro decreto, aut nil philosophandũ, aut paucis, pro nugamẽtis & meris fabulis iam illa accipiuntur. Sapientum dicta, firmã & solidã fœlicitatẽ in bonis animi esse: Extraria hec. corporis: uel fortunæ, aut parum, aut nihil, ad nos actinere. Sed inquies. ita uolo Martã amplectaris, ut mariam interim non deseras. hac tibi parte non

repugno/nec qui id faciunt/damno uel accuso/Sed multum abest ut a contēplandi uita ad ciuilem transisse error non sit/non trāsisse pro flagitio aut oio sub culpæ nota uel criminis cēseat; ergo uitio alicui uertetur. & uirtutem ipsam uirtutis gratia nil. extra eam quærens perpetuo affectet & prosequatur/ꝙ diuina mysteria: naturæ cōsilia/perscrutans/hoc perfruatur otio/cæterarum rerum despector & negligens: quando illa possunt. sectatorum suorum uota satis implere. Ergo illiberale/aut non omnino principis erit non mercennarium facere studiū sapientie? Quis æquo animo hæc aut ferat/aut audiat? Certe nūq̄ philosophatus est/qui ideo philosophatus est/ut aliquando aut possit/aut nolit philosophari. Mercaturam exercuit ille non philosophiam. scribis appetere tempus/ut me alicui. ex summis Italiæ principibus dedam. Adhuc illam philosophantium de se opinionem. non nosti: Qui iuxta oratium se regum reges putant/mores pati & seruire nesciunt. Secū habitant & sua contenti animi trāquillitate sibi ipsis ipsi supersunt. nihil extra se querunt/que in honore sunt apud uulgus/in honora sunt apud illos/& omnino quecūq; uel humana sitit libido uel suspirat ambitio/negligunt & contēnunt. Quod cum omnibus/tum illis dubio procul faciendum est/Quibus se ita indulsit fortuna/ut non modo. Laute & cōmode/sed etiam splēdide uiuere possint. Magne iste fortunæ sublimant quidem & ostentant. Sed sæpe uti ferox equs & sternax sessorē excutiunt. Certe semper male habent/& uexant potius q̄ uehant. Aurea illa optāda mediocritas que nos uti mannus uehat equabilius. & imperii patiēs nobis uere seruiat non domineť. In hac ego opinione perstans cellulam meā/mea studia/meorum librorum oblectamenta meam animi pacem/regiis aulis/publicis negociis uestris aucupiis curiæ fauoribus. antepono. Nec mei huius litterarii otii illos fructus expecto/ut in rerum publicarum/æstu atq; tumultu iacter & fluctuem. Sed ut quos parturio tandem pariam liberos & quod fœlix faustumq; sit dedam aliquid in publicum/si non doctrinam/ingenium saltem & diligentiam quod oleat. Et ne credas nostræ industriæ. & laboris quicq̄ remissum. scito me post multam assiduis indefessisq; lucubrationibus nauatam operam hebraicam linguam chaldaicamq; didicisse/& ad arabicæ euincendas difficultates nūc quoq; manus applicuisse/hæc ego principis uiri/& existimaui semper. & nunc existimo Sed hæc ut uere ita seuere dixerim equidem principes istos excellentissimos in primisq; magnanimū Barri ducē Ludouicum/ita colo & ueneror/ut ex italiæ principibus neminem magis. illi me multum multis de causis debere intelligo/& nihil est tam graue/nihil tam arduum quod(mihi si detur facultas)demerēdi hominis causa facturus nō sim. Sed quæ illorum est amplitudo/& mea tenuitas ut ego ipsis non egere non possim/ita egere ipsi aut mea opera/aut meo istuc aduentu/nullo modo possunt. Romam ꝑpe diem proficiscar inibi hyematurus nisi uel repēs. casus uel noua intercidens fortuna. alio me traxerit. Inde fortasse audies quid tuus Picus in uita umbratili & sellularia contemplando profecerit/aut quid tandem(dicam enim quāq̄ arrogātius) quid inq̄ quando tu illi istuc accedenti doctorum copiam polliceris aliorum operæ

indiget in re litteraria. Romæ & ubi/ubi terrarum fuero/habebunt principes isti: cui imperent/quem uelut trusatilem ut inquit Plautus molã pro arbitrio uersent. Quod scribis de re uxoria/nec temere/nec de nihilo dictum existimo: Sed dauus sum/Edippus non sum/nec si sim esse uolo. Id quicquid est/si uidetur Latius explica/sin minus esto harpocrates. Et ut sese res dant ĩ arma cõsiliũ capio. Rhythmos meos ethruscos non est ꝙ desideres. Iam dudum amatoriis lusibus nũtium remissimus/alia meditantes/Sed hoc te quoq; monitum uolo/lauram tuã. si eam esses editurus: supprimas adhuc aliquot dies. Nam forsan paulo mox legent nostri homines de amore (Vide quid dicam) que non dum legerunt. Et tu annotare plurima poteris/que ad rem tuam plurimum facient. de alibrana/quamq̃ dignus non est/de quo uerba faciam/hæc tamen dixerim benemeritum illũ domino male gratiam rettulisse/Nec est ꝙ fugam suam in quemq̃ alium/q̃ in se ipsum reiiciat aut deriuet/quando meis domesticis/quod negare ille non potest/nõ minus fere/q̃ mihi debet. sed non primum/nunc ut tu nosti/aut fidem fefellit/aut dominũ Ludificatus est. Scio quid postq̃ etiam auffugit in me ille & de me/Sed non curat culicẽ elephas/Et condonatũ tibi uolo quicquid ante hac leuis homo peccarit. sed ne abutatur in posterum patientia mea/ne qualem se mihi ille immerito prestitit/tallem me ego illi tandem prestare cogar. Quod amicum illum tuũ/cui in amorẽ res male cessit/apud Florianum nostrum excusaueris/ex officio fecisti: habet ille quidem & ex historiis & ex poetis/ex ipsa etiam philosophia unde se a nota criminis uendicet/habet unde magnorum se hominum preiudiciis dauidis/presertim Salamonis ꝗ tutetur: ut Aristotelem taceam. qui dum nonnullas etiam meretrices sepe depetribat/suorum de moribus præceptorum nil meminit/quãdo amatæ feminæ uti ceteri eleusinæ sacra fecit. Sed ille hæc tutamenta: & quasi propugnacula sui facinoris non amplexatur modo uel amat/sed odit/& reiicit/& recusat/iacturam quæritur suam/non culpam deprecatur. dolet ꝙ peccauit/non defendit. Et mihi quod uel hoc nomine uidetur Cæteris excusandus/ꝙ ipse se nil excusat/nihil homine imbecillius/nihil amore potẽtius/Hieronymi illa inuicta & incõcussa mens/dum cælo tota inheret puellarum choris intererat/Quæ illũ pestis potuit uel infestare quẽ non edomabit? Si hoc amor in heremo/in humo collisis membris/in ebdomadarum potuit inedia. Quid in pluma/in umbra/in omni delitiarum affluentia non poterit? Accedit ꝙ ille nunc primo cecidit ruine huius alioquin insolens & ignarus. De neptuno conqueri potest/qui semel tantum naufragium fecit. Si ad eundem iterum offenderit lapidem/nemo manum porrigat. nemo misereatur. Nunc nõ excusari iure nõ põt/Quẽ ita facti penitet/ut fauor̃ excusatiõis se dignũ ipe nõ existimet. Sed hæc etiã nimis quãdo amicus tuus huiusmodi facti memoriã/non solũ aliquo mõ litteris tradi sed qđ sequẽs uita eius faciat obliterari penitus cupit. Vale. Christophorus nõ aderat cũ tuas accepi. domino tuo et uniuersæ Bonromeæ familiæ/quã & amaui semp/& nũc plurimũ amo. me nõ uulgariter cõmendabis Perusiæ. xv. Octo. Mccccxxxvi. anno gratie.

VV

Ioannes Picus Miran. Io. francisco nepoti. S. plurimam.

37 g Ratissime mihi fuerunt littere tue. Non ob id modo ꝙ iampridem de te nihil audiueram. Sed & ꝙ ea mihi significabant quibus sum mirifice delectatus: quando eadem & tibi sunt grata & deo gratissima esse non dubito. Tu quoq; nihil dubites si modo qua cæpisti uia perrexeris mercedem tuam copiosam in celis esse futuram. Ego nundum satis habeo exploratum eũdum Romam mihi sit nec ne. Et quantum equidem assequi possum coniectura, futurum potius credo ut illuc mihi eundum sit: causam nosti. hoc ubi certum habuero statim te certiorem reddam ne si huc forte ueneris (quod alioquin ego sũmopere uellem) aut me hic non inuenias aut statim discedente me in patriam tibi sit redeundum. Interim domi esse poteris nisi tu quidem aliter sentias. Sed & illud meminetis habere te uxorem cui nõ aliter corpus tuum q̃ deo ipsam aĩam debes. Est illius desiderio aliqua ex parte satisfaciendum: cogitandumq; tibi est quid illa ex habitu corporis ex ætate aut appetat aut appetere possit. Quid ex pudore ex uirtute non petat. Cur enim pudeat hæc scribere quæ & paulus scribit apostolus? Nulla est fere res in qua te magis suspicer errare posse. Et quidẽ falluntur nostri homines plurimum qui obligatas quidem addictasq; sibi uxores putant suas. se uxoribus nihil: Sed posse de se: quicquid illi censuerint pro arbitrio statuere. Deniq; tuus totus esse non potes qui semel nuptiarum legibus te subiiciens uxoris esse uoluisti: potes nihilominus totus esse dei quem & tibi promereris dum ut legi eius obtemperes tibi ipsi etiam in his quæ sunt dei minus obtemperas. Sed de his alias tecum coram etiam sum loquutus. Ego ut primum aer uernauerit hoc est inter primos quadragesime dies. cum me. s. ex his græcoꝝ librorũ fascibus extricauero statim ferrariam ueniam. ĩterim sacris litteris insta: præcipueq; euangelicæ lectioni quæ animum identidem ad deum adducat: quem inde abducere & mundus & demon ille illecebris hic fallaciis dies noctesq; non cessant. Vale animæ dimidium meæ & deum ora pro me. Cumprimum de mea romam uersus profectione aliquid statuero te certiorem reddam Floren. xxvii. Nouembris. Mccccxxxxii.

Ioannes Picus Miran. Ia. Antiquario suo. S.

38 i Nter uoluptates, quas cum eram Florentiæ de Politiani cõsuetudine maxime capiebam. Viri mea sententia, nostro æuo omniũ litteratissimi, nõ erat illa mediocris, ꝙ tuas ad ipsum Epistolas graues illas semper, & elegantis, ut quãq; accepisset, statim mihi dabat legendas. Delectabat ĩ illis me uehemẽter, & prudentia quædã singularis, qua magnis etiam ĩ rebus, negociisq; tractãdis a prudentissimis commendaris, & orationis cultus atq; sobrietas: tum ꝙ in nõ nullis honorificam nostri mentionem faciebas, non solum mihi tuæ litteræ placebant, sed in illis quoq; ipse mihi placebam, Scilicet testimonio tanti uiri cedente cõ

ſcientia: quæ non nihil diſſimulans quod ſentiret: qua ſi ipſa ſe proderet/non ma/gnopere pugnans & prope modum uolens fallebatur: Ita duplici nomine tibi erã deuinctus/inde tuæ uirtutis/hinc collati ſæpius in nos non officii modo/ſed beneficii: cogitaui non ſemel agere tibi gratias per epiſtolam/ne forte parũ gratus/aut ne tecum ruſticus exiſtimarer: Verum cum tu Politianuſq; noſter pulcherrimum quoddam inter uos litterarum commercium exerceretis/nolui muſis importuna Pica obſtrepere/quaſiq; male uocalis Anſer/alterne ſibi concinnentes olores inter turbare: Alioquin tibi animum noſtrum per Politiannm noſtrum patere ſciebã: Tum conſcius infantiæ meæ interprete utebar eloquentiſſimo. Nunc ab ipſo miſſæ ad nos tuæ litteræ ſunt/quas ad Ricium nuper dediſti/Iuuenem ingenioſum: ĩ quibus tantum tribuis mihi/quantum nec optare auſim/nedum mereri me credã Rupit officii magnitudo noſtrum hactenus neſcio an in ciuile/certe non ſuperbũ ſilentium/nec potui tibi non agere gratias ĩmortales/non ꝙ premas me laudibus immodicis/quas non agnoſco: ſed ꝙ ita me ames/ut tuum illud alioquin conſtans robuſtumq; iudicium tantopere tamen in nobis ſub amoris pondere uacillauerit. Debeo igitur tibi ſuper q̃ uel ego poſſim perſoluere/uel tu facile credere nec ẽ qcq̃ tam arduum tam difficile/quod non æque pro tua dignitate ſim facturus/ac pro mea ſalute. Tu quod in Politiano me poſſidebas hactenus/nunc uero nihil mutata re tuis tantum rationibus Pici nomen quod ſuberat explicabis. Vale. Ex Agro Ferrarienſi die. xxviii. Iunii. Mccccl xxxxiiii.

Præcellenti atq; doctiſſimo. Viro domino Iacobo Antiquario tanq̃ patri.

a Ioannes Picus Miran. Andreæ Corneo. S.D.

59.

ſ Atiſſactũ eſt plane uotis meis abunde ſatis Andrea cariſſime. Quando qdẽ ex tuis ad Chriſtophoꝝ utriq; nr̃m cariſſimũ litteris accæpi iſtic te cũ tuo & cõmodo & dignitate uiuere. Eſt.n. fuitq; ſemp hoc a me optatũ maxie/tibi eẽ bene atq; beate/& quo nihil demũ hẽo maius dicere ꝑ meritis tuis. Qđ qdẽ euẽtuꝝ nũq̃ dubitaui. Atq; hoc unũ mihi ſemp cõſtitit dum uel lingua tibi ſupſtes eſſet/ubi ubi gentium fores futurũ te ĩ ſublimi Noui(qđ citra adulationẽ dictũ ſit)aĩ tui generoſitatẽ/q̃ nihil humile aut plebeiũ patietur. Noui uirtutes tuas doctrinam/mores/atque prudentiam: Quæ omnia/te quocũque colli/neabis/facile perducent. Valitudinem tantũ tibi timeo/tot morbis ab ineunte ætate ut mihi narrare ſolitus es ĩ hãc uſque diẽ oppreſſam debilitatã tam̃ magis q̃ fractã/adeo & illa tuũ mouit ĩgeniũ/ut uinci neſciat: ſed ꝑpetua quadã ſoliditate ſua aduerſus fortunæ ictus ſtrenue pugnet habe quæſo nõ minus ualitudinis rõnẽ q̃ fortunarũ quãdo qdẽ hæ ubi uita deficit nullæ ſunt. Qđ uero de me apͦ oẽs honorifice uerba facias/facis tu qdẽ pro tua & humanitate/& uetere ĩ me beniuolẽtia debeoque ob id tibi tm̃ quãtũ q debet maxime: Sed uereor ne tuã ipſemet telã rete/

xas dum meas ineptias / & quæ mihi in ætate teneriore nugæ profluxerũt in publi cum euocas sunt enim ea omnia inepta satis & inerudita uel si etiam cum eis beni gnissime decidatur / non ea certe sunt / quæ eam / quam de me isti homines oratiõe tua opinionem iam forte conceperunt / substinere possint / Qualiacũque sint mittẽ da duxi / ut tibi uel totius famæ dispendio satisfacerem . te tamẽ rogatum uelim / ut hæc leuiora omnia habeas : Nam si res tandẽ desiderabis meas / & grauiora habe mus in manibus que ad umbilicum nundum ducta sunt . Et hæc quoque ipsa quæ misimus / absolutiorẽ poscebãt limã. Verũ & tẽpora & philosophiæ studia / q bus maxĩe inuigilo ab ope me diuerterũt. Redibimus tam̃ aliquádo ad musas & si qd excuderimus tuis auribus dignũ / curabimus ad te ptinus delatũ iri. Vale.

Ioannes Picus Miran. R. C. C. S.

m Atteus noster uir officiosissimus & salutem mihi plurimam tuis uerbis dixit & quo me amore / qua beniuolentia prosequare apertissime decla/ rauit. pollicitus insuper & tuo / nomine studium / operamq; tuam si quan do his mihi uti contigerit. Cui officio utinam par essem pater humanissime. Susci pi enim me in tuam fidem & inter tuos connumerari & optaui semper / & speraui. At obuium habere te ultro me tam benigniter / tam amicis tam liberalibus pollici tis adeuntem / & quasi ad amiciciam si licet sed p te licet uocantem tuam / & spem meam / & uotum omne superauit. Quid enim aut quantũ est ab eo inuitari / a quo fuerat satis nõ exdudi: Quamq̃ fecisti rem / & si non me / te tamen dignam. pote/ ram enim pro meis meritis non admitti. Non poteram pro tua humanitate etiam non uocari . Quamobrem quantum aut mihi gaudeam / aut tibi debeã quo pa/ cto explicem qui nec concipio: Certe ob hec tanto magis tibi debeo quanto minus hec (que nulla ex parte) mihi tu debeas. Neque enim nimis sunt illa grandia & ni/ mis multa que & Mattheus / & amici reliqui rettulerunt ex uoluntate potius q̃ ex iudicio me extimantes. Sed qualis tamen / aut quantus sum patiare me quoq; in/ ter omnes esse / qui tuas uirtutes / ut taceam cætera / colunt & admirantur per quas in te est uidere / & quod uincat antiquitatem / & quod uinci a posteritate non pos/ sit / ut dixerim hoc merito cum in te nihil / quod uel ĩ honesto / uel prudentia uel do/ ctrina sit positum desideretur. desiderari hoc unũ debere ab omnibus / ut per te ali/ quando iuxta Platonis uotum summa potentia cum sũma sapientia coniungatur: Sed hæc a deo a te interim hoc peto & rogo ut mihi non referende gratiæ / neque enim locus aut per tuam amplitudinem / aut per meam tenuitatem / sed testandi animi erga te mei / testandæ fidei & obseruantiæ occasionem prestes. Experieris Io annem Picum hominem supra omnem opinionem tibi deditum & deuotum de quo polliceri magis tibi nõ potes / sed potes ea oĩa qualiacũq; sint q̇ sunt ĩ eo qbus tu ipẽ cũ uteris splẽdoris tui aliqd inuehes fientq; magna cũ tua esse ceperint / quæ dum sunt mea magna esse non possunt . Vale.

Ioannes Picus Miran. ſuo Alexandro corteſio. S.

41. g Ratiſſimæ mihi fuerūt litteræ tuæ quas nō ut putas ad ignotū ignotus: ſed ad amicū & qdē ueterē amicus ne dū ad notū notus nup dediſti/ noſti.n.& tu me antea ut ſcribis/& dignū exiſtimaſti quē amares. Ego itidē de tua doctrina atq; uirtute cū a pleriſq; tū a Politiano noſtro ſæpius audiui cuius iudicio qs nō cōfidat? fecit ille apud me tuæ ꝓbitatis fidē/ facere pōt & apud te ceptæ meæ iam pridem beniuolentiæ. Cui quidem & ſi erat maxima/ per epiſtolā tam̄ tuā eos ſcito cumulos acceſſiſſe quos cōcipe aīo uel pauci poſſint. Quid.n.illa ſuauius? qd eruditius? ut ē docta: ut ē amabilis & puccio nr̄o de me amice magis q̄ uere loquēti largiſſime ſubſcribēs. ꝑfecto nec mihi qcq̄ illa gratius a te poterat cōtingere. nec tua de me opinione qcq̄ honorificentius/ ꝓ qbus uniuerſis & tibi gratias ago q̄ maximas/& quecūq; aut mea/ aut in me ſunt debere Alexandro meo me cōfiteor. epiſtolā quā petis noſtrā ad Laurentium medicē/ ad te mitto.

Ioannes Picus Miran. Dominico beniuenio. S.

42. f Alue mi dominice ī domini ſortem: electe gratæ mihi fuerūt litteræ tuæ gratius ꝗ & corā ex fratre dum hic agebat & ꝑ litteras ex Petro antonio nr̄o cognoui firmiori te eſſe hītu corporis & meliori ſtomacho. Cura ſi nos omnes ſi littere tibi ſunt curæ/ ualitudinem tuam/ de qua profecto non ob id tantū fui ſemper & ſum ſollicitus ꝗ te amo (amo.n.uehementer) q̄ ꝓpea ꝗ litteras amo/ quas tecum ſimul periclitari & credo & certe ſcio. Si qua noſtra de te beniuolentia tibi rettulit frater/ fidem habeas pleniſſimam ſi quid de noſtris laudibus/ tam parum ei credas q̄ ille me multum amat. Commentariolum noſtrum non eſt ꝗ admireris otioſi cū eſſe uoluimus/& omnino nihil agere id egimus animū remittētes potius q̄ intendentes. Omnino preludium eſt cōmenrariorum quæ in platonis ſympoſiū meditamur. Erit in illis quod tu ſaltem ames & laudes qui omnia noſtra amas & laudas. De concilio/ de queſtionibus/ ut puto rettulit frater iā noſti cur ſcripſerim me tibi laborare/ quod a me maxime lubens faciam/ cum te intellexero ex ea qua laboraſti huc uſq; corporis imbecillitate/ in primam optatamq; ualitudinem reſtitutum/ quam tibi eo animo precor & opto quo mihi tu ſalutem animi precaris & optas. Vale ex fratta. x. Nouembris. Mcccclxxxvi.

Ioannes Picus Miran. Andree corneo. S.

43. e T ſi ad te litteras dedi aut raro aut nūq̄/ cogitaui tam̄ de te & tuis rebus aut ſæpe aut ſemp. Sed nolo tibi ſpē uendere nec prius ad te ſcribā qd faciam in tuā utilitatē q̄ cū ſcribere potero qd ꝑfecerim. Quod ſi nūq̄ pro tuo uel meo infortunio continget malo credas me nihil potius q̄ fruſtra in tuis re/

bus laboraſſe. Sed forte lætior tibi erit fortuna q̃ aut ipſe ſperes aut illa ſoleat car/mina noſtra nõ eſt ꝙ tua laura moretur q̃m reuocata ad incudẽ ſũt ut preſſius aſ/formentur nec prodire/quo nunc ſunt uultu/audent in publicũ. Differt autẽ emẽdationẽ inſtans ratio & urgens noui operis quod habeo in manibus hortatu Laurentii medicis in quo dauidicos hymnos non ſolũ illumino longiori interpretamẽto/ſed q̃m quos eccleſia decantat hi a.lxx.uerſi ſunt interpretibus eamq; traſlationem pluſq̃ ſexcentis locis uti parum fidelem hebrei coarguunt ego proprietati ĩni/xus hebraicæ & chaldaicæ litteraturæ cum & ſenſuum integritati illos ab omni iudeorum calũnia aſſero & defendo. Reliquum non eſt quod ſcribã/niſi ut me Hermolao quotiens hominem uides totiens non uulgariter cõmendes. fac item uit doctus & grauis Iacobus uolateranus amari ſe a me uehementer intelligat a quo ſi epiſtolas ſimmachi ad paucos dies dũ.ſ.exſcribantur unq̃ impetrauero perpetuo me ſibi beneficio deuinciet. Vale. Mccccl xxxviiii.

Ioannes Picus Miran. Baptiſtæ guarino preceptori ſuo. S.

44. q Vid contrahis frontem? an ꝙ contra quam preceperis/atq; ideo iniuria tibi ĩſcripſerim p̃ceptori/Si preceptor nõ es iure tuis non ſto preceptis/Si p̃ceptor es iure te appello preceptorem. Tu uero quid diſcipulum renuis quem tantopere laudas. pugnant hæc inter ſe niſi alterum forte amoris eſt/alterũ iudicii/& cuius laudes predicas ex beniuolentia/eiuſdem errata uereris ex conſciẽtia. ne.ſ.tibi pudorem faciant/quæ poſſis forte laudator non poſſis preceptor non agnoſcere. At recipe quæſo me uel hac lege in participatum diſciplinæ ut te ego in noſtræ/ſi qua erit gloriolæ/participatum admittam plagas ſubſtinerem ſolus. Sed quid frigidis iocis moror ardorem/meæ letitiæ/quam ex tuis litteris/ex tua tã graui tam honorifica laudatione concæpi. nunc demum mihi arridet. Nunc mihi eſt grata heptaplus mea poſtq̃ ſub tuo preconio quaſi clipeo palladis iam ſe oſtentat emulis inuulnerabilem. Hortaris me tu ad alias hoc genus ſcriptiones/quod fru/ſtra faceres niſi dum mihi plena adeo cera ſubſcribis igniculos bonæ ĩmittens ſpei ficiſſes me ad ſcribendum q̃ fuerim antea longe fortiorem. Adeo enim tam iudicio tuo mihi confido/ut quod totius inſtrumenti ueteris enarrandi onus ſuſcepi. Cui omnino ſum impar iam tamẽ ſolito longe fortius feram/quod attinet ad libros fortaſſe tibi melius ſatiſfacerem ſi indicem haberem eorum librorum qui ſunt apud te quoniam poſſent multi ad rem tuam facere/quibus tamen nõ egeres/Laurentio medici tua predicta uirtus te fecit commendatiſſimum/Neq; unq̃ ĩter nos mẽtio de uiris doctis huius ætatis/quin plurimus in ore ſit guarinus preſertim cum noſter interuenit Politianus(interuenit autem ſemper)qui tibi tantum tribuit quã

tum nemini. Vale nostrorum optime atq; doctissime & pictorium nostrum cões delitias quantum potes meo nomine saluere iube.

Ioannes Picus Miran. Antonio picimãno. S. D.

45. n Ihil tota uita mihi fuit iucũdius his litteris quas nuper a te accepi plenas amoris officii humanitatis ita sim fœlix ut te non fallo/nisi mihi ille forte dies iucundior quo me ipse & grimãnus nescio tuus an meus magis/& conuenistis amice/& honorifice salutastis/q̃q̃ enim uelut personam mutuati non qui eratis/sed quasi nescio quos lepido cõmento nominum mihi uos exhibuistis/suauissimum tamen uestrum ingenium singularis doctrina/amabilis grauitas/liberalis modestia/ĩgenuũ os/lepidissimus sermo: grimannum mihi & picimannũ apertos uerosq; representabant. Quare & si ipsa falli nomenclatura fraudari tamẽ uoluptate non poteram/que mihi ex uobis debebatur. dissimulare nomina potuistis/uirtutem non potuistis/que suo se prodit fulgore & latere nescit. Illa de rebus physicis tam grauis tractatio/ille acres contortæ argumentationes/illa iuditia castigatissima quos poterant alios q̃ uos ipsos mihi denuntiare? Gratulabar ego mecum met tacitus cum uos audiebam/ætati nostre quæ non unum ut putabam grimannum non unum picimannum/sed duos grimannos duos picimannos fecundior protulisset ut autem mihi noster Politianus qui nam fuissetis indicauit iam non tam ætati meæ q̃ meo cæpi iudicio gratulari ita mihi agnouisse in uobis omnia sum uisus quæ in illis. i. uobis cõstantissimo esse omnium testimonio deprehẽderam. Sed uide ut me agunt transuersum & a tua epistola ad se uestre laudes abducant. quamq̃ & illa eodem quoque uocat uel nolentem sed reprimam me ne uidear quasi mutua opera uelle laudibus satisfacere quibus tu plurimis me cumulasti que siue ex animi sunt propensione/siue ex iudicio nescio honori an uoluptati mihi maiori fuerint. Debeo plurimum mi picimanne animo isti erga me tuo: Sed fac quæso tu quoq; si quando accidit de me periculũ de mea. s. inte uoluntate. Cognosces hominem ita amantem tuæ uirtutis & studiosum ut nec ipsi grimãno tuo primas inte amando sim concessurus. Vale. die. ix. Iulii. Mcccclxxxviiii.

Ioannes Picus Miran. Ignoto amico. S. D.

46. q Visquis es noster eris/post q̃ Roberto saluiato nr̃o/ut p eius accæpi singraphã es cõiũctissimus legi lr̃as tuas ad mitridatẽ quas illi absenti reddere non potui. Amare te in illis cæpi nõ tam iam eo noĩe ꝙ te Robertus amat/q̃ ꝙ te amare lr̃as/Et(ꝙ ẽ principalius) sacrar; rer; & legis studiosum esse cognoui. Et qm̃ de his que petebas uisus sum mihi posse aliqua ex pte tibi satisfacere

ut hinc bene noſtrā auſpicarer amiciciā/uolui qd ego ſentirē tibi ſignificare. Q d'
certe facerē longe locupletius/ſi hic illos meos oīum hominū amicos.i.meos libros
hērem quos cōſulerē ſed me illi iā romā q̄ſi anteambulones dominū p̄ceſſerūt.&
ego ipſe hæc petaſatus iam & caligatus ī procinctu cū eſſem ad te dedi tam familia
riter q̄ feſtinanter.quod petis de Ioſepho ſcias iuſtum Ioſephum apud hebreos nō
reperiri. Sed Ioſephi epithoma.i.breuiarium quoddam in quo & multa ſunt cō/
mentitia & que de decem tribubus ibi leguntur que poſt babyllonicam captiuita/
tem poſtliminio non redierunt ea eſſe notha & adulterina ex hebreis mihi plures
confeſſi ſunt. Quapropter illorum Ioſepho nulla oīno fides adhibēda. In Ioſepho
greco ſcio eſſe quedam que de Chriſto & fidem & honorificam faciant mentionē
Sed eadem eſſe penitus cum his que in latinis codicibus leguntur non aſſererem
niſi exemplar grecum cuius hic mihi nulla eſt copia recens legerem & ut ad ea ue/
niam que de chaldeorum hebreorumq; litteris deſideras:percunctatus ſum ego ſe
pe & mithridatem & multos hebreos de his que apud Hieronymnm ingaleato p̄
logo leguntur ubi ille ſcribit eoſdem olim fuiſſe ſammaritanorum & hebreorū ca/
racteres. Eſdram autem poſt inſtaurationem templi ſub zorobabel alias adinue/
niſſe litteras que nunc ſunt in uſu neſcios ſe huius mutationis oēs predicant/&(qđ
eſt maius)pro comperto habent hiſdem quibus nunc utimur in hebraica litteratu
ra apicibus uſos & Moſem & patriarchas antiquos omnes. Cui ſententiæ ut nunc
mihi/ſubuenit/fidem maximam facit ſcientia cabalæ cuius ſcriptores qui cum ip̄o
Eſdra in ſynodo fuerunt ſub ipſis litterarum caracteribus & figuris quibus nunc le
gem deſcriptam habemus diſſimulaſſe Moſem diuina myſteria/& uolunt & pro/
bant quod eſſe nullo modo poſſet ſi aliis Moſes ab his quibus nunc utimur cara/
cteribus uſus fuiſſet. Quo tam̄ tutari dictum Hieronymum poſſim/hoc unum
habeo quod nuper legi in commentariis libri quem pater antiquus Abraam decre
atione edidit dum enim duas illas & triginta portas quarum meminit auctores in
terpretantur/dicunt numerū illum ex decem numerationibus & duabus ac uigin
ti litteris conflari. Reliquas autē litteras que ſunt memſade/phe/chiaph.& nun/
que duplices dicuntur quarum caracteres ſunt ab epiſcopis ſiue pre
fectis additas fuiſſe hoc forte Hieronymus intellexit cuius teſtimonium & haberi
apud omnes omnibus in rebus debet & habetur profecto apud me ſanctiſſimum.
Alphabetum chaldaicum quod petis/nec a mithridate impetraſſes/nihil per illū
licet ut a me impetrare poſſis a quo poſſes omnia. Nam ille docere me chaldaicā
linguam nulla uoluit ratione niſi adiuratum prius/& quidem conceptis uerbis/ne
illam cuiq̄ traderem: facere fidem huius rei tibi poteſt noſter Hieronymus beniue
nius qui cum adeſſet forte dum me ille docebat/furens mitridates hominem elimi
nauit. Sed ne fruſtra omnino ſcripſeris uicarium habeas pro caldaico arabicum al
phabetum/quod mea manu tibi annotatum mittitur. Reliquum quod ſcribam
nihil eſt niſi me tui quiſquis ſis/eſſe non poſſe non amantiſſimum/ſi ego te aman
tiſſimum eſſe bonaꝝ artium intellexero. Vale ex fratta.x.Nouēbris.Mcccclxxxvi.

47.

F Elix es fili quando nõ solũ id tibi tribuit deus ut bene uiuas. Sed ut bene uiuens a malis tam̃ ob id maxĩe quia bene uiuis/interim male audias. æqua.n.laus a laudatis laudari/& ĩprobari ab ĩprobis. Sed non ppea te fœlicẽ appello/qa hæc tibi calũnia gloriosa ẽ: sed qa dominus Iesus q uerax imo ip sa ueritas ẽ futurã affirmat mercedẽ nostrã copiosam in cœlis/cũ male dixerint no bis hoĩes/& dixerint oẽ malũ aduersus nos mẽtiẽtes pp eum. Apostolica/si nescis/ hæc dignitas ẽ: Dignũ haberi q ꝑ euãgelico noĩe ab impiis infameris. Quãdo apo stolos legimus apud lucã gaudẽtes a cõspectu abiisse cõcilii/qa digni habiti essent quibus ꝑ noĩe Iesu cõtumelia irrogaretur. Gaudeamus igitur & nos si tãta apud Deũ g'oria digni sumus: ut eius gloria ĩ ignominia nostra manifestetur. Et si quid a mũdo durũ patimur ac molestũ/dulcissima illa domini uox nos cõsolet. Si uos mũdus odio habet/scitote qa priorẽ me uobis odio habuit. Si mũdus illũ odio ha/ buit p quẽ factus ẽ mũdus/nos uilissimi homũtiones/& si flagitia nr̃a pensitemus dignissimi oĩbus ꝓbris/usq; adeo/si qs d̃trahat si qs maledicat ægre feremus ut ne ille maledicat/male ageř ipi ĩcipiamus. Excipiamus hæc potius alacres maledicta & si nõ ea fœlicitas nr̃a ẽ ut ꝓ uirtute/ꝓ ueritate/quẽadmodũ olim heroes nostri/ uerbera/uincula/carceres gladios sustineamus/satis nobiscũ bene actũ putemus si uel cõuitia hominũ ĩproborum/detractiones/odia/patiamur ne omni nobis merẽ di occasione sublata/præmii etiam spes reliqua nulla sit. Si bene uiuentem te hoĩes laudent/porro uirtus hæc tua quatenus quidem uirtus est similem te xp̃o facit: sed quatenus laudata ẽ/facit dissimilẽ: q præmiũ suæ uirtutis ab hominibus mortem crucis accepit: pp q̃d & deus/ut inqt apostolus/exaltauit eũ/& dedit illi nomẽ q̃d ẽ sup oẽ nomen. Optabilius igitur crucifigi a mũdo/ut exalteris a deo. q̄ exaltari a mũdo ut iudiceris a deo. Ille.n.crucifig't ad uitã. hic exaltat ad gloriã: ille exaltat ad casum: hic iudicat ad gehenã. Denique si tibi mũdus applaudit fieri uix potest ut uirtus quæ tota sursum erecta solum deum debet habere cui placeat blãdiẽti se paulisper hominũ gratiæ nõ inclinet: & si de sua ẽt integritate nõ perdit/perdit ta/ mẽ de p̄mio/q̃d cũ in terris incipit p'solui ubi oĩa sunt exigua/minus erit ĩ cœlo ubi oĩa sũt ĩmẽsa. Fœlices cõtumeliæ q̄ nos tutos reddũt ne aut iustitiæ flos pestifero inanis gloriæ flatu marcescat/aut popularis rumusculi uano auctoram̃to æternita tis stipendia nobis imminuantur. Amplectamur fili has contumelias/& de sola ignominia crucis domini fideles serui sanctissima ambitione superbiamus. Prædi/ camus inquit Paulus xp̃m crucifixũ hebreis q dẽ scandalũ/gẽtibus stultitiã/nobis autẽ dei uirtutẽ & sapiẽtiã. Sapiẽtia ista mũdi stultitia ẽ ap̄ deũ/& stultitia chri/ sti illa ẽ quæ sapiẽtiã uicit mũdi p quã placuit deo saluos facere credẽtes: si ĩsanos eos esse non dubitas qui uirtuti detrahunt tuæ/& christianam uitã/hoc ẽ sapiẽtiã insaniã uocant: cogita quãta tua eẽt insania/de insanorum iudicio a rectæ uitæ in stituto dimoueri: cũ error oĩs emendatione tollendus/nõ imitatiõe augẽdus sit:

hiniant illi/baubentur/allatrent/tu ceptum perge iter intrepidus: & de illorum nequitia atq; miseria quantum ipse debeas Deo perpende. Qui sedētem in umbra mortis illuminauit/& de illorum cætu translatum qui ī densissimis tenebris deuii huc illuc sine duce bacchātur/filiis lucis associauit. Sonet uox illa domini suauissima in auribus tuis semp: sine mortuos sepellire mortuos suos/tu me sequere. Mortui enim sunt qui Deo non uiuunt/& in hoc temporariæ mortis spatio/laboriosissime sibi æternam mortem acquirunt. A quibus si petas quo tendāt quo sua studia opera curas referant: quem deniq; finem sibi præstituerint in cuius adeptione fœlices futuri sint/aut nihil omnino habebunt quod respondeant/aut pugnantia secū controuersaq; sibi ipsis uerba uelut phanaticorum deliramenta loquentur. Neque enim sciunt ipsimet quid agant/sed more eorum qui fluminibus innatant/male īportatæ consuetudinis ui/quasi torrentis impetu feruntur: & hinc cecante eos nequitia/unde ad malum Sathana extimulante ruunt præcipites in omne facinus cœci duces cœcorum/donec improuisa eos occupet mors/& dicatur eis: Amice hac nocte repetent animam tuam a te/hæc autem quæ parasti cuius erunt. Tunc his inuident quos despexerunt/laudant quos deriserunt: & imitari eos uellent cū non possunt/quos dum poterant Sequi/persequi maluerunt. Obde igitur fili Carissime auribus ceras/& quicquid dixerint/quicquid senserint homines de te pro nihilo habens solum iudicium Dei specta/qui reddet unicuiq; secundum opera sua/in reuelatione sua de cælo cum angelis uirtutis suæ/in flāma ignis faciens uindictam in eos qui non nouerunt Deum/nec paruerunt euangelio eius. Qui pœnas(ut ait apostolus)dabūt in interitu æternas a facie domini & a gloria uirtutis eius cū uenerit glorificari in sanctis suis/& admirabilis fieri in oibus qui crediderunt. Scriptum est/nolite timere qui corpus possunt occidere; Sed qui animam potest mittere in gehēnam. Quanto minus hi tibi timendi sunt qui nec corpori tuo possunt nocere/nec animæ: qui si nūc tibi detrahunt ex ratione uiuenti/nihil detrahent minus si relicta uirtute uitiis obruaris: non quia illis uitium displicet/sed quia detrahendi uitium illis semper placet. fuge si tua salus tibi est cordi: fuge quantum potes eorum consuetudinem/& ad te ipsum rediens sæpe in abscondito ora demētissimum patrem clamans cum propheta. Ad te domine leuaui animam meam Deus meus in te confido non erubescam/etiam si irrideant me inimici mei/& enim uniuersi qui sperant in te non confundentur. confundantur iniqua agentes superuacue/uias tuas domine demonstra mihi/& semitas tuas edoce me/dirige me in ueritate tua/& doce me/qa tu es Deus Saluator meus/& in te sperabo tota die. fac item cogites semper instantem mortem: & punctū. s. esse quod uiuimus & adhuc puncto minus: tum q̄ sit malus antiquus hostis qui nobis regna mundi promittit/ut nobis regna cælorum eripiat/q̄ falsæ uoluptates quæ ideo nos amplectuntur ut strāgulent/q̄ dolosi honores qui nos sublimant/ut deinde precipitent/q̄ lætales diuitiæ/quæ quanto nos magis pascunt tanto magis uenenant: q̄ breue incertum/umbratile/falsum/imaginarium est omne illud quod hæc omnia simul

etiam si ex uoto affluant nobis/præstare possunt: q̄ magna his & promissa & parata sunt q contemptis presentibus illam suspirant patriam/cuius rex diuinitas/cuius lex charitas/cuius modus æternitas: his atq; similibus cogitationibus animũ occupa quæ suscitēt dormientem/tepescentem accendant/uacillantē cõfirment/& tēdenti ad cœlũ diuini amoris alas exhibeant: ut cum ad nos ueneris/quod magno omnes desiderio expectamus/non solum quem uolumus/Sed & qualē uolumus te uideamus. Vale. & deum ama/quem timere olim cæpisti. Bigus te salutat. Ferra. ii. Iulii. Mccccxxxxii.

Ioannis Pici Miran. Deprecatoria ad Deum.

Al me deus/summa qui maiestate uerendus
Vere unum in triplici numine numen habes
Cui super excelsi flāmntia mœnia mundi
Angelici seruit turba beata chori.
Cuius & īmensum hoc/oculis spectabile nostris
Omnipotens quondam dextra creauit opus:
Ethera qui torques qui nutu dirigis orbem/
Cuius ab imperio fulmina missa cadunt:
Parce precor miseris nostras precor ablue sordes/
Ne nos iusta tui pæna furoris agat.
Quod si nostra pari pensentur debita lance
Et sit iudicii norma seuera tui/
Quis queat horrendum uiuentis ferre flagellũ
Vindicis: & plagas sustinuisse graues:
Non ipsa iratæ restabit Machina dextræ
Machina supremo non peritura die.
Quæ mens nõ primæ dānata ab origene culpe?
Aut quæ non proprio crimine facta nocens?
At certe ille ipse es proprium cui parcere semper
Iustitiamq; pari qui pietate tenes:
Præmia qui ut meritis longe maiora rependis/
Supplicia admissis. sic leuiora malis.
Nāq; tua est nostris maior clementia culpis/
Et dare non dignis res mage digna deo est.
Quāq̄ sat digni: si quos dignatur amare
Qui quos non dignos inuenit/ipse facit
Ergo tuos/placido miserans precor aspice uultu
Seu seruos mauis/seu magis esse reos:
Nempe reos/nostræ si spectes crimina uitæ

Ingratæ nimium crimina mentis opus:
At tua si potius in nobis munera cernas,
Munera precipuis nobilitata bonis
Nos sumus ipsa olim tibi quos natura ministros
Mox fecit natos gratia sancta tuos.
Sed præmit(heu)miseros tãtæ indulgẽtia sortis:
Quos fecit natos gratia, culpa reos.
Culpa reos fecit, sed uincat gratia culpam,
Vt tuus in nostro crimine crescat honor:
Nam tua siue aliter sapientia, siue potestas
Nota suas mundo prodere possit opes,
Maior in erratis bonitatis gloria nostris
Illeq; præcunctis fulget amandus amor:
Qui potuit celo dominum deducere ab alto,
Inq; crucem summi tollere membra dei:
Vt male contractas patrio de semine sordes
Ablueret lateris sanguis & unda tui
Sic amor & pietas tua rex mitissime, tantis
Dat mala materiam suppeditare bonis.
O amor o pietas nostris bene prouida rebus
O bonitas serui facta ministra tui
O amor o pietas nostris male cognita seclis
O bonitas nostris nunc prope uicta malis:
Da precor huic tanto, qui semper feruet, amori
Ardorem in nostris cordibus esse parem:
Da sathanæ imperium, cui tot seruisse per annos
Pœnitet, excusso deposuisse iugo.
Da precor, extingui uesane incendia mentis,
Et tuus in nostro pectore uiuat amor:
Vt cum mortalis perfunctus munere uitæ
Ductus erit dominum spiritus ante suum,
Promissi regni fælici sorte potitus
Non dominum, Sed te sentiat esse patrem.

FINIS

Varia teſtimonia uitæ/doctrinæ & commentationum Ioannis pici Miran. Variis ex locis collecta: multis tamen horum celebratiſſimorũ uirorum/tum aliorum pretermiſſis.

Epiſtolæ duæ fratris Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ theologi doctiſſimi & eloquẽtiſſimi. ad Io. Franciſcum Picum Miran. Concordiæ comitem &c. de morte Io. pici eius patrui.

Lluſtris dominẽ. Nuꝑ audita morte Io. pici auũculi tui uiri clariſſimi atqꝫ doctiſſimi/ſic aĩo conſternatus ſum: ut neqꝫ pes neqꝫ mens ſatis ſuo fungeretur officio. Parum abſuit quin & de deo/& de natura: ſim conqueſtus: ꝗ tantum lumen e mundo tam cito ſuſtulerint tantum Italiæ ornamuntum: tantam ætatis noſtræ gloriã quaſi terrenæ rei pu. bonis inuideant/nulla habita noſtri ratione: ſucciderint. ſucciderint inꝗ̃ dum creſceret: dum floreret: dum copioſiſſima ingenii ſui fertilitate paſceret uniuerſos. Sed recordatus ſententiæ Pauli qua inquit iudicia dei abiſſus multa: continui me/ne male de deo/& de operibus eius impia temeritate/ſentirẽ. In occaſu uiri huius paſſa ſunt magnam eclypſim ſtudia litterarum: ſcientia rerum: integritas morum: erat enim (ut ſcis) In patruo tuo ſic uitæ ſanctimoniæ coniuncta linguarũ eruditio: & humanarum diuinarumqꝫ rerum cognitio: ut in uno eodemqꝫ homine uiderer uidere Hieronymum/& Auguſtinum reuixiſſe. Atqꝫ utinam opus illud de concordia Platonis & Ariſtotelis anteꝗ̃ decederet: abſoluiſſet. Pollicebatur enim titulus eius omnem antiquorum philoſophiam/& reconditiſſimarum/ac ſcitu digniſſimarum rerum apertionẽ. Omnia eius opuſcula: que abſoluit: que etiã imperfecta reliquit: ſunt omni ſtudio & diligentia conquirenda: nam cum a tanta ingenii fœlicitate profluxerint: non poſſunt/non eſſe digniſſima: quæ ab omni poſteritate: legantur: amentur: & adorentur. ad quod officium te prouocarem: niſi te ſic perſuaſum & animatum ſatis crederem. Deerat hoc familiæ tuæ decus immortale: ut apud nobilitatem antiquiſſimam: diuitiarum & opum affluentiam: rei militaris gloriam: collocaretur etiam excellentia tantæ ſapientiæ: ut omnia que apud mortales/ſumma laude digna ſunt in unam domum tuam confluerent. Te uero Io. Franciſce ſumma ope niti decet: ut patrui tui uirtutem hereditate poſſideas: & ut ſpiritus eius in te duplicetur: ſicut heliæ ſpiritus in heliſeo: hoc a te expectamus: hoc requirimus. cum eius opuſcula collegeris: precor: ut me quoqꝫ participem reddas: & erit mihi operepreciũ/iſtuc tantæ uoluptatis gratia me cõferre cũ ſciero. Diſticũ in laudẽ eius ex tẽpore factũ ꝗ̃ꝗ̃ nõ placeat: tam̃ ſubiiciã. Vale princeps optime & me ama. Mãtuæ die. xxvii. Nouẽbris. Mcccclxxxxiiii.

Picus Ioannes/cœlos: elemẽta: deũqꝫ
Doctus: adhuc iuuenis ſanctificatus obit.

· 49 ·

i Llustris comes Io. Francisce dilatio honestissima tuae responsionis credi fecerat / litteras meas in uia perisse: & dum propterea nouas ad te date statuerem: iamq; incoepissem eas exarare: superuenerunt tuae desidera/tissimae: ornatissimae: iocūdatissimae. Nocte insequuta. credo ex eo q̄ die cogitaue ram dormienti mihi sub auroram tempore quo cerni somnia uera solent uisa ē ima go patrui tui iam uita functi superuenire: & mecum multa de angelorum natura: de spirituum aeriorum / ac terrestrium: aquaticorum etiā speciebus: nominibus: officiis: cum summa utriusq; nostrum uoluptate discerere. Et cum eum interrogas sem cur balbus esset (balbus enim uidebatur) id signum esse respōdit imperfecti & inabsoluti sermonis: quem de rerum natura / & de philosophia iā dudum incoha/rat. Videbar accensus desiderio percuntandi de rebus occultis plurima: quae nobis mortalibus mirabilia sunt / & ignota: & nescio quo pacto id primum occurrit quid s. amuleta prodessent infantibus: & corallia: & id genus alia: quae infantulorū col/lo alligantur. respondit in his aliquando aliquid uirtutis inesse: & hoc ad magiam naturalem pertinere. sed ut plurimum damnatas consuetudines / & superstitiones eē. his dictis euanuit. & ego expergefactus diu multūq; cogitaui: quae colloquuti fueramus in somnis: quia non inania esse sed pensi aliqd habere uidebantur. Scri bo autem hoc non q̄ insomniis ullam fidem adhibeam: id enim est & a professio/ne mea / & a natura alienum: sed quia non satis mirari possum quo nam pacto fiat ut dormientes disputent: doceant: discant: & a plerūq; faciant: que a uigilantibus fieri sit impossibile / uel certe difficile habēt certe nescio quid diuinitatis animae no strae. & si sancte ac pie uixerimus / nec tot negociorum ambagibus circūagerentur animi nostri: haberent nobiscum spiritus separati magna cōmertia. Sed de his ha ctenus. Quod uelis / ut scribis / patrui tui uitam conscribere & laudo / & ut maturi us id agas hortor / & obsecro: id enim officii tibi maxime congruit: & tibi pluribus de causis est assumendū: nam & stilo / & eloquētia plurimum uales. quod est na/turae & industriae / & dei donum singulare. Item q̄ gentilis eius sis: & tam mirabili uiro arctissima cognatione propinquus. quo fit ut eius gloriae nō esse particeps nō possis. Nec ullo modo pati debes ut clarissima familia tua: qcq̄ tanti ornamenti ac splendoris amittat. Accedit ad haec q̄ nulli magis q̄ tibi nota esse debet eius uita: quam tibi iampridem imitandam proposueras: & quidem sapientissime: erat enim egregium quoddam sanctimoniae & religionis exemplar. In quo totius sapi/entiae lumen apparebat. Dicam ergo tibi quod christus dixit apostolis. colligite fra gmenta ne pereant. & id tanto studiosius agendum quanto nobis: qui superstites sumus & fururae posteritati magis est profuturum. Proculdubio & si uideo magis ei gratulandum q postq̄ tam breui nauigatione tantū spiritualiū opū cōgessit / tā foeliciter in portum peruenit: non possum tamen de tanti uiri iactura tecum nō do lere: Mors Georgii merulae primum condiscipuli: postea preceptoris mei (nam sub Gregorio Tiphernate cōmilitauimus) tristitia me affecit: sed erat ille iā grādeuus & senio ingrauescente iam inutilis & functus officio. Hermolai & Politiani duorū

illuſtriũ uiroꝶ lamẽtabilis occaſus/attulit & mihi/& oibus litteratis graue cordoliũ ſed altius hoc uulnus inſedit: & lõge maiorẽ i Pico noſtro iacturã paſſa ẽ res litteraria. Eloquẽtiæ cãpi lugent: mathematicaꝶ artiũ ſtudia cõciderunt. Philoſophia oĩs/ac methaphiſices & theologiæ altiſſimæ ſpeculatiões: quas ille amplificare/ac illuſtrare iã cepat: deinceps obmuteſcent. Sed parco iã: ne dolori iuſto plus indulgeã. Curãdũ magis ẽ ut ei & ſciẽtiaꝶ ſtudiis ac exerciciis/& moꝶ ĩtegritate/ac religione ſimiles euadamus/& pari cũ eo negociatiõe ditati: ꝑueniamus olim quo ille iã ꝑueniſſe ſe gaudet. Quã primũ potero ueniã: ut diuini eius ingenii reliqas immortales: quæ apud te ſũt/uideam/& adorẽ. Interea ſcribendæ eius uitæ da operã & me ama. beneualeat. D. tua: cui me cõmẽdo: Mãtuæ die. iii. Ia. Mccccxcv.

Frater Baptiſta Mant. Carmelita.

Epiſtolæ quinq; Hermolai barbari uiri celeberrimi patriarchæ aquileienſis.

50

Hermolaus barbarus Io. pico Mirandulano. S. D.

t V uero Pice adeo nihil mihi debes: aut ſilẽtii: aut officii alicuius erga te mei noĩe: ut mihi littere tue magno ẽt rubori fuerint: qui neglıgẽtiã meã ꝓ tua deprecaris ap̄ me: cũ utrũq; a nobis ap̄ te prius quacũq; mercede redimi debuerit: hæc ingenii tui bonitas/candor æquitas: Agnoſcis alienã culpã cũ aut uitare aut ptiri certe poſſis: ĩ mutuo crimine ſollicitus es: q & antecategoria & cã ẽt meliore ſecurus eẽ poteras: aut reus ẽ uterq; aut nõ tu. Alioqn iã qđ ad te attinet purgaſti. Reliquũ ẽ ut & ipe ſatiſſaciã. Sed qd a me ad te potiſſimũ ſcribi pt? ĩhortabor ut lr̃as amare pgas ĩ qbus es eminẽtiſſimus. monebo ut uirtuti & bonis moribus dedare/ĩ qbus tm̃ ꝓfeciſti/ut difficile cognitu ſit. utri philoſophiæ parti maiorẽ opam ĩpenderis. ei quæ ſpectatiuas & ĩſtrumẽta cõtinet/an ei q̇ dogmaticẽ paraneticenq; cõplectitur: oĩo ſũmũ & hũano captu maius eſt: qđ tu aut genio aut certe opifici tuo debes tã tenera ætate cõſequutus qđ extrema ſenectute ĩpudẽtiſſimũ ſit optare. Nõ ſunt hæc Pice tua: naturæ ſũt: dei ſunt: q̄q̄ ſi aliqd tuum ẽ hæc maxime tua ſunt. Vide quantum minus tua dici poſſunt: nobilitas fortune: ualitudo: forma: quibus bonis tam nulli cedis/q̄ nec illis: quæ magis tua ſunt. huc te hortor conuerte: hoc diu & noctu uolue/quantum nomen ei ſis qui te uſq; adeo ditauit ut nec ſoluendo nec exputando ſis unq̄ futurus: que poſſides. Cogita quantum poſſit: qui te iſta poſſe uoluit: quantum amet: qui te de tam multis milibus ſibi legit: qui ſenes puer fere uinceres quique nundum ephæbus eruditorum hominum coronas in admirationem doctrinæ tuæ uerteres. niſi hoc uides/niſi eſtimas/iam nunc affirmo tibi & libera uoce prædico/te non tantum eſſe quantum es. Immenſum & infinitum eſt quod mihi de te pridem ſpopondi/& ſpondeo: ſed opinionem preſumptam nec oratio: nec predicatio conſequitur: facio ego ut ſolent: qui

quanto plus aliquem miratur/& explicare uolunt quod sentiunt: eo minus id asse
quuntur/quod uolunt. ut q̄q̄ magnum aliquid animo concipiunt: uerba tamen
desint/& moliri potius q̄ dicere potuisse uideantur. Proinde tu ne hæc ausculta: q̄
nec de te scribo forasq; promo: sed illa potius intellige: quæ intus de te solus & taci
tus loquor tanto hercule maiora quanto cogitatio sermone/hoc est. Marsilium sa
luta & Saluiatum tuum. De Politiano nihil opus ē labores: quia breui (ut audio)
mecum erit. quo nihil mihi poterat in hac legatione tota iocūdius accidere. biblio
thecam istic in dies maiorem & ornatiorem instrui/tam gaudeo ut nihil supra: de
bent Florentinis litteræ: et inter Florentinos medicibus/& īter medices Laurētio:
qui gentilicium hoc familiæ suæ decus/non minori cura fouet/q̄ rem publicam cu
ius administrandæ constituendæque ius habet. Vale Mediolanum Kalendis Ia/
nuarii. Mcccclxxxvii.

Hermolaus barbarus Roberto saluiato. S. D.

Si s Alleris Saluiate si qd aliud p̄ter occupatiōes meas suspicaris fuisse: quā
obrem tibi nūdum responderim: uulgaris hec & iactata silentii redēptio:
Sed me hercule tam uera ut nisi tu eam probes/de meo ī te amore: fide:
studio male meritus eē uidearis. gratissime mihi semper litteræ tuæ oēs: sed illæ su
pra modum: in quibus mirandulani mei nomen atque mētio. nihil est uno eo mi
rius in litteris: nemo quem laudari ornari in cælum tolli malim. nemo a cuius p̄di
catione digredi minus possim: in quo sum fortasse: nulli tamen esse uideor intem/
perans: tam multa in eo laus: tam nulla fini ut iam & ambitioni & assentationi lo
cus desit. Apologiam eius legi: & in ea me/quid ille mihi tantum tribuit tam pa/
rum merenti? cur ordinario testi ne dicam Gregorio tam honorifica prefatione de
nuntiat? Illo presertim opere quo nihil subtilius: uehementius: acutius: de quo ta
men satius est iudicium meum: differam tantisper dum plane totū perlego. Quā
autem rescire cupis quid agam: ecquid aliud possum dicere q̄ studeo: publica q
dem curatio: non nihil instātiæ ille meæ detrahit īmo studiis nō instātiæ. insto. n.
acrius & pensum exigo acerbius: ꝙ mihi his maior abstulit assiduitate sartio quan
to mihi negotiorum plus accessit: tanto auiditatis & alacritatis plus incussit. Itaq;
ferias illas omnes quas ualitudini priuatus homo dabam in publica distribuo: ita
que mihi ex una causa deperit ac decedit alia rōne corrogo. Credo alias ad te scri/
psisse/aut dixisse tibi: qui ex me audierint instrumentum Aristotelis ita enim lo/
gicen peripatetici fere appellant: itemque libros octo de auscultatione physica: &
tris eius rectoricos in latinum a me pridem conuersos esse Dioscorides iam perfe/
ctus est/manus ei: nunc a me summa imponitur: parata filiæ dos est: propediem
locabitur. Tum leuatus onere Aristotelem aggrediar totus totum: qui nisi alio
me deus aduocet: ab dioscoridis edictione biennio fere prodibit absolutus utiq; in
logicis: & cum eo commentarii: quos ī posteriores analiticos iam perfecimus. post

emissa hæc inibo naturalia & diuina: Itē Rhetorica & Poetica ptim commtationibus ptim annotatiōibus oīa eius philosophi uolūina p uirili mea īstruēs. Sūt.n. & in problematis & in animalium historiis/nonnulla: quæ claritatem lucemq; desiderant/ea cursim & breuis annotamenti lumine preterfluam paratus: Nihil preterea nouum aggredi tota uita: et enim comprimenda mihi est auiditas/immo improbitas hec ingenii nedum rectibile ac fertile haberi se uult.i.operosum & ambitiosum esse uideatur quotidie uerius experior q̄ dici solet paria esse amplecti omnia & nihil. Vale Mediolani.xii.Kal.Nouembris.Mcccclxxxviii.

Hermolaus barbarus Ioanni pico.S.D.

e Xameron tuū nudius tertius ad nos saluiati opera delatum ita auide legi: ut prima statim die/nec tota sine interspiratiōe totum hauserim. Tria in me in eo mirifice delectant: primum q oratio tua docet/& mouet: id quod & in sacris litteris ueteres theologos: & in philosophia etiam naturali pythagoricos & platonicos obseruasse constat recentioribus in docendo tantum sudantibus: alterum qd in tanta rerum copia/& impunitate diripiendi/tam castas & innocentes manus habes: aut in hoc scribēndi genere: te ipsum non aliū sequutus esse uideare: atq; hoc iam nec cum ueteribus/nec cum neotericis comune: sed tibi peculiare atq; tuum est: in quo quidem (sensum tibi meum aperiam) ita sum affectus: ut quoniam hæc priores illi non dixerunt quæ tu dixisti nihil fere dixisse mihi uideantur. Tertium q uideo te non tam Aristotelis q̄ Platonis/& sectarū eius sacris iniciatum: plenos inde haustus in hanc lucubrationem contulisse omitto q̄ multa ex Plotino egregia/q̄ cursim & eleganter attigeris: ut qcquid fere quatuor eius & qnquaginta uolumina in sex nouenarios a porphirio digesta cōtinent non plus legisse q̄ edidicisse uidearis. Nec illud p̄terire possum: q inter nouos & ueteres theologos ita medium te geris: ut nec illorum simplicem maiestatē oderis: Nec horum ambitiosa subtilitate rapiaris. Ita fit ut dum alteros imitari uis alteros potes: utriusq; generis optima decerpseris: id qd in ip̄a quoq; dauidici poematis enarratiōe factu℞ te spamus. Vale. Venetiis pridie nonas Septē. Mcccclxxxix.

Hermolaus barbarus Io.pico Mirandulē.S.D.

s Alue humanissime Mirandula. Ego uero de te tam libenter ubique predico ut nihil maiore uoluptate faciam: non solum quia nihil (ut inquit Plato) iocundius auditur q̄ ueritas. Sed etiā quia ut palemo inquit multo est dicere q̄ audire uera iocundius. Accidit q labore nullo/ut est apud Eschilū Menandrum/& Euripidem/sæpe etiam non quesita ueritas prodit: inuitissimo etiam plerumque homini exprimitur/nullis questionibus sed sua tantum ui.hæc

est tirannis illa: quam tu candorem tuum sequutus humanitatem et bonitatem interpretaris: & Hercule tu iam tantus es ut qui te non laudat: iudicio & existimationi suæ detrahat: rem suam agunt: rationibus suis consulunt: suam famam redimunt: qui fauent & cupiunt tuæ. Multa sunt in diario tuo nomina que tu nescis tibi creditores tui debent: Multi consilium Prodici sequuntur: Dant ut accipiant: manus manū scabit ut Epicharmus recinit: quanto sane creditoribus .i. laudatoribus tuis minus debes: tanto plus tibi: qui eos uelint nolint creditores facis tuos. o inauditum genus æris alieni/creditores esse non esse debitorem. Sed occupatior sum/q̄ ut tecum diutius lusitare possim. At tu quam solutus es/dii boni ut quéq̄ patiare feriantem. hactenus obsecro me tuleris longiorem iocum aliquem. ut admittas non postulo: oscitaciunculam breuem postulo. Vale cum Politiano meo. Rome idibus augusti. Mccccl xxxx.

Hermolaus barbarus orator uenetus/Patriarcha Aquileiēsis. Io. pico Salutē. D.

54. b Ene est: bene conuenit: qui multum amas/multum ut mihi pontificatum Aquileiensem congratuleris/multo etiam maiora mihi tribuas/& omineris: q̄ aut possim optare: si sim cupidissimus/aut promereri/si modestissimus. Scio pietatem tuam erga me: uideo quanti me facias. Agnosco uim amoris tui/nihil habeo compertius: utinam aliquādo sit ut mihi tecum uiuere de natura: de deo: de sanctis moribus philosophari liceat: quantum hoc cupiā: quantum secundis meis rebus accessionis factum iri iudicē/si hoc eueniat: nec possum exprimere: nec si possim hoc utiq; loco uelim. obsecro si me unq̄ beniuolentia tua dignum existimasti/eodem numero/& loco etiam meliore si fieri potest apud te censear. Hermolaus & sacerdos ut quem paganum seculi delexeris militem christi factum arctius colas & cariorem habeas. Ego te & clarissimas uirtutes tuas/tā possum non predicare/non admirari/non tollere/q̄ tu non augere. si assentior aut mentior tibi hoc est doctis omnibus sim contemptui: tenuit me pridem super te rebusque tuis.
Nunc stupor & ectasis scientiæ: patiēter hec leges nec exaltatum erit cor tuum nec elatos habebis oculos cur enim tibi placeas: qui noueris hec bona: que possides nō tua: nec de peculio tuo esse: sed profectitia & dominica ignosce. Rapuit & euexit me transuersum ueritatis aquilo & caritatis fauonius. Vale. Rome pridie Kalendas Apriles. Mccccl xxxxi.

Fpistola fratris Baptistæ Carmelite Io. Francisco Pico.

55. i Llustris comes ac domine Patrui tui uiri doctissimi/ac eloquētissimi apologiam/uel magis apollogiæ prologum legi: tanta animi uoluptate: quāta ueritate subnixa est: quanta luculentia splendet: quanto amore/ac re-

uerentia eius auctorem semper prosequutus sum. Sed eam legendo dum cupio se dare sitim: sitis altera creuit: desiderium scilicet uidendi reliquum. quod cum tuæ dignationis munere consequutus ero magnam felicitatis partem adeptum me putabo. Supergressus ē patruus tuus Io. picus iudicio meo omnis ætatis nostræ philosophos his potissimum rationibus: ꝙ aliis in Aristotelis & peripateticorum tantum dogmatibus euum consumentibus: ipse herculea audatia omnium philosophorum sectas ac familias ueteres ac nouas miro ingenii uigore scrutatus est. & ꝙ neotericis nullum orationis florem sequētibus ipse ita philosophiam cum eloquentia coniunxit: ut antiquam & ueram academiam instaurasse dici possit: quæ tanto maiore admiratione digna sunt: quāto celeriore studio & paucioribus annis ad tantam uirtutis & gloriæ sublimitatem ascendit. nec uidetur scientiam ut ceteri labore ac studio multisq; lucubratiōibus quesiuisse: sed totam simul casu reppterisse: ut his accidere solet: quibus longe aliud agentibus ex insperato thesaurus occurrit. Felix ergo tanto alumno tua familia. felix nostra ætas tāto uiri huius illustrata splēdore. Vale princeps dignissime & memento quantum te niti oporteat: ut patrui habearis dignus imitator. odio habeo ista locorum interualla. cupio enim tecum esse. ut possemus studiorum tu meorum & ego tuorum particeps esse. Iterum bene uale & deum time. Mantuæ die. xxix. octobris. Mcccclxxxxiiii.

Frater Baptista. mantuanus carmelita.

Matheus ueronensis canonicus regula. Roberto saluiato. S.D.

i Nterpretatio sex dierum: quibus deus condidit omnia Ioannis nostri mirandulæ: quam dono mihi misisti: ab illo Heptaplus inscripta atq; notata & si plane huiusmodi sit ut ab legente & pcurri simul & intelligi haud facile queat: ita me tamen initium operis incendit & traxit ut cupidus finis anhelum nusquā spiritum retinens: illud non tam degustauerim: q̃ certe uorauerim ruminandum per moram acriori deniq; studio & longiore lucerna. Visus est mihi Ioannes hic noster non modo philosophiam omnem & quicquid naturæ legibus cōtinetur callere ac bene sapere: sed super humana etiam sese attollere: peruolar sublimia: & arcana misteria sacramentaq; cælestia ad mysticos sensus allegoriasq; flexisse: quæ nostri temporis: q sapientes habentur & eruditi: uix aut notāt aut protsus intentata pretereunt: difficillima atq; celestia hic enucleat: & quantum res patitur: sole splendidius aperit: patefacit: illustrat: & quod mirabile ē iuuenis adhuc & in seculo agens apud dyonisios: hilarios: damascenos: aurelios: ambrosios: hieronymos & priscos huiusmodi reliquos sanctissimos: & rarissimos uiros se proxime iungit: quem omnis sit admiratura posteritas: cum liuor quieuerit & auctoritatem dies lenta præscripserit. Quod supreme Deus daturum illum arbitremur

ſi par animo ei uita contigerit: qui prima barba qđ in Origene atq; Hieronymo ob ſtupeſcit antiquitas: latinis litteris / grecis eque eruditiſſimus iam ſit: hebreaq; nec ignoret: etiam in ſacris preterea tantum equidem poſſit quantum uix credibile eſt quem͞q alium poſſe: uerum quid deliciarum expectamus ī proximum de pſalmis carminibuſq; Dauid quæ tractat iampridem interpretatur / & explicat / rimatus in finito labore: quid latini omnes greci: hebreiq; ſuper iis ſcriptum reliquere: ad qđ negotium perficiendum letor meo hoc tempore noſtro in feſulano cenobio ocium ſibi delegerit: quem plane & uidere / & audire felicitas eſt: habeo itaq; tibi mi Ro. gratias quantas ſane poſſum: qui imprimis opus tam diligenter & emendate cura ueris imprimi: quod ad cōmunem utilitatem & generoſi tui animi laudē ſpectat ſubinde ꝙ me protinus illo donaris: in quo ut gratus tibi ſi quo modo poſſum ui/ dear en noſtrum aliquid accipe: quod uiciſſim legas / & forte deguſtes: ceterum ua le / & felix in Chriſto age. ex abbatia feſulana.

Ex epiſtola Hermolai barbari ad Io. picum.

57

o Preclare & plane diuinum ingenium tuum pice: qui cum optima ſint ea quæ tu ſcribiſ / ita tamen exprimas & effingas aliena quæ ſunt peſſima ut uideantur eē tua: quæ ſunt optima: nam demittere ſe ac deſcendere plu/ ris eſſe deputo: q̄ in ardua conari. ut enim ſit hoc honeſtius illud certe laborioſius & opere maioris. proinde ſiue tu / talia credis eſſe noſtra: quibus imitandis operā impendas: ſiue hoc agis demerendi mei cā: utroq; modo tibi plurimum debeo: re/ laturus aliquando gratiam: nolo dicere cum potero (nunquā enim potero) ſed cū tu ipſe uel tui poſſe me putabis. Tāta enim eſt familiæ totius ueſtræ bonitas & hu/ manitas ut beneficium: qđ non eſt: Imputare pro beneficio ſoleatiſ. Quamobrem ex uſu meo fecero ſi uobis & modum & tempus repoſcendæ gratiæ reliquero ut in expunctione rationum paralogiſmus omnis & impoſtura non a me ſed a uobis to ta proficiſcatur. Quæ uero de ratione ſtudiorum tuorum ſite ſcripſiſti & cōmuni/ canda mecum eē uoluiſti maxima uoluptate nos affecerūt. Gratulatus ſum huic ſeculo uirum tanta doctrina ut nihil fere neſciat: tāta cura ut nihil omnino ſcire ui/ deatur; uideo te poetam egregium. oratorem eminentiſſimū. Animaduerto te phi loſophum prius ariſtotelicum: nunc & platonicum eſſe factum. uideo litteras gre/ cas: quæ in te ſole deſiderari poterant. & ſine quibus nihil eras futurus non didiciſ/ ſe modo ſed habuiſſe. idque facilitate tanta celeritateq; ut litteras grecas ignoraſſe aliquando te neque tu memineris neque perſuadere poſſis alios: id quod de Hie/ ronymo donato meo / non plus libenter q̄ uere predico. Hortarer te ad has litteras uti eas tā plane familiariter q̄ latinas teneres ſed non indiges calcaribus & reliqua.

Ex alia eiusdem ad eundem.

n Am cum ipse in quodã litterarum ad te mentis angulo quasi aliud agens & ĩ trãscursu philosophos æui nostri barbaros insectatus eẽm quibus te quoq; insensum esse factũ & nunciũ remisisse scribere. occasione hinc abrepta litem & controuersiã ueterẽ inter nos & illo de genere dicendi philosophorũ multis milibus uersuum cõprehensam & explicatam: opus elegans eruditum / elaboratũ: ad nos misisti: perfectũ celeritate tanta ut nisi: q opes ingenii tui pspectissimas habebã crediturus fuerĩ paratũ fuisse tibi pridem hoc argumẽtũ: ut ad primã quãq; occasionem proferre posses. sed ut ea mihi res & festiuior & iucũdior eueniret: homo lepidissimus / humanissimus latinissimus: barbarus contra barbarum defendis: ut hostis pro hoste. socius cõtra socium ipse contra te ipsum stare patrocinariq; simulares. & reliqua

Ex eadem. paulopost inferius.

m Odo si quis est illo grege: q possit ea cape: quæ dixisti tanto cultu ꝑdita tot luminibus tot emblematis oculos adeuntiũ stringentia. Adde tot sententias prurientes / tã multas historias & exẽpla remotioris doctrinæ qua si flosculos & oĩo uolebã dicere ad quæ si q sũt ex illis paulominus asini auriculas tantũ mouẽt ceteri diffugiunt / respuunt detestantur & reliqua.

f Alue accepi librũ Pici de septẽ dieꝝ enarratiõe: cuius item exẽplar nõ pridem ad me miserat Iaco. uolateranus sũmi pont. nũcius. Percurri opus quoad licuit / inter estum & puluerẽ. Digna diuino & admirabili ĩgenio foetura sane seges & materia operis tumultuariã & ad presens cõparatã sñiam nõ exposcit. Sed simul dici põt Picum doctissimũ eloquentis. & christianis. omnia in ea etate assequutum esse fere prodigium est. Debeo tibi plurimum.

On me latet: neq; unq̃ dũ patauii uitã degeres latuit. Io. pice mirãdula: q̃ta eẽt ingenii tui ꝑstantia: q̃taq; facũditas qđ tu cũ pluribus rebus semper: tũ uel maxĩe hac tua eruditissima ĩ mosen ennarratiõe planius indicasti. Ea. n. ut de me ipse loq̃r oẽm meã opinionẽ: quã de te pridẽ cõcepam optimã nõ cõfirmasti mõ: uerũ ẽt mirũ ĩmodũ fouisti auxisti: & ad apicẽ quoq; euexisti. Profecto adeo sum hoc tuo in ope legendo delectatus: ut nihil aut ꝑstãtius aut dignius haberi posse existimẽ. qđ ab oĩbus sit aut legendũ aut audiẽdũ. Nã cum hoc tuo luculentissimo opere cõplura laude digna eẽ noscanẽ: quæ sũ cõiũcta mõ sed per se etiam singula plurimum ualerent. Illud in primis uidetur q ut diuinus non ut humanus ore (ut inquit ille) diuino es loquutus. Præterea eam tu sis adeptus in enarrando moseos enigmata facilitatem: quam Iesus Christus tibi uni bene / alioquin de eo merenti cõcessisse uidetur. Præterea nemini. nõ ignoro enim

hoc potius supra cælestis cuiuspiam naturæ esse munus q̄ inferiori ulla ui compara tum. si quidem non fieri posse humano ingenio quempiam per hos tuos: qui pau/ ci sunt annos/ tris linguas percurrere/ ne dicā qdē satis callere ut tu calles. Deinde eas ēt pernoscentē tam abstrusos tamq; reconditos sensus moseos/ soluere pariter et interpretari: demū nō inculte neq; barbare. Sed romano & latino sermone loq & scribere: q̄ aggressus es. Ita enim ut tu scripsisti: paucis quos equus amauit Iuppi/ ter/ scribere cōtingit. Quare te ut alteꝝ Hieronymū trium linguaꝝ pitissimū po/ steritas cōmendabit. Proinde tibi gratulor/ ꝙ nomen tuū æternū/ sempiternumq; reddidisti. Et. n. hac tua utilissima lucubratione tm̄ sint tibi debituri oēs litterarū studiosi ꝙ eam oībus legendā dedisti: quantū Platoni/ Aristotelique uniuersæque peripatheticoꝝ scholæ sese debere fatentur. Quorū in numero me ascribi uolo quā do quidem tui amātissimus/ tuique studiosissimus sim/ semperque etiam fuerim. Vale & me tuæ p̄stātiæ cōmēdo plurimū. xii. Kal. Octobris. Mccccxxxviiii. Venetiis

Tuus q̄ntus q̄ntus ē Sebastiāus priolus clarissimi Petri. S. marci ꝓcuratoris filius

Hieronymus Donatus Roberto saluiato. S.

160. P Rouocatus sum abste ī amore grādibus blādimētis paulo ante suauissi/ mo eptapli munere. Dein ꝓximis humanissimis & elegātissimis litteris tuis: utrūque p se satis eē potuit ad oēs amiciciæ numeros cōplectendos. Accessit eodē seraticus noster ī litteris & moribus tā ꝓbus/ q̄ elegans: cu ius ēt cā te nō sūmopere amare nō debeo. exquo quātū hūanitati tuæ debeā/ malo mihi cōscius esse/ q̄ ad te scribere. Pici erga me beniuolētia iā ante p̄specta uel in fi de testimonii tui gratiorē ap̄ me iudicaturā meretur. Scio quāti facere debeā ama ri & laudari ab eo hoīe ī quo doctrinaꝝ & moꝝ p̄cia cū sūma eui nostri gloria con senserūt. Illius Heptaplū admirari magis q̄ iudicare cōuenit. Id scribēdi genus me mire delectat: ꝙ nō aliūde uberiorē segetē uideo & doctrinæ & eruditiōis q̄ ex sa/ cris litteris. Sed ea audacia fœlix ē ī paucissimis īter quos picus meus. illū quātum potes meo noīe saluere iube/ uel hoc ipso mihi maxime carus sum: ꝙ eū uehemen/ ter amo. Tu Saluiate mi tm̄ tibi de me polliceberis: quātū p̄stari cōuenit ab hoīe amicissimo/ & beniuolētissimo: Vale Mediolani die. xxv. Octobris. Mccccxxxix.

Baptista guarinus doctissimo principi Ioanni pico Mirandulæ. S.

161. P Ictorius noster suo sibi celeriusculo gradu ꝓximis diebus tuū ad me mu nusculū attulit: hui qd dixi munusculū ob numeꝝ cartaꝝ: munus poti us maximū ob altā multiplicēq; sciētiā/ & facūdiā libelli tui. de quo qd attinet a me multa scribi cū oīum sētētiis: q sunt ī iudicū albo iā sit assequutus: ut nec laudatiōe crescat: nec uituperatiōe minuatur. finiā uno uerbo ex tuo (quando ita uis) preceptore factus sum tibi discipulus. Itaque caue alio posthac nomine me

appellassis.per nostri auditorii halcedonia perlegi omnia:relegiq; addidici multa: didici pleraq;:ego antea tam te amabam q̄ qui maxime. Nunc de hoc munere te plus etiam hoc est supra uires amo.& ingenium suspicio tuum. Ita fac mi pice.perge his monumentis:cum de reliquis litteratis:tum de sacræ philosophiæ studiosis quæ uera est germanaq; philosophia existimanda/bene mereri teq; eripere morsibus edacis equi:scito aūt expectari a te maxima:ut ab eo in quo excultā humanitatis elegātiā cū reconditiore q̄ ferant hæc tēpora philosophia cōiunctā intelligāt oēs. Si quid istic ē boni libelli qd̄ meoꝝ studioꝝ interesse arbitreris/meū quoque aīum eo cibo participa:Nosti huius urbis librariā inopiam nosti & meū stomachū iuuant noua magna tamē νεοπαλαια auiditatē exaturant:tenes que sint. Intelligenti pauca. Magno Laurentio Medici/si ulla dabitur occasiūcula.quod absque molestia tua fiat:me cōmēdes rogo.hoīs.n.in tāta fortuna & doctrina admiror et uirtutē tacitus ueneror. Vale decus musaꝝ.ferra.Kal.Nouēbris.Mcccclxxxviiii.

Christophorus landinus Roberto saluiato.S.

.62ª. q Vam gratū q̄q; iucūdū p̄clarissimū mihi tuū munus fuerit/ne altera q dē iliade satis ꝑ rei magnitudine exprimere posse cōfidā. Quid.n.aut a te:tū liberalissimo hoīe:tū doctissimo uiro cōueniētius proficisci:aut ad me litteraꝝ cupidissimū expectatius afferri potuit:q̄ pici nostri uiri ī oībus litteris ac doctrinis nostra ætate facile principis exacta illa in moseos genesim heptaplus: mirifice cōscripta.nā cū ap̄ infinitos pene hebreos/plurimos arabas/grecosq; ac latinos nō paucos docte/distincte/eloquēterque eā rē ita tractatā uideamus/ut ne uerbū qdē addi posse crederē:ipe tam̄ nouo pene argum̄to/uniuersā rē exordiens atque insolita eodē uia pueniēs/quæ tritissima iā & ap̄ oēs uulgata uiderētur:ita descripsit/ut ēt q doctissimi sūt ueluti noua atque ī audita admirētur. Quāobrem me q nūq̄ ethruriæ fines hactenus egressus sum per oēs terraꝝ regiones atque tractus nullo equo delatū nullis/iumētis ꝑuectū:si ppetuo rōnis suæ uehiculo allectū:nullo negocio ꝑuexerit:ac deinceps cōtinēte relicto nō arioneis delphinis/ne dicā hūanis nauigiis/p oīa maria sua enarratiōe ueluti neptūnio curru uectatū ꝑduxerit.hæc ꝑfecto magna oībus atque incredibilia uideri possunt. Verū alia sunt maiora atque maiori admiratione digna. N...n ab aquis elatus/nescio an olorinis pennis:an dedaleis pegaseisque alis:per omnem aerem:per omnem ethera:ad summum usque corruptibilium rerum culmen/nō ducēte mō illo:sed subuehēte pueni. stupore extremo res ꝑfecto digna ē:mūdū hūc īferiorē atque elem̄talē pagrasse. Sed lōge maiore ad cælestem perueniss e.lunæque orbem primum mercuriique deinceps/ac ueneris penetrasse:solis radios uidisse: martis ardores sensisse: ac postremo & iouis salutares: & Saturni graues radios cognouisse. Tum postremo octauam illam sphæram ardentibus stellis refulgentem. hosque omnes cæ/

los non simplici uniformique : sed triplici triformique motu rotari animaduertisse : quæ tamen omnia in sensus nostros quis cadere ignorat? Tertium autem mundum idem ita prouolandum mihi dedit ut consopitis omnibus sensibus(hi enim huiuscemodi inspectioni obsunt potius q̃ prosint)sola mente : sola.n.ea hæc tanta spacia peragrantur & conspexissem profecto / & perspexissem. Sed illius acies ueluti noctua ad solis radios cecutiens tantum splendorem substinere non potuit. Quapropter quicquid in huiusmodi peregrinatione / seu ut uerius loquar in patriam reditu uel me latuit / uel oculos nostros effugit. non index ipse: si is cui indicabatur in culpa facile deprehenditur. Nam Ioannis Pici Mirandulæ diuinum ĩgenium omnia demonstraturum se & recipit & prestat. Quid igitur mi Roberte est: ꝗ ego tibi debere non fatear / tanto munere a te ditatus : quod quidem ego q̃ primum gustare cœpi: tanta semel auiditas excitata est in me : tantulq; ex pabuli suauitate epulandi amor: ut omnis moræ impatiens: nihil malis mandẽdum mãdauerim. sed uelut auidissimus iuuencus cuncta solida deuorauerim. Verum cũ continuata lectione rem uniuersam peregissem eiusdem pecudis more congestãs in stomachum / ad os reuocans diligentius ruminassem: tunc uero mira appatuit suauitas: tunc qualis nũq̃ stupor incessit. At dices. non ne antea hominis doctrinã admirabaris? admirabar qdẽ ita illũ ĩ oĩbus disciplinis uersari / ut ĩ singulis tam̃ excellere uidereť. Nullus eũ in physicis nullus ĩ mathematicis disputãtẽ locus fugiebat ĩ methaphisicis uero & ĩ oĩ theologiæ genere / siue eã q̃ras: q̃ a mercurio excitata / & a Platone cõsumata ẽ: siue nostrã atq; christianã oĩum excellẽtissimã / atq; uerissimam: nihil nostra hæc secula / & aliquot etiam superiora illo eruditius uidetunt. Sed ne forte putes(quo uitio pleriq; nostrum elaborarunt)ipsum a sapientia eloquentiam seiunxisse. non ne & grauissime & copiosissime: pretereaq; ornatissime omnia describit: ut priscis illis oratoribus iur̃ suo optimo admisceri iam potest. hæc igitur ita de illo hactenus admirabar ut nihil huiusmodi adinuentioni addi iã posse putarẽ. Verum sua heptaplo perlecta admirari iam cepi ꝗ illa superiora admirarer. Quapropter neq; temere / neq; forte quadã / sed deo ita iubente / euenisse crediderim: ut diuinus hic uir tribus his nominibus in signis eualerit. Ioãnes enim siue domini gratia / siue in quo est gratia / siue cui donatio a deo facta est / ĩterpretatur. Quis non uideat non potuisse eum quam assequutus est doctrinam sine precipua maximaq; dei gratia assequi? In pico autem eam rostri duritiem scimus esse id capitis robur: ut nullum neq; tam osseum(ut ita dixerim)neq; tam lapideum lignum inuenias: quod hæc auis non perforet: atq; in eo latebram: quo sese recipiat nidumq; congerat artificiose excauet. Eodem ergo modo nihil ex omnibus disciplinis humano ingenio tam difficile cognitu est : quin ipse eius queq; durissima tundens penetrauerit: nidificauerit: pullos excuderit: atque produxerit. Cũ uero omnia in eo uiro miranda sint. quis non Mirandulam eum appellandum duxerit? Quam ob rem ut tibi qui illius familiaritate assiduo utaris gratulor : sic mihi doleo: mihi inq̃ : qui in hoc me infœlicem putem: cui propter multas necessariasque

occupationes meas illi/quod ardẽtissime cupio noctes diesq; adherere non liceat. Si enim liceret: a latere non dico senis/sed iuuenis nunq̃ discederem/eius dico iu/uenis in quo omnis sapientia: omnis doctrina senilis/canaq; est. Tu autem: cui lõge maius ocium fortuna obtulit: natura autem ingenium excellens tribuit. quod tam̃ deinceps diuturna tua ĩ oĩbus bonis artibus exercitatio usůsq; frequens auxit atq; expoliuit fruere hoc tibi cælitus delapso bono. hauri ex hoc uberrimo. fõte/uel potius immenso oceano: atq; tantum hauri: quantum non solum ad presentem: uerum & ad futuram omnem sitim sedandam satis esse potest. Reputa ergo te. cõputa: disputa tecum/q̃ paucissimis mortalibus tantum boni unq̃ euenerit. Gloriatur Alexander ille magnus in Aristotelis tanti philosophi tempora incidisse. At tibi Aristoteli Platoniq; simul familiariter conuixisse fœlicissima tua sorte datum ẽ: atq; ita Aristoteli atq; Platoni/ut in illis preter ueterem achademicorum peripateticorumq; doctrinam: paulos nostros Ioannes Dionysios: Augustinos: Hierony/mos. Thomas: reliquaq; huiuscemodi lumina relucere uideamus. Quamobrem ex his rebus collige quantum uel te ipsum/uel ex hoc amare debeas optime Ro/berte: cui & ipsa fortuna obtulerit & tu tua prudentia profeceris ut huic uiro et fa/miliarem apprime reddideris. Vale. x. Kalen. Decembris.

Alexander cortesius Pico suo. S.

63 e Go in tota uita nullam maiorem cœpi uoluptatem q̃ nup ex litteris tuis & q̃q̃ summa omnia de te credideram: uicisti tamen (fateor) opinionem meam atq; ita uicisti ut iam gloriæ tuæ & si longe lateq; diffusa est/angustos tamen terminos putem. Loquamur apertius & procul ab assentatione a qua Illustres animi semper abhorruere. Quid in te est non egregium? Quid non admiratione dignum? Singula possent quemque honestare que in te omnia pari/ter sũt collata. omnibus (ut ita dicam) unus/omnes ueneres subripuisti. Et q̃q̃ ma/iores tui eo accesserunt: quo non nisi a se geniti facile peruenirent. Tu tamen tan/tus euasisti/ut maiorem illis reddere. quam accepisti gratiam uideare. Et auctoritatem quidem reliquis senectus affert: tuam uero dignitatem iuuenta extollit: & quam alii tempore/tu inuicta uirtute superasti. Meo quidem iudicio extra om/nem ingenii aleam positus es/ac te ut græcas perquiram laudationes: cui merito conferam non inuenio: & ad summam parem tibi aliquem quandoque fuisse opinari licet/uidere autem hoc tempore non licet. Dent ueniam ingeniosi omnes multum ab uno Pico omnes superantur. Quẽ ita naturæ benignitas fouit/ut ipsi quoq; mirum uideri debeat tantam in unum laudum cũctarum copiam esse consertã Quid erubescis? an me falsum putas? equidem cedam si amori tribueris q cecus pingitur. Sed testes habeo Politiano meo: qui in me solo decipitur: locupletiores & si ille indies ut audio non minores auget auri diuicias q̃ orationis: eoq; illi gra/tulor æque ac gratias ago utinã possideat copiæ cornu/postq̃ neq; ĩmemor ẽ hospi

tis neq; ueteris amicitiæ nostræ. De puccio aũt hoĩum amantissimo alias. Quis illi non se debere cupiat sed diutius remoror altioribus studiis incumbentem. Et Marsilium ficinũ philosophorũ ætatis nostræ principẽ ridere uideo has nugas. Quid ni rideat: q mortalia oĩa non minus pensat q̃ despicit. O qui me ĩ uestrã academiã sistat & ingenti ramorũ contegat umbra. Presertim q cælũ hoc mars solus habet / nõ ullus aratro dignus honos / squallent abductis arua colonis. & curuæ rigidũ falces uertuntur in ensem. Sed cõtenti sumus hoc catone. Tu iterim collige ex his q̃sq̃liis amoris mei fructũ / nec paruifeceris amari a me sed uicẽ redde. Desideriũ. n. tui lenire põt spes hæc cũ credula mutui in qua totus conquiescã. Sis felix latinæ prĩceps iuuentutis / & memor mei uiue. vii. Kallẽ. Ianuarii. Ex gradulis uelocius q̃ asparagi coquãtur. De panagyrica epistola ad Laurẽtiũ medicẽ quid sentiam: scribam cũ licuerit / cũ romæ fuero. dedidit pene litteras tanto in secessu ut uides / & nisi tecũ cõtrahendæ cõsirmandæq; beniuolentiæ studiũ cogeret / nõ usq; adeo humanitate / ac lenitate tua abuterer. Nunc boni cõsule. Item ερρωσο meum mel. Vale iterum.

Hieronymus donatus Io. pico suo. S.

64.

q Væ meæ p̃tes esse debuerant eas oẽs tibi sumpsisti pice doctissime: te ipsum apud me negligentiæ insimulans / & in eo crimine cuius ego apud te maxime reus sum / excusationẽ querens: parũ tibi uidetur alios ingenio & eruditione p̃cellere / nisi modestia quoq; / & humanitate uincas / nõ solũ alios sed te ipsum. At uero obsecro harũ uirtutũ munera. Ita amplectaris / ut nobis quoq; aliquã obeũdi quoq; officii nostri occasionẽ relinquas / ne dũ harũ oẽs tibi partes uẽdicas nos inhumani atq; inciuiles habeamur. Qua ego in re: quæ mea est ĩpudentia / iam nõ excuso negligentiã meã: sed acuso humanitatẽ tuam. q scribis te nõ tẽporariã mecũ sed perpetuã amicitiã statuisse: nõ solũ ea causa tibi me plurimũ debere intelligo: uerũ ẽt recte mihi amicitiã definisse uideris: quæ tẽporaria cũ sit / iã amicicia eẽ non põt. Illud scito me eã in meorũ ornam̃torũ delectu seposuisse. Quid enim mihi accedere põt p̃clarius / q̃ a tanto uiro nõ laudari solũ sed ẽt amari: Hermolaũ nostrũ incredibilẽ doctrinarũ tranq̃llitatẽ & studiorũ φιλοπονια cura maxime utilitate eruditũ uideo eẽ sũmũ ac rarũ quiddã qđ sperare possunt litteræ eo incolume. Eius ego cõsuetudinẽ: quã mihi tantope ĩuides eadem penu seruo / qua & amicitiã tuã: nihil p̃terea adeo θαυμαστον censeo qđ asseq ingenio & eruditione nõ possis p̃sertim q audio te istuc demigrasse: quod ego consilium ita laudo ut magis laudare non possim. Nam ουδεν γλυκυτερον η παρ εκδεμαι ego Policianum tibi inuideo hominem fertilissimi & facundissimi ingenii: cuius rusticum nuper legi uisus est mihi splendor ætatis nostræ & cui ea de me policeri a te meis uerbis postulo: quæ ab homine amicissimo expectare possunt. Vtor autem te internuncio in auspicanda mihi cum eo beniuolentia / fretus huma

nitate tua tamen q̄ των μουσων κοινω στοματι per te qui eruditissimus es me conciliari conuenit. Vale & puta nihil mihi tuis litteris esse iocundius. plura laxiore otio scribam ad te. Venet. xvii. Kal. Ianua. Mcccclxxxiiii.

Philippus beroaldus Io. pico Mirandulano. S.

65 c Enaturus apud Minum roscium qui in studiis litterarum ē politissimus: & senatus nostratis maximum ornamentum / lectitabā plautinas fabulas urbanissimis salibus scaturientes: cū mihi litteræ tuæ allatæ fuerunt oppido q̄ litteratæ / q̄ tersæ / q̄ emūctæ. statimque seposito comico lepore / lepidissima tua scripta festināter legere incœptauimus. Dii boni quātū ī illis uenustatis: quātū eruditiōis: quātum maiestatis inesse cognouimus. Magna Io. picū fama p̄cesserat. maior inuētus ē: nihil ꝓtritum: nihil triuiale resonāt tuæ scriptiōes. Res uerbis. uerba rebus ad amussim quadrant: latine loqueris & pure. eloquutiōe uteris splendida atq; magnifica. Dialecton habes plenā iocūditatis atq; candoris: supellectilē uerboꝝ optimoꝝ copiosissimā: Sententias crebras atq; rotūdas: tam luculēte tam eleganter animi sensa depromis: ut uni tibi dii īmortales dedisse uideantur / quod q̄ paucissimis dederūt / uidelicet optima sentire / & optima dicere. idq; non minus uersu q̄ prosa oratiōe cōplecteris. scribūt Liuius & Homerus prope diuinitus non oīa uni deos tribuisse. hinc est q̄ sæpe legimus alios eloquentia p̄stantes / alios eruditiōe p̄ditos floruisse: paucissimos uero & eloquentes & eruditos simul extitisse. hinc duo romanæ linguæ culmina Terētius Varo & . M. Ci. referuntur: a quorum altero rerum: altero uerborum doctrina petebatur. alter doctissimus undecūq; a Terentiano: alter eloquentissimus ab omnibus nuncupatur. Virgiliū / ut inquit optime seneca illa fœlicitas ingenii soluta oratione destituit: Cicero carmina scriptitauit nulla uenere nulloq; lepore: musis. s. inuitis atq; repugnātibus. Tu uero & doctissimus: es & eloquētissimus: Tu ꝓsa polles & uersu. scribis legēda: calles scribēda. Tu musaꝝ alūnus merito potes nūcupari: q nō ut multi unā alterā ue crateram musicam ebibisti: sed tanq̄ alter apuleius epotasti crateras omnis & imprimis illam philosophiæ limpidam atque nectaream: quam paucissimi primoribus uix labris attingunt: uixq; a limine salutant. O magna fœcunditas animi. O īmortalis ingenii beatissima ubertas: quæ in Pico Mirādulano adhuc puero adhuc ephebo tātas uirtutes excudit: tam multiiugas disciplinas infūdit: tantas animi dotes inseruit. Qui etate tirūculus est / eruditione ueteranus. Perge uir doctissime quo cepisti effice ut crescentibus annis scientia augeatur: Ingenium adolescat: memoria fiat uegetior atque adminiculatior. Qui in iuuenta es nostri seculi decus & uirtutis exemplum. Qualis es futurus in senecta Papinianus a spartiano iuris asylum & doctrinæ legalis thesaurus nominatur. Tu a nobis asylum ingenuaꝝ disciplinaꝝ nūcupaberis. Tu nobis quotiens abditū q̄ppiā ī litteris

sicut & inter ipas superstitiones quarum mater alumnaq; merito existimatur: obtinet principatum. Astrologiā uero cum dico nō eā intelligo quæ syderū moles & motus mathematica ratione metitur: artem certam & nobilem & suis meritis honestissimam / auctoritateque hoīum doctissimoꝝ maxime comprobatā. Sed quæ de syderibꝫ euentura pronunciat fraudē mercenariæ mēdacitatis / legibꝫ interdictā & ciuilibus & pontificiis humana curiositate retentam / irrisam a philosophis / cultā a circulatoribꝫ / optimo cuiq; prudentissimoque suspectam / cuius olim ꝓfessores gētilitio uocabulo chaldei uel ab ipa professione genethliaci dicebantur / mox ut noīs cōione honestarentur: mathematico se dixerunt & astrologos: quasi hæc quoque de liberalibꝫ disciplinis una foret: quæ de syderibꝫ cum ratiōe loqueretur / hoc se tm̄ discrimine separans ab illa uera mathematica / ut illi astronomiæ ipi astrologiæ nomen daretur: nimis improbo zelo alieni tituli inuadendi: siquidem astrologia alterius artis nomen ut declarabimus: ipam uero diuinatricem semper hoc ambitu laborantem: ut nominari uellet ab astris: nō altero modo: sed utroque cognomento dignabimur: & ad illius de motu syderū tractātis emulationē ꝓ astrologia astrologiam / ꝓ astronomia astronomiā satis congrue satis ꝓ merito nuncupabimus. De qua utcūq; de nomine decidatur: ego quidē cum rōnibꝫ nixus: tum ꝑiudiciis hominū sapientissimorū nihil dubitauerim affirmare / non esse inter artes ꝑstigiosas: quæ aut plus fallat credulos & imperitos / aut quæ persuasis fallendo plus noceat: tanto reliquis superstitionibus exitialior quāto ꝓpius accedere uisa ad ueritatem. Nam ille quidē in prima facit notas sue dementiæ leuitatisq; ꝑferentes uix cuiq̄ īponunt ꝑterq; penitus exoculato: hæc in sinu habens & ī ꝑcordiis alens insaniam: ꝑfert spēm habitūq; sapientiæ: ut si eminus inspectes uel per transennā forma capiaris / si cominus admoueris oculum exploratorem ipam uideas umbram aut quasi laruam: & sub aperta luce fallaciā tenebrarū abhomineris. Ita est certe ita per rōes manifestissimas luce clarius fiet / nullam esse maiorem fallaciam / nullā pernitiosiorem: ostentat procul cælum & planetas unde facile credas in tam sublimi tam lucido spectaculo nihil non posse uerissime præuideri. Mox ubi attentius consideraueris uides & sublime adeo esse speculū ut imagines illuc terrenarum reꝝ non ascendant: & ita lucidum ut ad eius fulgorem nostra calliget infirmitas: tum propius cū accesseris uidebis intextas illius peplo / pro cælestibus portentuosas effigies & stellas ī animalia transformatas / & plenū fabulis cælum / imo ꝓ uero cælo cōmentitiū cælum non factum a deo sed ab astrologis fictū: sic instructa uidetur omni firmamento dogmatis comprobati: quæ simul & libros circunferat magnis nominibus prætitulatos: & rationes tam multas decretorum suorum & ꝑter rationem experimenta tam diuturnis obseruationibus / tam diligentibꝫ ānotamentis corroborata: tum ab usu tot sæculorū & tam multarum ætatum approbatione recepta. Mirū q̄ per caligines istas & nebulas oculis imperitia offensis & speciosam & uenerabilem & seriæ plenam auctoritatis imaginem sui representat. Quas ubi tenebras & præstigia radio rationis & diligenti tractatione discusseris / uidebis in illis libris nihil eē

libratum: in auctoribꝫ nullam auctoritatem: in rationibus nihil rationale: in expe rimentis nihil consonum: nihil constans. nihil uerum: nihil credibile: nihil solidum sed pugnantia inuicem: falsa: uana: ridicula: ut uix credas qui scripserunt fidē adhi buisse his quæ scribebant. Quod uero spectat ad uanitatem non inuenias temere quæ plus spei proponat suis aurariis / quæ maiora desyderabiliora promittat. Pru/ dentiæ se facit conseruatricem: cuius de futuris coniecturam certa ꝓcognitione sta/ biliat: sed & philosophiæ cuius maxima pars quæ de cælis ut isti uolūt / per cæli in/ fluentiam ad liquidum absoluatur. De medicina nō attinet dicere: de nautica: de agricultura: dū non solum futura prænunciat his: sed & uires cælorum ad terrena deducit: unde oīum artium opera efficacissime: unde oīum artium magistri quod uolunt facile consequantur: & hæc quidem ueteribꝫ: sed etiam neotericis persuasit religioni / si diis placet cum uniuersæ: tum christiane plurimū conferre auctoritatis & emolumēti: & ut semel dicatur imitata suum magistrū: & regna mundi adorā/ tibus se ꝓmittit: & suū lignum gustantibꝫ emulationem diuinitatis boni malique cognitionem. Quæ nō modo ullis ut pollicetur uitæ usibꝫ comoda sit: sed fraus est oīum pestilentissima / siquidem illa ipa ē: ut demonstrabimus: quæ philosophiam oēm corrumpit: medicinam adulterat: religionem infirmat: superstitiōes parit aut roborat: idolatriam fouet: prudentiā aufert: polluit mores: cælum infamat: homi/ nes miseros / anxios / inquietos / & de liberis seruos: & in rebꝫ pene agendis oībꝫ pla/ ne facit infortunatos. Quod cum ego exploratum habere mihi uiderer atqꝫ com/ pertum: putaui piaculū me facturū nulla uictima expiandum / si tacerem / si dissi/ mularem: nec uel penitus ꝓ uirili uenenum: hoc de credulorum manibꝫ extorque re tentarem / hac præsertim ætate qua si quando alias / ad hanc fraudem oīs ætas & ordo sexusqꝫ colligat. Est autem tanto magis ꝓ ueritate pugnandum quanto plu/ res habere cognoscitur oppugnatores: siquidem ut prodesse oībꝫ / ita placere tm̄mo do bonis desideramus: nec iudiciū multitudinis fidem habet: ubi contra stat ratio consensusque doctorum: nec nos auram spectamus popularem: sed lucem uerita/ tis & publicam utilitatem. Procemium Ꝯ it.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER PRIMVS.

PRimum oĩum ſcire lectorẽ uolo: nõ hoc noſtrum ĩuentum audaciãq; fuiſſe reiiciendi cõfutãdiq; aſtrologiã. Sed a prima antiqtate bonis ita iudiciis ſemp uiſum nõ eẽ pfeſſionẽ, quæ tot homini incommoda: tot inſanias undiq; ſub ptextu ſciæ & utilitatis inueheret. Hĩc cæſarꝝ legibꝫ & prudentũ uti noxia uitæ ciuitatibꝫ eliminatur. Hinc oraculis pphetarꝝ: pontificũ ſanctionibꝫ: hoĩum ſciſſimorꝝ uocibus & doctrinis: ut moribꝫ & pietati peſtifera cõdẽnatur. Hĩc a philoſophis & mathematicis qcũq; ſape ex libris nõ loq didicerĩt: q.i falſa nõ utilis: nõ poſſibilis: nõ amica philoſophiæ: uel cõtẽnitur fere uel cõfutatur. Id qđ aliis uel neſcientibꝫ uel denegãtibꝫ priuſq̃ rõnibꝫ res agatur, hoc libro ſumus declaraturi: ut poſt tales accuſatores nõ ad inuidiã nobis hæc accuſatio: ſed potius ad pudorẽ bonæ frontis hoĩbꝫ ſi q ſuſcipiãt poſſit eẽ defenſio. Exordiũ uero faciemus a philoſophis quorꝝ maior auctoritas q̃ prudentũ, & cõior ĩterdũ eſſe ſolet q̃ pphetarꝝ: Pythagorã aſtrologiæ fidẽ nõ pſtaſſe: tũ auctor ẽ Theodoretus: tũ Laertius quoq; Diogenes & Plutarcus indicauerũt. Democriti illud fertur quod ante pedes nemo ſpectat cæli ſcrutãtur plagas. Achademicus Phauorinus & Panetius ſtoicus ĩpam inceſſuerũt: ridetur eadẽ a ſeneca, cõfutatur a cicerone: Sed & diſputãtẽ aduerſus illã Carneadẽ & diuinis infenſũ Bionẽ philoſophũ qs ignorat. Qđ ſi ſupat oẽm ĩſaniã, cui nec inſanus accedat Oreſtes quãtũ ĩſaniæ cõtinet aſtrologia cui nec multa delirans aſſentiri potuit Epicurus Plato & Ariſtoteles philoſophiæ pĩcipes ĩdignã putauerũt: de qua uerbũ aliquãdo facerẽt tota ſua philoſophia, plus eã ĩ ſilẽdo q̃ qſq̃ uoce ſcriptiſue cõdẽnãtes. Nã q aliter ſentiũt, illud quæſo reſpõdeant cur toto decurſu ſuarꝝ cõmentationũ: ubi uel pprietates explicãdæ cæleſtiũ, uel cauſæ inferiorꝝ inde erãt petẽdæ aſtrologicũ illi nihil unq̃ attulerint? An ad philoſophũ hæc ſpectare nõ putarũt ptes uniuerſi prĩas & nobiliſſimas corpa mota rurſuſq; mouẽtia cãs efficaciſſimas ſine qbꝫ fieri qcq̃ aut ĩ natura aut cognoſci nõ poſſit ſiqđ tales eẽ credãtur q̃les eas aſtrologi faciũt: de qbꝫ uniuerſalia quædã cognoſcere q̃lia ſcribũt philoſophorꝝ duces: ſi q̃ ppria magis poſſent ĩtelligi, nõ philoſophi ſed ĩpfecti philoſophi ẽ. Cur igitur Ariſt. libros ſuos de cælo tã ieiunos reliqt? ubi tã multa tã ſplẽdida dicere potuit: & ſi potuit debuit de ſtellis de planetis eorꝝ efficiẽtiã pprietates cognitionẽ ĩdicãs nobis? Cur ĩ metheorologicis ĩbriũ: cometarꝝ uẽtorꝝ: cãs pſcrutatus, aſtrologicarꝝ rerꝝ ſemp obliuiſcitur? Cur ĩ libris de aĩaliũ generatõe: nec gemellos: nec partus portẽtoſos atq; mõſtrificos: nec ſexus nũerꝝue puerperii: nec formã nec q̃litates ad ſydera aut refert aut referri poſſe meminit ĩ trãſcurſu? Cur idem ĩ Timeo facit & Plato? Cur ante Platonẽ Timeus ĩpe pythagoreus ĩ lib. de natura ſũmus ut ait Plato philpſophus piter & aſtronomus? Cur & Ocelus idẽ leucanus

Cæſarꝝ leges. Oracula philoſophorꝝ. Pontificũ ſanctiones. Doctrĩæ ſantorꝝ hoĩum. Philoſophi. Mathematici

Pythagoras. Democritus. Phauorinus. Panetius. Carneades Bion Epicurus. Plato. Ariſtoteles

in lib. de mūdo: testimonio etiā ipse Platonis ī philosophia eminētissimus. An hæc q̄si parua cōtempserūt: quæ si sunt uera maiora eē nō possunt. an nō cōtēpserūt q dē, sed ignorauerūt: & i ægypto babyloniaq; uersati nō potuerūt hæc ītelligere decantata apud hos philosophos: & cuiq; de medio ēt nota: ꝓfessionis certe suæ non eē (ut diximus) nō putauerūt nisi suā ignorarūt ꝓfessionē: ut philosophi munus crederēt apū & formicaꝝ minutissime quærere ꝓprietates, iouis & saturni etiā nō putarēt: ꝑserti si ueritatē sup his nō solū obseruatio docet: sed & rō mōstrat: qđ scriptores astrologi maxime cōtendūt. Quidnā igitur aliud dici pōt q̄ ī ea fuisse Platonē Aristoteléq; sniā, nō esse cās cælestia quoꝝ dicūt astrologi: nec astrologiā uel artē eē uel sciam cuius erat cū aliis: alioqn mētio faciēda: sed ex ludicris unā siue fraudibꝫ potius circulatoꝝ: quo genere geomātiæ, hydromātiæ, ꝑstigia, incātatōes: q̄ꝝ ueteres nulli philosophi īter sciētias artesq; meminerūt. nā si foret ars astrologia pēderet a naturali scīa: sicuti medicīa: ut quēadmodū medicus a philosopho fruticū herbaꝝ, aīaliū naturā mutuatur qbꝫ utatur ad sanitatē corporibꝫ cōciliādā: ita discat astrologus a philosopho sydeꝝ uires & ꝓprietates qbꝫ utatur: & uti doceat ipse ad ꝑdicendū: nā q diuinatricē astrologiā ptē aut finē mathematicæ putat astronomiæ plusq; cū ea si qua eē putetur q̄ cū naturali philosophia hr̄e cōmertii. Is q̄ longe fallatur postea declarabimus. Nūc tm̄ admonemus rē positā doctis tamē extra cōtrouersiā ad philosophū ptinere scire de syderibꝫ quicqd eoꝝ substātiā ordinéq; cōseqtur ad motus & moles eoꝝ dimetiēdas astronomo delegato: ad præuidenda futura de habitu posituraq; eoꝝ astrologo: Si qs artifex. f. eē cōcedatur astrologus Quare nimis oīno dormitās & inexcusabile Platonis Aristotelisq; silentiū foret ea nec indicantiū qdē, quæ fuerāt illis etiā exactissime ptractanda. Quod ubiq; apđ Platonē miscellaneā agētē: oīgenāq; doctrinā, tū apud Aristo. in ꝓblematis maxīe licet admirari. Quo libro de mathematicis deq; oībꝫ artibꝫ & disciplinis qōnes ꝓponens: & eaꝝ ex oī genere dogmatū ēt antiquatoꝝ afferens solutōes: hiscere tam̄ astrologicū uerbū nusq̄ īuenitur: licet itē ī ethicis ad Eudemiū ubi de bona fortuna disseruit. Quo si satis īditio nō mouemur audiamus discipulos utriusq; philosophi eā nobis sniam testificātes quā magistri silēdo nobis eloquūtur. Plotinus ī platonica familia primæ fere auctoritatis habetur. Eū scribit Porphyrius cū diligentē astrologiæ opam dedisset, cōpissetq; tādem artis uanitatem falsitatemq; ꝑdictionū oēm astrologis fidem abrogasse. Quare libro quoq; dicato: cui titulus de stellaꝝ efficiētia dogmata astrologoꝝ asseuerate risit & confutauit. Quod ægreferēs Maternus multa sup eius morte mentitur: q̄si de eo penas sumpserit fatū. nā illa eē falsissima ex Porphyrio ipo Plotini discipulo facile ītelligitur: q & genus morbi quo decessit: & cām & cur Roma discesserit plane fideliterque describit. Origenes adamātius ī philosophica secta sicut ī oībꝫ disciplīs eminētissimus sæpe multisque rōnibꝫ astrologicā uanitatem sugillauit: nisi forsitā eius testimoniū minus faciūt hoīes supstitiosi: qm̄ fuit etiā xp̄ianus: sed nō fuit xp̄ianus eudoxus q etiā Platonem audiuit & ī ægypto uersatus ē & habitus pṙceps astronomoꝝ sua tēpestate: q tam̄ nihil creden

De syderibus qd naturalis cōsiderer

Quid logus stro

Plotir sisse cc strologos.

Maternus.

Orige. multis rōibꝫ astrologiā dānauit

Eudxous.

Alexander . dū astrologis ex hoīum genituris eoꝝ fata p̄dicentibꝫ scriptū reliquit . Alexāder ex aphrodisiade sūmus auctor ī Aristotelica philosophia de fato librū ad cæsares Se/ ueꝝ primū & Antoniū filiū/scribēs & fati reiecit necessitatē: & de astrologicis siluit Ad quæ fati tam̄ cōmemoratio trahit uel trāsuersos. Nec forsitā aliud ei cōsiliū elu cubrādæ cōmentatōis/q̄ ut ꝑpensū Seueri Cæsaris aīum ad istiusmodi supstitio/ nē philosophica rōne castigaret. Auerois celeber ī eadē familia philosophus & reꝝ naturaliū grauis estimator ubiq; astrologiā lacerat/dānat/īsectat̄. Nā ī pria qdem phīa astrologoꝝ opinionē de cælestibꝫ imaginibꝫ/qbꝫ subesse terrena figuræ similis aīalia putāt fabulosā dicit: qua tam̄ sublata ruit maxia ps astrologicæ supstitiōis. Idē cātica exponēs Auicēnæ alibi qdē ait cōtraria eē phiæ: alibi fere oīa falsa dog/ mata astrologoꝝ: tū artē ipam ī uniuersū uanā & īfirmā. ī libris itē aduersus Alga zelē artificiosas imagīes ī q̄s cæli uirtutes deriuare se posse putāt astrologi ꝑrsus īef ficaces asseuerauit. Auicēna uir magnus ī oībꝫ disciplinis ultīo suæ priæ phīæ libro multis rōnibꝫ cōprobauit ab astrologis p̄uideri futura nō posse. Quare nec eoꝝ p̄/ dictōibꝫ ullā fidē adhibēdā. Mitto Henricū ex Assia cōpluresq; neotericos illustres ī academia parisiēsi dicatis opībꝫ hāc uanitatē ꝑsequētes: q̄q̄ maxia ps phōꝝ con/ tēpserūt eā potius q̄ cōfutauerūt: sicut artes alias circulatrices & aniles fabellas & deliria p̄stigiatoꝝ. sed illud aīaduersiōe dignū q; astronomi quoq; ipi ꝑfessionē istā reiecerūt: qd̄ fieri oīno nō potuit p̄terq̄ conscīa cōptæ falsitatis: cū alioqn illis ī cæle stiū motibꝫ exercitatissimis tm̄ accederet & sciæ/& gloriæ/& quæstus quātū astro logiæ fidei & auctoritatis. At ille quē citauimus nup Eudoxus gnidius sūmus fuit in mathematicis cuius ī astronomicis rebꝫ iudicio nititur Arist. Sed prudētissimus legislator/scripsit.n. leges ciuibꝫ suis. Et sub Philistio medicus īsignis & philosophꝫ sub Platone: q tamē ne crederemus astrologis nos admonuit litterisq; mādauit. ita .s. ei mathematica rō demōstrauerat/& magister ēt Plato ꝑsuaserat: Cassandrum & Archelaū cū in astronomia p̄cellerent: hoc p̄dictionis genere nūq̄ usos auctor ē Panetius: Hoychilax halicarnaseus quāq̄ doctissimus in omni mathematica: totū hoc tam̄ diuinādi per astra genus repudiauit. Veniamus ad neotericos: Nicolaus oresmius & philosophus acutissimus & pitissimus mathematicus astrologicā sup/ stitionē peculiari cōmētario īdignabūdus etiā insectatur: nihil ratus ille fallacius: nihil detestabilius: nihil oībꝫ qdē ordinibꝫ: sed principibꝫ maxime uiris eē pestilen tius. Ioānes Marlianus nostra ætate sūmus ī mathematicis & erat & habebatur. is nō mō p̄dictiōibꝫ istis semp abstinuit: sed etiā de ipaꝝ falsitate postremis ānis scri/ bere īstituerat: q̄q̄ erat.n. lōgeuus/īterceptus morte id nō effecerit. Aiebat hō mi/ nime gloriosus habere se aduersus astrologos certissimas demōstratōes. Qd̄ cum alii/tū familiaris illi Luchinus noster & ipe p̄cellēs mathematicus mihi non semel rettulerūt. Paulus Florētinus ī medicina qdem: sed p̄cipue ī mathematicis græce la tineq; doctissimus quotiēs de ista ꝑfessiōe rogabatur: totiēs eā incertā fallacēque asseuerabat/afferēs inter cætera de se ipo euidens expimētū. Qui cū qnq; & octua ginta iā īplesset ānos: ī sua tamē genitura quā examinarat diligētissime uitalē nul lā cōstellationē reppisset. Afferrē multos ex his ēt q uiuūt & phōs & astronomos

Margin notes: Auerrois a/strologiā ubiq; lacerat. — Auicēna probat ab astrologis futura p̄uideri nō posse — [E]u[do]xus mo[nuit] astro[logis non cre]dere. — ni. — [Io]anes Mar/lianus. — Luchinus — Paulus Flor/

idem sentiētes. Sed nescio an īuidiā aduersus se cōcitari uelint hoīum cæli fatiqꝫ po tentiū. Porro noster Marsilius scripsit aduersus eos apte Plotini uestigia sequutus. In quo īterp̄tādo & enarrādo magnope rem platonicā iuuit, auxit & illustrauit. qꝫ si ualitudini cōsulens hoīum aliquādo corrogat sibi de cælo quædā etiā auxilia, op tat ille potius ita fieri posse q̄ credat, testari hoīs mentē fidelissime possū, quo fami liariter utor: nec habui ad detegendā istā fallaciā q me sæpius & efficacius adhorta retur. Nec quotiēs una facetiamur uberior nobis occasio segesqꝫ ridēdi q̄ de uanita te astrologoꝝ, p̄sertī si tertius īteruenīat Politianus, interuenit uero semp oīum sup stitionū mirus exhibilator. Forte uero nec Nicolai Leoniceni nostri iudiciū sup hac re dissimulādū. Is cū mathematica ut oēs liberales scīas fideliter teneat: ita tamen hāc uanā iudicat ꝓphetātē astrologiā: ut nec illos q scripserūt p̄sertī doctiores fidē putet adhibuisse his quæ scribebāt. qꝫ si eām īterroges cur igitur scripserīt, respōdet ꝑtim auaritia, ꝑtim impitia principū effectū. Nā cū inqt ille in dimetiēdis astrorū motibꝫ & corpibꝫ qđ mathematica facit astronomia p̄cellētes illi uiri die noctuqꝫ laborarēt nullū erat eis īde apđ p̄rīcipes emolumētū qbꝫ. s. nihil curæ q̄ magno syde ra corpe: aut q̄ ueloci motu p cæli spacia reuoluerētur. hoc illi cū uidissent ne cæle stia pscrutātes interim eēnt īopes terrenoꝝ, lepidā excogitasse fallaciā q̄ sibi princi pū aīos obligarēt & suæ ꝓfessiōis facerēt amatores. q̄re comētos ab his astris oīum fortunas, sed p̄cipue principū depēdere: liberos. s. uitā: impia: uictorias: ualitudi dinem: sibi uero q illoꝝ diu motus & naturas obseruassent, penitus cognitū & ex ploratū qd cuiqꝫ uel boni pollicerent uel aduersi denūciarent tū hr̄e p̄terea ad ma nū se remedia qbꝫ p̄uisa mala repellerētur: bona cōfirmarētur. nā si fœlix hora no taretur imagines ex materia q̄ iā cælestibꝫ illis naturis cognatiore posse cōflari: ad quas miris machinamētis deducta uirtus ab astris fœlicissimos faceret hoīes reꝝqꝫ potētes illaꝝ uel tactu uel gestatiōe qcqd appeterēt facile cōsequentes: qbꝫ omni bꝫ rebꝫ quo plus fidei facerēt, illđ addidisse, reuellata sibi diuinitus huius artis secre tiora mysteria: quēadmodū a potentissimo mercurii nūine & Petosiri & Esculapiū accepisse q̄plurima: legitur apđ Maternū: tū uero p̄rīcipes illiteratos & curiosos & reꝝ quas ꝓmittebant appetentissimos, adductos facile ut crederent: ut ꝓfessores fouerent: & p̄miis studia hæc quotidie magis & magis excitarent. Hæc serio noster Leonicenus nec procul a uero super astrologis loquitur & sentit. Cauendū autem imprimis ne qua nobis ad fidem irrepant astrologi mentita magnis auctoribꝫ uolu mina perscribentes: quod est illis cum omni supstitione cōmune. Nā qm̄ quæ ꝓdū tur ab his ratione confirmari nō possunt: siue ipsi illa uera credunt: siue credi uolūt ab aliis libros huiuscemodi fabularum uiris clarissimis & antiquissimis inscribūtur & fidem errori suo de fictis auctoribꝫ aucupantur. Ex hoc genere liber de ꝓprieta tibꝫ elemētoꝝ in quo de magnis agitur cōiūctiōibꝫ & de secretis ad Alexādrū quos tribuūt Aristo. nulla culpa boni philosophi nullo demerito: sicut libros Platōis de uacca magi circūferūt: & quos uocāt institutionū execrabilius sōmniis figmētisqꝫ refertos & a Platōe nō minus aliēos q̄ ista sint mēdicabula a Platōis ꝓcul & ꝓbitate & sapīa. Sic olī hæretici gnostici nūcupati Zoroastri libros ostētabāt: qbꝫ heresim

Marsilius.

Politianus
Nico. leonic.

Liber de ꝓpri etatibꝫ elemē toꝝ: de secre tis falso Arist. ascribuntur.

suā de Zoroastri antiqtate uenerabilē facerēt: quos nouos & comētitios eē nō Zoroastri Porphyrius multis argumētatiōibꝫ demōstrauit: falli āt facile possūt & circūuēiri p hæc mēdacia si q sint humaniorꝫ litterarꝫ rudiores, q̄q̄ alioqn docti, cū p illas maxīe & phrasim & idolē statī auctorꝫ cognoscentes adulterina a legitimis discernamus. q̄q̄ astrologorꝫ nrorꝫ & quæ nūc ī māibꝫ artiū supstitiosarꝫ figmēta sic abhorrent ab oī similitudīe ueri ut cuiuis e medio etiā pateāt Quis enī adducatur ut Ouidiū de uetula Ouidiū credat: ī quo de magnis etiā cōiunctionibꝫ & xpiana lege mirabilia pnunciātur: adeo ut Rogerius Bacon magnus astrologiæ patronus nullius libentius scriptoris testimoniis utatur: nisi forte pferat Artephiū q oīno secreta alia prodit īnumera. Quale illud inspecto nō astro: sed lotio posse hoīs & uitā & ingeniū & cōditiones: deniq; oēs ad unā pcognosci. Sic magnā quoq; ille sidē ethico philosopho: cuius liber de cosmographia trāslatus dicitur ab Hieronymo Est āt lectio adeo deridicula ut nulla magis: sed frequēter citata a Rogerio nostro ī epistola ad Clementē: ita ut fere adducat cōpositū ab eo libellū quēdā cui titulus de erroribꝫ studētiū theologiæ: quo īprimis uolūine error is acusatur ꝙ theologi nostri mysteria religionis magis ex Aristo cæterisq; philosophis cōfirmēt q̄ ex auctoribꝫ quos mō noīauimus, ethico, Arthephio, Ouidio de uetula poetisq; similibꝫ. Præscribitur uero liber Alberto sed mēdacissime cū nunq̄ in theologicis suis scriptis hæc ille sōnia memorauerit: seb merito ad Baconē uidetur referēdus: cuius alia scripta ī ea eū fuisse snīa facile declarant illorꝫ semp auctorꝫ testimoniis oraculisq; pscatētia. Quibꝫ si potuit credere, nihil mirꝫ si credere potuit etiā astrologiæ. Ita uero supstitiosū hoc genus hoīum frontē pfricuerūt: ut ēt sub aqnatis Thomæ titulo libros circūferāt de necromāticis imaginibꝫ ut iā minus mirādū ꝙ nescio quos Ptolomæi de ānulis. sed & ad Aristonē astrologicos fingāt libros quos Pto. nunq̄ scripsit: qua temeritate uel ignorātia Eboracēsis etiā cuiusdā opusculū multi referūt ad Albertū cōmemorāt & Hyppocratis libros de pnosticis ægritudinū ex sydерꝫ cursu: quos puto ignorabat Hyppocrates cū pnosticorꝫ libros scripsit a Galeno expositos & tota græcia celebratos, aut si nouerat, quasi tamē secretiora seposuit puris & rite initiandis cōicāda. Prætereo quæ sup pluuiis sup qōnibꝫ Alchindus & alii pithagorea & Aristotelea cōmemorāt: & q liber īscribitur Aristo. de regiminibꝫ, ita loquūtur ipsi cælestibꝫ. q utinā ad scōs ēt uiros pfana nō retulissēt & libri cuiusdā de excātatōibꝫ īterptē diuū Hyeronimū nō fecissent: q̄q̄ si angelos īfamarūt facile possunt hoīes dū & hæc qdē deliria ab Adæ angelo: illa a Salomonis: alia a Thobiæ custode tradita dicūt: sed ad astrologos reuertamur omissis magis ad quos quasi cōfines erroris cōmunio nos deduxit. Aristo. quid de hoc hoīum genere sentiret uno uerbo monstrauit qui in problematis cum mīmo & pstigiatore astrologum deputauit. At dices si nihil tale isti philosophi scripserunt: qui tamen ea scripserunt fuere philosophi: Qualis Albumasar: Ptolemæus: Haly: Abenzagel: Iulius Firmicus: innumeri alii: tum latini: tum græci barbarique auctores astrologiæ: uiri & doctrina & ingenio præstantissimi. Tu uir me opportune admonuisti ne id

solũ dicerẽ aduersus te neglectã a philosophis astrologiã: Sed & qcunq; eã etiam scripsissent: aut nihil aut male philosophatos. Quare relinqte nobis si dus placet & Pitagoram: & Platonẽ: & Aristotelẽ: & uestros uobis habeatis Aomaras: Alchabitios: Auenazras: Abenzageles. Qui oẽs quantũ affuerunt a philosophico ingenio palã demõstrabitur: cũ accedere illos fabulosissimis reb) & asseuerare q uæ nullã habeãt rõnem: & pugnãtia dicere: & seipos euertere palã ostendemus: quæ diuersissima a philosopho sunt: cuius maxĩe ꝓpriũ nihil credere/nihil affirmare: qđ uel euidentia uel rõne demõstrari nõ possit. Sed age dicamus hic & aliqd unde cõstet auctores astrologiæ aut paꝶ aut male philosophatos. Porro Ptol. pricipẽ alioꝶ facile concedẽt. Est. n. doctissimus astrologoꝶ & quod attinet ad mathematica uir ingeniosissimus. Quod aũt ad genethliacos quẽadmodũ dici solet optimus maloꝶ. Is igitur quo iudicio philosophicas res tractauerit: & ĩ ꝓœmiis magnæ cõpõnis quã uocãt Almagestũ: & ĩ libris apotelesmatõ satis ĩdicauit. Exordiẽs. n. libros mathematicos partitur philosophiã cõtemplatricẽ ex Aristo. sñia in tria genera: theologicũ: naturale & mathematicũ: tũ rõnem partitiõis exponẽs oĩa inqt quæ sũt ex trib) cõstant materia/forma/& motu: quæ separari ab ĩuicẽ cogitatõe qdẽ possũt: re ãt nõ possũt. ab his igitur trib) tria illa genera philosophiæ ducũtur: a motu theologicũ: cũ primi motus causa nõ aliud sit q̃ deus: a matheria physicũ: a forma mathematicũ. Hæc ẽ Ptol. sñia in qua tot esse apđ bonos philosophos errata quot uerba nemo paulo doctior dubitauerit: neq;. n. oĩa ex illis trib). Qđ si oĩa dũ dicit naturales res intelligit/quomõ circa has uersabitur ip̃a philosophia in tria illa deinde genera diuisa: physicũ: diuinũ: & mathematicũ: Sed neq; ex naturalib) qcq̃ constat ex motu quãq̃ nõ fiat/nec ꝑmaneat sine motu: sed demus ei hãc ueniã loquendi. Arist. ip̃e quẽ ꝓbat qũo ei dabit a motu oriri genus theologicũ? Cũ & ip̃e deus q̃tenus primi motus auctor & cã nõ a theologo sed a philosopho ĩuestigetur. Reliq̃ etiã aut falsa aut quæ facile uideas ab hoĩe ꝓlata paꝶ pito gnaroq; philosophiæ. Iã uero ex libris apoteles. quos uocãt q̃dripartitos ĩsigniores errores & magis euidẽtes cũ & lunã hũidiorẽ credit: qa hũidus uapor a terra ad eã reliqs astris terræ ꝓximiorẽ ascẽdat: & eadẽ rõne aridũ saturnũ: qa ab his uaporib) magis elõgetur: eũdẽ uero & frigidũ eẽ qa sit ꝓcul a calore solis: iouẽ tẽpatũ ꝙ ĩter gelidũ saturnũ & feruidũ martẽ medius collocet: atq; alia hoc genus multa de sydeꝶ ꝓprietatibus quæ exibilabũt philosophi potius q̃ cõfutabũt. Et q̃q̃ magistri errorem erubescẽs arabs enarrator conetur ĩ sensũ aliũ Ptol. uerba trãsferre: ip̃e tam̃ defendi uel excusari se Ptolemæus nõ patitur/q adeo hæc asserit affirmat & sæpius iterat: ut de sensu eius dubitatio nulla relinquatur. Tu uero ex uno hoc disce oẽs & ex optimo indica deteriores. Primus fere a Ptol. habetur Albumasar: is nec philosophus fuit nec dialecticus: & ĩ mathematicis ĩperitus. erat. n. grãmatices artis ꝓfessor: & a scribendis historiis ut narrat Auenrodan ad astrologiã se conuertit: in qua etiam sua ꝓfessione q̃ esset uetus uel hinc cognoscas ꝙ Ptolemæum astrologum ex ægypti regibus putat fuisse qui Alexandro successerũt: quasi inter hos & illũ non plus qngentis etiã

Qualis Ptol. in litteris.

Sñia Ptol.

Cõtra Ptol.

Cõtra eũdẽ.

Qualis Albumasar.

annis intercesserit/cū reges Ptolemæi ante xp̄m per quadringentos ānos floruerit
Quo tēpore Ptolemæus. Ptolemæus astrologus sub Adriano scripserit & Antonino. uide mirū reꝝ altissima
rum indagatorem & obseruatorē fidelē: qui in re tā aperta tāta sit ingenii uel som/
nolentia uel tarditate? Idem in astrologicis rebus quantum errauerit q̄ apertis cō/
Qualis Maternus. fessisq; mendaciis institerit quasi ueris/postea declarabimus. Quid memorē Ma/
ternū & in rudimētis arithmetricæ sic allucinantem: ut scribat: quid decernat Mer
curius/cū in nocturna genitura cæli mediū occupauerit q̄si a sole Mercurius plus
quadraginta aut circiter partibꝫ abesse unq̄ possit: aut a cæli medio sol per noctem
plus septuaginta semper nō absit. Mitto alia multa in quibꝫ cum semper multæ lo
Qualis Mallius. quentiæ/exiguæ semper sapientiæ hoīem deprehendes. Iā Mallium nisi esset poeta
bone deus/quo risu ꝓsequeremur: qui cælestes illas quas fingit imagīes paucis stel
lis inchoatas potius dicit q̄ absolutas/ne pluribꝫ ibi ignibꝫ accensis incendio mūdus
flagraret. Ad iuniores nō descēdo hoīes plebeios & idiotas ad quos quasi ad iustos
Qualis Bonatus. possessores tota fere professio deuoluta est. Est Bonatus īter eos primæ auctorita/
tis. Is non ignarus modo est philosophiæ/sed furit plane atq; delirat. Lege eius pri/
mum librum de iudiciis in quo super opere ip̄e ꝓœmiatur/Mentior nisi Hellebo/
ro dignū hoīem iudicaueris. struit ubi desipit minus rōnes quasdā quibꝫ astrologiā
ꝓbet esse uerā: illas qd dicā falsas/īmo supra q̄ dici possit pueriles atque ridiculas:
Quā uero putat efficacissimam illa est quadriuiū destrui si astrologia tollat̄. Esse
enī unā ex quatuor artibꝫ mathematicis: uide ut nescit etiā quid sit hoc ip̄m qđ ꝓ/
fitetur? Astrologia.n.hæc diuinatrix quā cōfutamus tm̄ distat ab ea quæ mathe/
maticis ānumeratur quātum a tenebris lux/quantū ueritas distat a mendacio. Et
hæc quidē quæ futuroꝝ p̄dictionem usurpat si prior illa uerior q; tollatur stare non
pōt: at non remeat ratio ut diuinatrice sublata/mathematica quoq; illa auferatur:
quod adeo est perspicuū: uel his qui prima harū artiū attigerīt elementa/ut pluri/
bꝫ hoc declarare superfluum sit. Ptolemæus ip̄e in ꝓœmiis apotelesmatō postq̄ de
duplici dicit astronomia: tamē ad priorē & mathematicā referens sermonē ita īqt.
το μεν πρωτον: & quæ sequuntur

Quod si forte quibusdam īter/
dum bonis iudiciis nō displicuit ista ꝓfessio: nō statim tamen est bonū qđ bonus ēt
aliqs nō improbauerit: qm̄ & boni nō semp usq;quaq; boni & docti p̄rogatiuā oī/
bus numeris pauci cōsequūtur. & si dicendū ē aliqd παραδοξον: nō oēs docti
philosophi/philosophi semp sūt. Sed illud etiā opus meminisse eē ueritates q̄sdam
qbꝫ nobis libido aliq̄ reluctatur: eē qbꝫ nulla ī prīo genere oīa quæ sūt de moribus
& theologica multa cōtinētur: ī altero maxīa ps quæ de physicis rebꝫ & mathema
cis est. porro hanc ueritatem quam nos tractamus de uanitate astrologiæ ad pri/
mū genus spectare manifestum est: quoniam innatum homini curiositatis uitium
illi repugnat: quod cum sit inter omnia potentissimum cum sit homini proprium
quatenus hō est: efficit īterdū ut plures huic ueritati uel inuestigādæ non uacent:
uel īuentæ ēt nō libēter accedāt: Et quēadmodū multi post tractatas philosopho

aduersus auaritiā euidentissimas rōnes/opib͡ȝ tamen inhiant cumulandis: sic plæ/riq; postq̄ eis cōstiterit uera oīno esse posse quæ astrologi dicūt: ab astrologis tamē īnata curiositas ægre se diuellit: & si reꝝ auidi nouaꝝ etiā fabulas audimus libēter ita curiosi futuroꝝ & mētientes in illis astrologos cū uoluptate sentimus. Accedit q nos semp infatuat nimius amor nostri q quæcūq; attinent ad nos ꝓspera uel aduersa facile spernit/facile timet & ad ea quærenda etiā ubi inueniri scimus nō posse cæca tamē identidē cupiditate sollicitat. Quid ꝙ uulgato hoc diuturno cōsensu præiudicatū quasi multi existimāt etiā oīno eē aliqd astrologiā: nec illud eis unq̄ uenit in mentē ut ītrospicerēt/qs nā fūdus huic rei/aut q̄ solidū firmamentū subesset Quare quoscūq; fere ista uanitas tenuit/īuenies aut paꝝ fuisse philosophos aut certe paꝝ astrologos: quoꝝ altero ne uideātur altero ne iudicētur errores eoꝝ effici p̄t. Deniq; gustata forte potuit placuisse q̄busdā/potata uero philosophi palato nūq̄ satisfecit. Habet. n. ī fronte aliqd qđ alliciat/qđ magnū/qđ uerissimile qđ utile uideatur: sed ubi altius introspexeris falsa/incerta/fabulosa/oīa uides: aut nullis aut debilissimis q̄busdā cōiecturis nata: de quib͡ȝ postea libris sequētib͡ȝ abūdanter lateq; differemus. Veꝝ illud forte & aliquē fefellerit/ꝙ cū sint aliquoꝝ & philosophorum & astrologoꝝ affinia noīa poterit existimari eosdē fuisse q & philosophica & astrologica cōscripserint. Est. n. Albumasar apđ philosophos ē itē apud astrologos sed quāq̄ hæc noīa latinus sermo cōfuderit/apđ arabes tamē diuersa dinoscuntur. nā q philosophus ē Abumasar: q aūt astrologus Aboasar apellatur. Scripsit etiā Abubater de natalib͡ȝ p̄dictionib͡ȝ: & eodē noīe alius philosophica p̄cipueq; librū quo qsq; pacto p se philosophus euadat: quem āno supiore ex hebreo uertimus ī latinū: Sed ille Altasibi. hic uero Tripdis filius: Eadē in plerisq; affinitas noīum q̄q̄ & tēpoꝝ & ꝓfessionū magna dissensio: Et de philosophis qdē satis: Trāseamus ad ꝓphetas: hoc ē ad ueteris & nouæ legis oracula ab Esaia exordiū facientes. Is igitur cū babiloniis apud quos hæc secta maxime uiguit: unde astrologi etiā chaldei dicebātur/futuꝝ excidium minaretur: & Cirū regē Persaꝝ p ducentum etiā ānos anteq̄ nasceretur unctū appellatū aduersus illos dimicātē/tubis excitaret/ita chaldeoꝝ ciuitatē desolandā alloqtur. Stent nūc & saluēt te augures cæli q cōtēplabātur sydera & supputabāt menses ut ānuciarēt euētura tibi. Ecce facti sūt q̄si stipula ignis cōbussit eos/nec liberabūt aīam suā de manu flāmæ: & ante hæc paucis interiectis de hac cælestiū obseruatōe eos ita taxauerat sapīa hæc & scīa tua decipiet te: ueniet sup te malū & nescies ortū eius: & irruet sup te calamitas quā nō poteris expiare. In qb͡ȝ uerbis ꝓpheta diuinus duplicē astrologoꝝ temeritatē accusat. quaꝝ altera ē putare se ex cælo posse futura p̄uidere: altera cū sint p̄uisa uel depellere mala uel bona cōfirmare. Veniet igitur inqt malū cuius nescies ortū: hoc ē ꝙ tibi nec mars/nec saturni frigida stella p̄significauerit: Tū nec irruentē calamitatē poteris expiare: hoc ē horaꝝ electiōib͡ȝ & astrologicis imaginibus aut supstitiosis aliis machinamētis a te ꝓpellere. Dignū aūt aīaduersiōe cōsutari p hæc respōsiōes eorum qui chaldei pariter esse uolunt & christiani. Soliti enim dicere non simpliciter

Affinitate nominis quosdā deceptos.

Liber ab auctore uersus in latinum ex hebreo.

Testimonia ꝓphetarum.

damnari a sanctis & ꝓphetis astronomiã. Sed quatenus solũ aut uitia aut uirtutes referunt ad cælũ: aut rerũ humanaꝝ euenta fatali necessitate deuinciũt: quare cum hos errores boni etiã astrologi cõfutent, nõ astrologiæ sciam, sed astrologorũ quorũdã errata illos abhominari. Dicant igitur mihi & Petrus alliacensis & qcũqꝫ hac se defensione defendunt: an ad mores spectaret ꝙ Assyrius bellũ rex persarum inferret? Et iam si ad mores nõ attinet: cur ꝑuideri tamen a sũmis astrologis id non posse ꝓpheta existimauerit? Qđ si ĩ eo etiã errore fuissent: ut quæ essent futura necessario uentura putarent: nõ eis obiiceretur uenturã calamitatẽ per eos non expiãdam: quã nec expiari posse ipsi tamen sperarent: qui necessario euenturam illã ut oĩa existimarent. Sed nec ullo recto inditio bone artes dãnantur, qa mali quidam eis abutuntur. Alioqn damnãda erat ĩprimis sacraꝝ lectio litteraꝝ: unde tot hereses, tot suas insanias, indocti quidã superbiqꝫ cõfirmarũt. Dãnãda itẽ philosophia: quoniã hic philosophus aĩam mortalẽ, ille unicã dicat in oĩbus: Alii negent ꝓuidere deũ hoĩbus: alii ullã oĩno esse religionem. At euertẽtur hac rõne oĩa bona cum nihil sit adeo bonũ quo abuti natura hoĩum nõ possit. Quare qui ita se defendunt iudiciũ ecclesiæ: quod cõtẽnere erubescunt, oblique interĩ grauiter calumniantur. Sed cogi oĩno possunt ut uel repudiare istam uanitatẽ uel a maioribꝫ suis hoc ẽ ecclesiæ ducibꝫ deuiare in sinistra nõ possint. Nã quacũqꝫ illi ratione astrologiã damnauerint: dicant quæso iusta ne damnauerint? an iniusta? iniusta dicere nolunt, si iusta: cur nõ cum illis uos quoqꝫ eã pariter dãnatis? Sed damnamus ĩquiẽt & nos illos errores ꝓpter quos illis astrologia displicuit. At ego illud quæro cur non ꝓpter eosdem illa displicet uobis? Nã interdicere illos astrologiã nõ quadãtenus sed oĩno oẽm ꝓsequi, abhominari palã est, & mox ostendemus. Vos factũ cõtenditis propter quosdã errores, esto: sed illud respõdete, an recto inditio ꝓpter illos errores tota abiiciatur: si recto cur nõ idem facitis uos ĩmo quam damnauerũt uos approbatis: quã insectati sunt defenditis: quã interdixere disseminatis: quã sciri nolũt publice docetis. An quod inquit Alliacensis crescenti fidei potuit obesse: ideoqꝫ primi eam doctores nascentis ecclesiæ sunt prosecuti: nũc adulta non nocet ĩmo prodest etiam & uehementer. At qui hoc postea confutabitur: nã pestiferam illã ut olim: ita nunc etiã esse palam demonstrabimus: quod ipa etiamnum experientia demõstrat. sed nec erat illa damnanda: sed eius abusus. Cur igitur philosophiam qdẽ nõ damnabãt: sed impietatẽ quorũdã philosophoꝝ: nõ aũt pariter astrologos sed ipam astrologiã? Vtique quoniã in philosophia si quid erratur ꝓfessoris est uitiũ: ĩ astrologia ipa professio uitium. Quoꝝ auctoritatẽ una cũ rõne etiã nos secuti aduersus impios disputantes: nõ philosophiam sed philosophoꝝ errata confutauimus. Hic aũt nõ astrologos sed astrologiã: quoniã ipa astrologia error est. Sed redeamus ad testimonia ꝓphetaꝝ. Deus p Mosen ita loquitur nobis. Gentes augures & diuinos audiunt: tu aũt a domino deo aliter es ĩstitutus, pro eo aũt ꝙ nos legimus augures ĩ hebreo est   mhonen p quos Achinas maximus doctor hebræorũ eos ait intelligi, qui tempora putant & fœlices horas ac infelices obseruant: denuãt

Achinas.

enim dictio illa ab quod horam significat: Hieronymus augures transtulit. Sed & apud Esaiam astrologos augures uidimus nuncupari. Neque.n. nomen astrologorum usquam in sacris litteris. Nam & ipsa habet uarias locutiones: & uarias uariis temporibus superstitio ista appellationes sortita est. Olim.n. chaldei & genethliaci, Augustini temporibus mathematici & planetarii, nunc astrologi passim uocitantur. Quod autem Hieronymus & eo loco & alibi plerunque transtulit diuinos in hebreo est chisem: quod Auenazra ipse, quamquam astrologus, ait, hoc est quidem commune omnibus diuinantibus: sed proprium magis nomen astrologorum, Hieremiæ illud quis ignorat? A signis cæli nolite timere quæ gentes timent. Quid igitur homo christianus astrologorum iudiciis uel gaudet uel tristatur a quibus nihil sperandum Esaias: Hieremias nihil timendum: imo per utrunque diuina nobis ueritas affirmat, cum totum hoc quod profitentur sicut inquit Ambrosius quærere absurdum, cum quæ pollicentur sint impossibilia. Vnde cæli dominator apud Iob. Nunquid nosti ordinem cæli & pones rationem eius in terra? & infra. Quis enarrabit cælorum rationem? Duplex.n.error astrologorum, alter quod multa cælo subiiciunt quæ inde non dependent: alter quod quæ etiam efficit cælum, inde tamen ab eis, ut putant, prouideri non possunt: quod allata in medium apud Iob uerba nobis ostendunt. Et cum doctores ecclesiæ utrunque pariter refellant quomodo dici potest id eos tantum non probare quod libertatem tollat arbitrii: aut fati necessitatem inducat. Augustini ratio illa de geminis nonne eo tendit ut omnem tollat ab eis præscientiam futurorum? Idem in Enchiridion, nonne ipsam solam temporum obseruationem: ut hæc fausta: illa infausta putemus ad magnum dixit pertinere peccatum? Cum tamen in hac horarum dierumque electione libertatem potius nostram exerceamus quam auferamus.

A uenazra. Hieremias. Ambrosius. Iob. Testimonia Augustini.

Sed ita est certe displicebat eis undique astrologia licet ea maxime parte qua religionem & mores cælo subiiciebat. hac eam execrabantur ubique confutabant: hac impiam arbitrabantur ubique uanam: hic blasphemiam ubique superstitiosam: hic abhominabilem, ubique ridiculam. Quare Augustinus in libro de doctrina christiana ad pernitiosam dixit superstitionem pertinere eos qui genethliaci dicuntur: non solum quia actiones nostras: sed quia & actionum euentus a stellis putent procedere: & in libro confessionum de planetariis loquens hoc est astrologis quos christiana inquit & uera pietas expellit & damnat: & illud Moseos exponens: Posita sydera in signa & tempora: non signa inquit dicit quæ obseruare uanitatis est, sed uitæ usibus necessaria: qualia nautæ, agricolæ: & id genus artifices obseruant. Eodem loco Basilius eam occupatissimam esse dixit uanitatem: Ambrosius inutilem & impossibilem: Theodoretus a philosophis etiam confutatam: Chrisostomus: uanam: falsam: ridiculam. Legamus Bardesanem: Eusebium: Didymum: Apolinarem: Tertulianum & innumeros alios plures etiam apostolicos uiros: & quid plura uidemus hebreos hereticos gentes eadem genus hominum hoc censoria uirgula prosequutos. Quo factum ut miraretur Augustinus cum redarguentia hæc astrologos testimonia tali celebritate in ecclesiis legerentur plena tamen esse conuenticula nostris hominibus: : qui tempora rerum agendarum acciperent a mathematicis. Idem cum super psalmo tertio & sexagesimo ad populum

Basilius Ambrosius Theodoreth. Chrisosto. Bardesanes. Eusebius. Didymus Appolinaris. Tertulianus.

concionaretur mathematicum ꝑduxit pœnitentem qui ꝓfessioni.s. renunciauerat nō aliter q̄ si aut iudeus aut ethnicus aliquis regenerationis lauacrum accepisset: q̄ pulchre idem interpraetans Ioannē isaniæ nostræ nos admonet qui ad astrologos liberi intramus ut exeamus serui: & mendaciis emptis libertatē illis nostram erogamus. In libro uero de natura demonū ait expresse nemini licere post christū geniturā alicuius de cælo interp̄tari. Hieronymus ex opprobriis ægypti hoc est reliquiis idolatriæ esse ait requirere stellarum cursus & futuroꝶ ex eis euenta rimari. Seuerianus in libro quem de septē artibus quoniā falso quasi Cassiodori citat Rogerius postq̄ de uera dixit astronomia: Tum ea inqt quæ attinent ad p̄uidēda futura ita debere nesciri: ut nec scripta esse uideātur: sunt.n.fidei nostræ sine dubitatione contraria. Hæc ille ad uerbū. Quod si qs tantoꝶ hoīum & tā p̄cellentiū sententia nihil mouet, detereat saltē pontificalis auctoritas quæ istā ꝓfessionē ita nostris hoībus interdicit: ut Alexander tertius pōtifex maximus, sacerdotē nescio quē integro anno a ministerio altaris uoluerit abstinere: ꝙ per astrolabiū cuiusdā ecclesiæ furto iuestigando aliqd eēt perscrutatus: quāq̄ ut idē pōtifex testatur nullā ibi aut magicam, aut aliā superstitionē admisisset. In Martini pontificis synodo scriptum: non uere xp̄ianos aut lunæ cursus, aut stellaꝶ, aut inanem signoꝶ fallaciam pro domo facienda uel sociandis cōiugiis obseruare. sed & sub nomine ēt aruspicū astrologus decreto Gregorii iunioris anathema ꝓnunciatur. & in concilio Toletano: Si ipse p̄sbiter aut diaconus fuerit in monasteriis relegatur scæleris ibi penas perpetua illa detentione daturus. Solent.n. ut docet Augustinus ī libro de natura demonū sub aruspicū nomine apud nostros designari: qui dies & horas in agēdis negociis operibusq; custodiūt. ubi notari illa maxime uidetur pars astrologiæ quæ ē de electionibus. Quis iam igitur audeat hō xp̄ianus (cunctis.n.nunc mihi sermo) astrologiā tueri sequi, extollere, a lege ꝓhibitā: a ꝓphetis dānatam: a sanctis irrisam: a pontificib⁹ & sacrosanctis synodis interdictā? Quod si mihi opponas Albertū theologū p̄stantissimū fautorē tamē astrologoꝶ: admonebo te primū multa referri ī Albertum, quæ Alberti nō sunt: quod & supra tetigimus. Tū si mihi forte obiicias libꝶ de licitis & illicitis ī quo reiicit qdē magos: astronomicos aūt ꝓbat auctores: rēpōdebo existimari qdē a multis esse illud opus Alberti: sed nec ip̄m Albertū nec libri inscriptionē usq;quaq; hoc significare cū auctor ip̄e qcunq; demū fuerit nomē suū cōsulto & ex ꝓfesso dissimulet: qd? ꝙ in eo multa legūtur indigna homine docto: & bono christiano: qualia illa sunt, imagines fieri posse quib⁹ etiā nō unus hō: sed una etiā ciuitas tota uel infœlix fiat uel infortunata: tū non esse magicos libros abiiciendos qui ecclesiæ utiles futuri aliquādo sint. Est.n. hoc plane aduersum iudicio ip̄ius ecclesiæ: quæ illos ubi locoꝶ fuerint inuenti, uri iubet & ꝓrsus exterminari. Nam qua ratione utile erit seruare integros libros quos utilimū erat nunquā esse cōscriptos? Quæ utique aut nō scripsit Albertus: aut si scripsit dicendū ē cū apostolo: in aliis laudo: in hoc nō laudo: sed sicut inuidiæ est quærere in magnis uiris potius qđ damnes q̄ ꝙ extollas: ita insaniæ sicubi defecerunt nō potius dānare uelle

Hieronymus
Seuerianus:
Detestatio astrologiæ p ecclesiastica decreta.
Alexāder.iii.
Synodus Martini
Gregorius.
Conciliū Toletanum
Augustinus.

q̄ imitari. Laudabo ego in Petro Aliacen. studiū litterarum: experientiam rerum: multiplicem lectionem: & quod scite atq; subtiliter theologica quædā scripserit & tractauerit. ꝙ uero altero opusculo astrologiam historiæ: altero theologiæ cōciliare uoluerit: ut ibi uerā: hic piā rōne probaret: plane nō laudo / sed dāno / execror: atq; detestor: cum tueri pōnem nullam possimus aut magis falsam / aut religiōi magis aduersam: de qua re quoniā in sequētibꝫ libris late disseremus nihil ultra hoc loco dicendū: Ibi enim etiam suis fautoribus testatum abunde relinquemus / esse illud libellos & inimicos religioni & tot erratis historicis & astrologicis plenos ut dici nostrum illud possit: si uis errorem tollere / tolle librum. Diximus de philosophis & de ꝓphetis: restāt leges ciuiles: hoc est cæsaꝝ ac prudētium iussa atq; iudicia: quorum finis potissimū consulere utilitatibꝫ quibꝫ hoīum uita bene beateq; transigat: quæ cum inter omnia bonis maxime artibꝫ adiuuetur / noxiis ꝑturbetur: sūmo studio curauerūt / ut illæ quidē abundarēt / hæ nullæ (quantū fieri poterat) essent in ciuitatibꝫ: Quod ut cōsequerentur illaꝝ professoribus præmia honores decreuerūt Harum autem publicas ignominias & supplicia tanto grauiora: quāto noxias magis artes illas existimarūt. Ibi igitur de astrologis qd putauerīt nemo nescit qui legales iustiniani Cæsaris codices legerit: in quibus ars mathematicoꝝ (sic enim se uocabant astrologi) ut abhominabilis interdicitur: mandante imperatore ne quis mathematicum consulat: sed omnibus sileat ꝑpetuo curiositas iudicandi. Si quis aūt mathematicum consuluerit capitis ei (quod est summū supplicium) pœna denunciatur: quod profecto nō statuisset sapientissimus imperator tot & sapientum usus & legibus & iudicio: nisi non solum uitæ inutilem / sed pernitiosam hominibus istā professionem experientia demōstrasset. Ipse fœlicissimus iustinianus ita hoc hominum genus horrebat: ut si quis in eius comitatu deprehenderetur mathematicus: sūmis ad eculeum usq; tormentis / temeritatis suæ lueret penas. Tum postremo de hac loquens superstitione pronunciat imperator eiusdem esse culpæ affines: & qui docent ista & qui addiscūt Ante Iustinianum etiam nōne legimus sæpe expulsos urbe roma oēs mathematicos: qd' ī calce istaꝝ disputationū apte demōstrabimus. Quod si omnis ratio recta / uel prudentia regitur / uel philosophia perficitur: uel diuini splendoris radiis illuminatur erit profecto astrologia omni recto iudicio ꝓfligata: quam & prudētissimi legum latores exterminarūt: & doctissimi philosophorū cōfutauerunt: & uiri diuini atq; sanctissimi abominati sunt.

Testimonia iuris ciuilis.

Iustinianus.

Conclusio libri huius.

Disputationū Ioannis pici Mirādulæ aduersus astrologos libri primi finis.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER SECVNDVS.

Caput primū Incertā esse artē istā iudicio etiā principū illius.

Ed ne sola auctoritate pugnemus demonstrabimus toto hoc ope certis rōnibꝰ reiectā iure a sanctis istam superstitionē/qa religioni maxime aduersaretur: utiliter legibꝰ interdictā/qa uitæ inutilis sit/īmo noceat & puehemēter rationabiliter a philosophis cōfutatā/ut quā falsam incertāq; cognoscerent. Et quāq̄ inde uidebatur exordiendū ut falsa demōstraretur qm̄ statī inutilis etiā reddebatur. Aliter tamen faciendū putaui: ut. s. priusq̄ de eius falsitate disputarem/ostenderem amatoribꝰ astrologorum etiā si esset talis ista professio qualē ipsi eam faciunt & affirmant: nullum exteriori homini ab ea cōmodum prouenire: interiori autem non solum maxima detrimenta: sed etiam exitialia: quod priusq̄ aggrediamur/pfari quædam oportet ex quibus intelligamus quātum suæ professioni summi ipi astrologorum principes tribuant. Ptol. igitur in primo apotelesmaton postquā iudicia astrologorum sæpe esse mendacia dixit uicio prædicentis. tamen hæc ita subiicit ad uerbum quæ nos uolumus transferre: quare male habentur in translatione cōmuni: & peius in translatione Auenrodan. & ab eo male exponuntur: sed cum fideliter erunt translata expōne non īdigebunt. Veꝝ illud tum liquet etiā si quis disciplinas istas uestigiis rite quantum fieri possit indagauerit necesse eē tamē: ut is ēt q̄ sæpissime offendat: non ualet ob illa quæ supra diximus: sed uel ob ipsam potius rei naturam: uel quoniā maior est nostra imbecillitas: q̄ ut tantæ professionis magnitudini pares simus. Et enim cum omnis contemplatio quæcūq; in materiæ affectionibus uersatur magis uerisimilia captet: q̄ quicq̄ pro uero decernat. Tū uero hoc illius maxime ꝓprium quæ quasi cōfusa ex multis īter se dissimilibus est: atque ex antiquis errantiū syderū figuris aspectibusque depēdet. quoniā quæ circa rerū euentus obseruata sunt a priscis: ea nos ætati nostræ quotiens quidē ad eundē modū se res habet accomodamus. Cæterū quis non uidet euenire illud posse: ut figuræ ipē atque aspectus magis minusue inter se similes sint longis temporum anfractibus: ut aūt concordia prorsus eadem cunctoꝝ quæ in cælo sunt: pꝛsertim si terram quoq; adiunxeris reuertatur: ne sperādum quidem uidetur nisi qs forsitan inaniter gloriose q; se iactet in comprehendendis cognoscendisq; rebus quæ uel comprehendi suapte natura penitus nequeunt: uel eo certe spacio temporis: qd̄ sit hominis modo sensibus indultum. Quo fit ut dissimilibꝰ propositis exemplis ēt quandocunq; in pſcitis aberretur. Atque in his aspiciendis que circa ambiētem nos rerum naturam proueniunt. Nihil præterea est arduum: in ipsis autem genituris atque in priuatis omnino singulorum collatiōibꝰ: nec paruæ nec leues incidūt causæ quibus sui cuique mores conciliantur. Nam & seminum differentiæ plurimum

ualent ad generis proprietatem: quādo etiā si idem corpus ambiens, idemq; finitor sit, plurimum tamen momenti habet unumquodq; seminum ad uniuersalem figuræ peculiaris informationem: puta in homine, equo, & aliis. Afferunt & loca generationis non minimum discriminis. Nam si genus idem seminis: ut uidelicet humanum statusq; idem fuerit ambientis omnia corporis: plurimum tamen ex regionum diuersitate corporibus animisq; distant qui gignuntur: plurimum quoq; interest ad uitæ actus uariandos etiam si cætera paria sint: quibus quisq; cibis, aut quibus utatur moribus: quod nisi unumquodq; horum intra ambientis corporis causam contineatur (quod uim. s. hanc habet potissimam) ut illis ipsis quāobrem talia sint, pars aliqua sit causæ: quod contra eum sit plurimum habere omnino possunt In quo hesitent hi qui se omnia posse opinantur: quāuis non eadem plane sint: ex sola tamen sublimium corporum motiōe dinoscere. Hæc ibi Ptolemæus qui primo etiam enunciato alterius libri qui inscribitur fructus uulgo cētiloquium dicitur de scientia loquens astrologiæ: ita inquit fieri nequit: ut qui sciens est particulares rerum formas pronunciet: sicuti nec sensus particularem sed generalem quandam suscipit sensibilis rei formam: oportetq; tractantem hæc rerum coniectura uti soli aūt numine afflati prædicunt particularia: hæc ille ad uerbum: quāq̄ aliter & mendosa & deprauata in uulgatis codicibus habeātur. Sed & arabum & hebreorum qui astrologica scribunt, indubitata sentētia est: quodcūque stella sua promiserit posse tamen non euenire: & quia materia nō idonea sit influxui suscipiendo: & quia humana ab arbitrio nostro plurimum dependeant: & quare fatum particulare uniuersalioris fati aduersantis potestate superetur: & quare fato omni potentior, & cælo maior diuina prouidentia, fieri interdum aliter ordinet, q̄ ordinaria cæli reuolutio erat effectura: quæ cum passim sparsa apud astrologos: tam̄ simul omnia leges apud Auenazrā capite primo libri de natiuitatibus.

Caput II Auspicationes quas electiones dicunt inutiles esse: testimonio unius astrologi, ratione, & experientia.

i Am hæc si sint uera proferat astrologus quodnam emolumentum ex eius prædictionibus uita consequatur. Respondebit fortasse duplex: alterum uerum dicit & horam doceri qua auspicari actiones nostras debeamus: ut fœliciter fiat quod facturi sumus: Alterum cum prædicit quod est futurum. unde illa est utilitas: ut quibus in rebus infœlices nos fore cognouerimus illis abstineamus: contra ea aggrediamur: in quibus fœlicitatem natalitia nobis hora polliceatur. sed age excutiamus utrunque ab eo exordientes quod primo loco proponebatur: Et quoniam nobis cum astrologis disputatio utamur his maxime assumptionibꝰ quæ apud eos uerissime existimantur. Aut igitur in re quam auspicato facturus es fauorabile tibi cælum natalis constellatio fecit, aut aduersum: si aduersum non prodest auspicatio ex sententia Ptolemæi: quare rem illam infœliciter semper aggredieris, & ab ea semper fœliciter abstinebis: si fauorabile nulla opus horarum electiōe: sed tua tibi electio sufficit: quoniam tunc fœlicissime rem illam aggredieris: cum Auspicatōes inutiles esse.

te ad illam animus inuitabit. Neque enim aliud est esse fortunatum (si fortunatus aliquis est a cælo) q̄ uim nostram imaginariam famulam rationis ita cælitus moueri: ut his & modis & temporibus unumquodq; faciendum suscipiamus: quilibet q̄ fœlicissime uotum perfici possit: quo circa dixit Aristoteles non prodesse fortunato consilium: in ea. s. re in qua eum natura fortunauit: ne forte alio te cōsiliū distrahat & abducat q̄ institutus ille animi impetus te uocabat. Mitto q; Haly interpres Ptolemæi friuolam esse ait & inefficacem hanc partem astrologiæ quæ est de lectionibus. Mitto fidem ipsam experientiæ qua nulla certior: nulla constantior: ea enim quotidie facit manifestum eos potissimum in suis rebus agendis parum esse fœlices qui uanam hanc temporum discretionem obseruant. Contra: longe fœliciores qui ista superstitione reiecta sola electione & prudentia ducibus utuntur: Quis enim nostra ætate fortunatior Francisco Sfortia? qui militari fœlicitate amplum sibi & florentissimum insubrium parauit imperium: & posteris auctum confirmatumq; reliquit. Cui tamen semper omnes astrologi uel odio fuere uel cōtemptui: ne dum eos in suis rebus aut bellicis aut domesticis consiliarios adhiberet. Quis Zoroastre inter antiquos in astrologia, in magicis & in omni superstitione potentior? & tamē eum in bello & uicit & occidit Ninus, nec astrologus utique nec magus. Pompeius diuinatorum responsis plurimam fidem: Cæsar nullam adhibebat: illi aduersa huic fœlix læta q; fortuna: Cæsarem Iustinianum exterminatorem, ut uidimus astrolologorum, domi & militiæ fœlicissimum quis ignorat? Contra: Iulianus imperator & christiani nominis inimicus, & omnium superstitionum curiosissimus obseruator: q̄ breui q̄ infœliciter & uitam amisit pariter, & imperium. Possem ego tamen unum aut alterum etiam astrologos doctos & mihi familiares afferre nominatim quibus fides istius uanitatis: ad quam. s. uitæ rationem instituerant, uel exitio fuit uel detrimento non mediocri: sed nolo homines alioquin bonos infamare: & in re ueritati non admodum necessaria sanctæ amicitiæ iura uiolare. Sed utinam huic quidem patrimonium non abstulisset: illi patriam & uitam: multos spe uana stolidos & insanos: multos timore miseros non effecisset. Ita mea delicta deus non uideat, ut nullos uidi earum rerum magis ægenos: quas suis hominibus astrologia ꝓmittit, q̄ qui astrologiæ penitus se deuouerūt: & per eam cæli fauorem in horas singulas aucupātur. Mutauit uir quidam magnus mihi notus uitæ rationem facta ex hoc consilio prioris fortunæ iactura non mediocri: astrologica maxime spe commonitus q; in noua professione magnas fœlicitates cælesti fauore esset consecuturus.

At uero in ea cum aduersam quotidie magis fortunam experiretur solitus erat dicere, a marte se deceptum: nolens illud dicere quod erat uerius, ab astrologica uanitate se deceptum. Idem paulopost obiit morte etiam ualde miserabili: quam nec a cælo ipse præuiderat. Parabat enim multa & magna moliebatur: ut qui sibi adhuc longos uiuendi fines constituisset. Possem multa hoc genus cōnumerare: sed refugit animus narrationem earum rerum quæ uix sine lachrimis possum memi-

Aristoteles. Haly Experientia. Frācīscus sfortia. Zoroaster Ninus. Pompeius. Cæsar. Cæsar iustinianus. Iulianus.

nisse: & quoniam inciderunt in homines amicissimos cōmiserationem exigunt potius a me q̄ reprehensionem. Sed utinam hæc dissimulatis nominibus ueterū amicorum inuita redargutio/amicis uiuentibus prosit quos per omnia quæ mihi cum illis amicitiæ iura intercedunt: per fortunas eorum: per uota fœlicitatis admonitos & rogatos etiam atque etiam uelim: ne unq̄ in suis rebus uanitatis istius cōsilio se cōmittant/habeant eam(si ita libet)quasi poeticam fabulam super qua rideant: ludant: iocentur: pro duce: pro magistra uitæ nō habeant. Sed ubi saluti corpori erit consulendum medicos consulant: ubi externis prospiciendum prudentiæ & rationis oculis utantur: quorum utrunque diuina nos sapientia docet: quæ & creatum medicum dicit ab altissimo ad nostram necessitatem: & prudentiam ait homini esse seruandam ut eruatur a uia mala. De astrologia nihil tale scriptum inuenimus: cuius professionem ita probauimus esse inutilem: ut illi etiam tātum tribueremus quantum astrologi putant tribuendum. Nam cum erit deinde probatum nihil eā habere ueritatis/erit extra omnem controuersiam sufficienter: quod hic probare sumus conati/periculosissime credi res nostras consilio astrologorū. Quod si quando ex illorū prædictionibus recte usu accidat/non in rationē quæ nulla sit apud eos: sed in temeritatem casūque esse referendū.

Caput III Non esse utilem astrologiam in decernendo quid sit agendū: quid fugiendum.

a Lterum ut supra dicebamus astrologiæ emolumentū fingi potest: ut. s. eā rem prosequamur: quā nos sequi iusserit astrologus: Contra ea fugiamus quæ ille uetat. Quod utiq; uel superfluū esse uel noxiū ita demōstrauimus nā quod ille prædicit/aut ad ea attinet quæ sunt corporis: aut quæ externa atque fortuita. In his igitur quæ sunt corporis si spectant ad ualitudinem quæro astrologi ne iudicio/iudicium quoque medici pariter consentiat: an ab eo potius sit diuersum: si idem sentit uterque nihil tibi confert astrologus: quod medicus solus præstare non possit: si dissentiunt utri potius quæso putas accedendum. Sane si medicum repudiando astrologo te committas insaniæ pœnas dabis. In agendis rebus similiter interogo ne quod astrologia consulit prudentia etiam consulat faciendū. An hæc sibi iudicia penitus aduersent. si cōsonū/qd quod ītra nos est tam procul: quæramus in cælo/si dissentiunt quis recte/quis rationabiliter factū defendat: q in rebꝰ agēdis prudētia relinquatur. quæ nihil aliud ē q̄ recta rō reꝝ agendaꝝ/sed erūt hæc exēplis dilucidiora. Prædixerit igitur astrologus martē tibi hoc āno trīæū cōminari. Excitatuꝝ enī bilē ex potestate quā in annua habet conuersione: quare utendū frigidis potius & uitæ rationē aduersus ardorē martis īstituendā. hoc ipm qđ de cælo ipe p̄nunciat/aut ipi quoq; signa demōstrabūt/quæ a corporis tui dispōnibꝰ petūtur qbusq; medicoꝝ nititur cōiectura/aut nō demōstrabūt: si demonstrabūt hoc tibi erit satis indicii ad p̄cauendā futurā malā ualitudinē si non demōstrent: rogo recte ne factū putes ut cum nulla erunt indicia bilis exæstuantis.

Sed locium albicans & crassum: uenarum segnes pulsus: facies pallore deformis: membrorum pigricies/reliquaq; id genus quibus medici pro notis utuntur: nō bi/lis/sed pituite dominium indicabūt: tu tamen bilem euacues: quare martem tibi de cælo astrologus finxerit minitantem: quid ꝙ nec prudens tibi astrologus consu/let: qui etiā si de marte illa uere ꝓnunciet: potest naturalis tua temperatura: potest uniuersalis ipsius anni dispositio: potest uitæ ratio qua diu usus fueris/ ad cōtrariū te uertisse. Denique causam unam uidet astrologus quæ hoc possit efficere: & illā remotam ac uniuersalē. Medicus nō modo ex propriis & propinquis iudicat cau/sis: sed rem ipsam percipit sensu: & quod ex omnium simul causarum complexiōe dissultat ipā hoc monstrante naturæ præsentis euidētia tenet. Mitto ꝙ q etiā astro logorum iudiciis fauent: non ita tamen insaniūt: ut minus illa falli medicorum iu/diciis putent. Proponamus simile exemplum in tractatione rerum externarum: ut principi. s. consulat mathematicus: ne bellum ineat cum inimicis: quoniā mars ei parum propitius sit. Quæro utrum quo tempore hoc illi dederit consilium nulla iusta causa bellandi principi sit: aut si causa bellandi/nulla tamen occasio opportu/nitasque uincendi. An potius & bellandi iusta causa non desit/& ad uictoriā om/nia suppetant instrumenta. Si dederis primum iure non bellabit: sed sola duce pru dentia. Si sileat etiam omnino mathematicus Si secundū nec ipē utiq; astrologus si nō sua intersit/abstinendū bello iudicabit: & si abstineat qd erit aliud q̄ sensū & euidentiam ob rationem coniecturamq; relinquere.

Fxemplum s externus

Caput IIII Nō eē astrologiā religioni utilem: quod Rogerius bacon & Petrus Alliacensis existimarunt

Opīo Roge. bac. & Petri alliacen. Pria rō Petri Secunda.

a

T si uitæ inutilis est an religioni utilis fortasse? quod putasse uidetur & Ro/gerius bacon & Petrus alliacensis: atque hic quidem duplici maxime rōne altera ꝙ ex magnarum quas uocant coniunctionum astrologica supputa/tione haberi ueritas possit de numero annorum ab adam ad christum: de quibus inter ecclesiasticos codices tanta sit concertatio. Altera ꝙ confirmari prophetarum possint oracula: si illorum prædictionibus astrologicæ quoq; prædictionis testimo nium adiiciatur. Nam cum omne uerum omni uero sit consonum: necessario ue/rum astronomicæ scientiæ/theologicæ ueritati esse concordem: quinimo præ omni bus aliis scientiis illi ueluti ancillam dominæ subseruire/ cum inuisibilia dei per ea quæ facta sunt uisibilia conspiciantur: nihil sit autem inter illa cælo nobilius. unde ilud Dauidicum: Cæli enarrant gloriam dei & opera manuum eius anunciat fir/mamentum. Quam ipse opinionem quasi opere comprobaturus opusculum scri/bit per uiginti theoremata/quæ uocat uerba/distinctum: in quo plane tot errata quot uerba: titulus est de cōcordia astrologiæ & theologiæ: q̄si nō legerit Paulum exclamantē quæ societas luci cū tenebris? aut quæ participatio xp̄i cū belial? nititur aūt in eo opere duo illa efficere quæ dicebamus: ut. s. quæ ꝓphetæ afflati diuinitus p̄dixere cælesti etiā cōstellatione ostēdat p̄signata: tū ut ānoꝝ ab adā ad xp̄m com putatio ex astrologorum dogmatis inuestigetur. Adiicit alterū huic opusculū de

cōcordia astronomiæ & historiæ: in quo septem a mundi exordio coniunctiões maximas notās ad illas nititur referre: quæ mediis tpib9 magna & mirabilia ex historiis colligūtur: astrologorū hinc dogma cōfirmaturus/q ex magnis illis cōiunctiōibus/magnas semper in rebus humanis & legum & regnorū fieri uolunt mutatiões Et quidē optarē scripsisse illum potius quæ mihi laudanda eēnt q̄ cōfutanda: qm̄ ut ingeniū habens ad litteras amo/& psonā ueneror quā in ecclesia gessit. Sed forte illi etiā rem facturus sum gratam si qđ parum caute & uere se pfuturum scripsit ecclesiæ cū & falsum & noxium proculdubio inueniat/iusta hac redargutione/q̄tū erit in nobis oblitteretur. Duxit aūt hoīem alioquin doctum ī hunc errorē ignorātia potissimum astronomiæ: quā cum post studia theologiæ in quib9 in celeberrima parisiēsi academia se exercuerat/cœpisset iam senex paululum degustare/ allectus est magnifica illa specie istius artis de maximis differentis: & quæ in primis humana curiositas scire desiderat: & priusq̄ eo peruenisset ut infirmitatē dogmatis pscrutanda examinatōe dephenderet/scripsit pperāter nimis/duo illa opuscula de quib9 factus paulo peritior retractauit: deinde multa in eo libello quē uocat elucidariū/ cū tamen in eo multæ sint tenebræ: quos oēs libellos siquis legat rudis astronomiæ tātomagis mirabitur/quāto minus intelliget. Sed q uel mediocriter in ea arte pfecerit eū potius scriptorē/q̄ astrologū fuisse iudicabit: & quæcūq; dicit potius lecta ab eo/q̄ medulitus intellecta. Fere aūt quæcunq; scribit ex Rogerio Bacone: Abraam iudeo Henrico Macliuten. Albumasareq;: & sūma nescio q̄ Ioannis cuiusdā Britāni ad uerbum accipiuntur. Quod ipe aūt esset auidior tm̄/& parū peritus rerū astronomicarū/uel hinc pōt cognosci q in ipso elucidario quod est eius opus emendatissimū cap. xi. ait fuisse nos cū illa scribebat: anno. s. xpi quarto supra milesimum & quadragentesimū ī aerea triplicitate futurosq; per ānos adhuc unū & sexagīta donec. s. super mille & quadrigentos quintus & sexagesimus annus agererur. Tunc igitur futurā magnā saturni & iouis coniunctionē cū ab aerea ad aqueam triplicitatem mutatione. Ea uero mutatio p annos fere quadraginta precesserat āno. s. xpi quinto & sexagesimo supra mille atq; trecētos: quo tēpore die nona atq; uigesima mensis octobris in septima parte scorpionis saturnus & iuppiter simul fuerunt: & deinceps in aqueis semper signis ad hæc usque tempora se cōiunxerunt: nos et uero Alliacensis q per centum fere annos ante contigerat futurum adhuc præstolabatur. Alteram autem utilitatem quam ex astrologia idem putauit prouenire de uero. s. annorum numero colligendo abundanter refellimus eo libro quem de uera tēporum supputatione conscripsimus: quāq̄ si iuuaret rem publicam xpianam/hac parte astrologia non ad eam spectaret quam hic confutamus in futurorum prædictione uersantem: sed ad ueram astronomiam quæ una est ex liberalibus disciplinis cuius est tēpora supputare & syderum motus mathematica ratione metiri. sed non hic locus confutandi eius errores: quod sequentib9 libris sumus facturi. Ibi enī qđ attinet ad concordiā philosophiæ & theologiæ ostendemus quæ a pphetis enūciata sūt a cælo nec fieri nec significari: atq; ita si uera ēt sit astrologia: prædictionē

Cā erroris Alliacen.

Vnde sūpserit sua dogmata Detegitur Alliacensis ignorantia.

Liber de uera tēporum supputatione.

tamẽ earũ re℞ ad eam nõ ꝑtinere: qui uero quatenus qdẽ supra naturã sũt eximũt a cælo quatenus aũt naturale aliqd est in eis/& fieri a cælo & ꝓuideri per cælum cõtendũt hos ostendemus nihil dicere/cum dicere aliquid tamen uideantur: tm̃ aũt abesse ut ꝓphetica oracula per astrologo℞ decreta utiliter cõfirmẽtur: ut nihil fieri possit ad infirmandã religionẽ/potẽtius & efficacius. Tũ qui hoc facere sunt conati & mendaces semp esse deprehẽsos & impitos astronomiæ: tam̃ historica ꝓfessiõe plurimũ aberrare. In uniuersum aũt nõ solũ qđ ad leges & diuina miracula pertinet: sed ad alias & humana℞ rerum mutatões quas ex magnis ut dicũt cõiunctionibus prænunciare multi uoluerũt/ibi eo℞ uanitatem & falsitatem dogmatis aperiemus: ubi nobis cum Albumasare auctore illius erroris cum Hiero eius ĩterprete cũ Abraam israelita: cũ Ioanne oxoniensi erit ꝓ ueritate certatio. Alliacensis librũ in quo idem facere uoluit de concordia. s. astrologiæ & historiæ narrationis/ita a capite totũ retexemus/ut a prima illa quã notat coniunctione ad postremã usq; decurrentes/ubique & de cælestibꝫ pariter & de terrenis nihil ab eo sanum aut ueritati ꝓximũ/dictum ostendamus. Neq; unam ex illis septẽ quas notat cõiunctiõibꝫ quo putat tempore cõtigisse: sed ab ipã tempo℞ hoc est rerum gesta℞ enarratione ac uera supputatione magnopere esse diuersam. Sed uideamus & illa quæ postea afferebat an aliquid faciant uera. s. oĩa inuicem cõsonare & cælos dei gloriã enarrare. Sane illud primũ uerissimũ est: sed ita erat deinde assumendũ cũ falsa sit astrologia theologicæ ueritati nõ posse cõcordare. Dauidicũ testimoniũ Paulus apostolus ad cælestes apostolo℞ mentes docet referendũ qui gloriam illã dei annunciauerunt: de qua postea scribitur: lex domini ĩmaculata conuertens aĩas. Sed & si referatur ad uisibile cælũ quæ ista est consequentia/si cæli enarrant gloriã dei fauere ea gloriæ dei quæ de cælo astrologi fabulãtur? Sed inuisibilia inqt eius & uirtus atq; diuinitas uisibilibꝫ intelliguntur: sed a philosopho cuius ꝓpriũ est e cæli ordine motu/natura/ad inuisibilem cæli diuinũ opificem conscendere Astrologus si ẽ aliquid cælum inuite uidet: & de cælo ad terram oculos deflectit: solus philosophus ex uisibilibus inuisibilia speculatur.

Caput V Quã noxia sit astrologia q̃q; pestifera christianæ religioni.

[S]Ane lustranti mihi undique omnia & ecclesiæ hostes exploranti non uideo unde omnibus pariter plus copia℞/plus armorum aduersus ueritatem suppeditetur/q̃ ex ista ꝓfessione. hinc enim ad impietatem/hinc ad malam religionem: hinc ad hereses: hinc ad uanam superstitionem: hinc ad perditos mores irreuocabilemque malitiam/preceps & facillimus lapsus. unde enim se potius aduersus tela religionis armabit impietas q̃ ut diuina miracula quibus omnis potissimum religio confirmatur ad cælũ pertendat esse referẽda? Si martyres mortẽ contemnentes/si apostolos paucos/inopes/indoctos/euãgelicæ mundũ legi subiiciẽtes obiicias: si ipsos etiam ab inferis homines reuocatos/ut maiora quidem q̃ ut humana: meliora q̃ ut a demõe efficiãt/dirimẽt ĩ eis uirtutẽ nisi quæ solus agnoscet syderis cursus/& cælestis afflatus facere potuerit. ꝙ si qs dicat nõ ne hoc erit securi reli-

gionis radicibꝰ admouere? si psuadet nōne illā exanimare & penitus extirpare. q̄ si dicas non esse hoc artis uitiū sed pfessoꝝ in ipsa sua pfessione errantiū/fatebor ita esse. neque enī hunc ego astrologiæ errorem dicebā/sed facilē esse ab ea lapsū i hūc errorē. nec si uera eēt astrologia ppea ab hoc mūere desisterē ut ab eo piculo hoīes diuerterem: qm̄ nulla ueritas mendaciis est cōfirmanda: sed cū sit falsa utiliter eius falsitas detegetur: quæ si uera putetur possit in mentibꝰ imperitoꝝ tam grauē pestilentiā generare. quāq̄ si uideas oīs alicuius artis pfessores easdē habere uanitates paꝝ absit ut culpa ī artē ipam uere nō referatur. Ego uero ex scriptoribꝰ astrologiæ pcipuis neminē legi qui religionē & leges omnes: ut reliquas res humanas cōstellationibꝰ sydeꝝ nō subiiciat. Ptolemæus ī secūdo libro apotelesmatō/q̄ apud hanc gentem illud numē apud aliā aliud coleretur non aliūde natū intelligit: q̄ ex uaria syderū imaginūq; natura populis illis & gentibꝰ īpitante: nec pcul ab eo loco græcus qdam interpres Ptol. miraculū Moseos qui sicco pede cū populo mare rubrum trāsiuit factum ait q̄ ille accessum & recessum maris obseruauerit: quasi nō simul in iisdem aqs & illesus populus hebreoꝝ transire: & cū astrologis suis Pharao submergeretur: q̄si nō Iosue Iordanē sicco pede trāsierit ī quo nulli æstus: nulla undarū reciprocatio fingitur ab eis: sed hæc alibi oīa atq; his similia nugamenta satis cōfutauimus. Albumasar arabs & legē saracenoꝝ & suā & nostrā/& oēs pariter leges sic a cælo deriuat: ut quænā quāq; cōstellatio fecerit: & ad quot unaquæq; annos sit permansura/ex eadem cōstellatione pnunciet: ī quibꝰ rebꝰ q̄ paꝝ tū astrologiæ tū ueritatis inueniatur post declarabimus. Interp̄s eius Henricus machliniensis ita delirauit ut nauē etiā īuenerit ī cælo: ad quā Noe arcā illā suā sit fabricaturus: qd̄ Alliacensis quasi diuinū inuentū maxime est admiratus. Deniq; redigi ab eis legē in ordinem eaꝝ reꝝ quæ cursu naturali & cæli mutatōe cōtingūt hinc cognosci potest. Quod quot annoꝝ reuolutiōes ab ascendente legis ad eius usq; casum sunt futuræ/e cælo uolunt cognosci. Et Haly Abenzagel ut reliquos taceam fœlicitatem & sterilitatem anni inde pronunciat: ut si ascendens legis loco iouis aut ueneris applicuerit/fertilis annus sit futurus: contra si locis syderum infelicium. Abraam iudeus non qui dicitur auenazra ut falso credidit Alliacensis: sed quem uocant nasi hoc est patriarcham: nonne & legem mosaicam egressionem iudeorum ex egypto: & quæcunq; sub lege populo contigere ad uarias coniunctiones ineptæ quidem atq; ridiculæ referre conatus est? Sed utinam soli quos cōmemorauimus inter tenebras malæ religionis lucem huius ueritatis non peruidissent: utinam nostri homines in euangelii splendore non ita cœcutirent: non peius q̄ illi de nostra & illorum religione sentirent. Insanus ille Bonatus usum ait dominum Iesum horarum electione cum apostolis consulentibus ne in iudeam rediret: respōdit. xii. eē horas diei. Horā enī inqt sibi ellegit qua illi eū ledere nō possent: q̄si illos cū uoluit nō pstrauerit: & īter eos ī luce diei melius trāsiens/eos nō latuerit. Mitto q̄ temerarie/q̄ blaspheme de diuina Francisci familia loquatur: & diuini amoris miraculū martis opus fuisse fabuletur. sed qd quærimus remotiora? ī his quæ quotidie de ānoꝝ euētibꝰ publico

Albumasar.

Henricus.

Haly

Abraam.

Bonati ipsius error.

uaticinio foras inuulgantur nonne & legem christianam christi mercuriiq; doctri/na esse perfectam: & iouis religionem & a uirgine suscipere puritatem. Ita hæc ocu lis & nō indignantibus christiani homines legunt: & in proœmiis nescio cuius theo ricæ aduersus Gerardum multa disputantis: nonne etiam scriptum est cum de no/uo deligendo pontifice tractaretur deuote supplicandum: ut sydus mercuriale suo sancto radio temperet (aiunt enim mercurio nostrā subesse legem: atq; ideo homi/nes christi mercurii hoīes uocauit: quod nescio qui possit homo xp̄ianus æquis au/ribus audire. Rogerius Bacon eousq; est euectus ut scribere non dubitauerit errare christianos qui die sabbati non serientur & operibꝫ uacent ritu iudeorum: cum sit ea dies saturni quæ stella rebus agendis parum cōmoda & fœlix existimatur: in q/bus uerbis non solum nostros accusat: sed Mosen: imo aperte ex propheta astrolo/gum facit/docens quæ de sabbati feriis ille constituit/non diuini alicuius mysterii: sed astrologici dogmatis habere rōnem. Quæ omnia siquis recto iudicii examine penset: uidebit nullo magis errore pietatem ueræ religionis offendi: cum æque sit impium totaliter nullam putare esse religionem: & ex cælo fatali quadam eam ne cessitate deducere. Qđ siqua astrologo capescenda religio sit ad quam erit propen sior q̄ ad idolatriam: ut eos potissimum deos & colat & reueretur: a quibus omnia hominibꝫ & bona & mala putet prouenire. Iam hereses manicheorum arbitrii li/bertatem tollentes: unde potius putamus emanasse q̄ ex ista de fato astrologorum falsa opiniōe. De supstitiōibꝫ nulla ē cōtrouersia ꝓdire ab astronomia oēs: & eas q̄si alūnas ab illa cōtineri cōfirmat Varro. Geomātiā oēs illius scriptores astrologiæ filiā uocant. Magi ita huius artis usum sibi necessariū putant: ut magiæ clauem astrologiam appellent. Chiromantici in uola manus septē pro numero planetarū montes effingunt: unde ex lineis quæ ibi cōspiciūtur futura ꝓuideātur. Sed has fa/tuitates particulatim ꝓsequemur: cū post euersam dominā ac reginā reliquā oēm supstitionū turbā ī cursu ꝑteremus. Sed parere eā oēs & sine ea stare nō posse huic satis manifestū: q̄ nulla est superstitio quæ dierum & horaꝝ electionibꝫ non uta/tur: de qua eas sola instruit astronomia: ut de ipsa illud ecclesiastici dici possit: ua/nitas uanitatum astrologia & omnis supstitio uanitas. De moribꝫ plura dicere nō oportet/cum satis pateat patrocinium uicio maius dari non posse/q̄ si cælū auctorē habere existimētur: nihilq; esse quod nos minus metuere gehennā/aut sperare fœ/licitatē faciat. Quæ si proculdubio uera sunt/etiā si uera esset ista ꝓfessio quænam utilius ueritas ignoraretꝰ? & cū sit falsa quæ utilius falsitas impugnaturꝰ? quā utiq; prouinciam utinam tantis uiribus exequar q̄ eam iuuandæ religionis & ueritatis tuendæ desiderio sum complexus.

Roge. bacō. Idolatria. Hereses. Superstitio. Varro. Geomantia Magia. Chiromantia Mores.

Caput VI Fallacem esse hanc artem/siqua sit/tum ꝓpter plura: tum prop/ter discrepantes astrologorum sententias.

hActenus confutari utiliter astrologiam ostendimus: indignumq; esse illius patrociniū: & philosopho homini & xp̄iano: nūc priusq̄ cum astrologis pe dem cōferentes cōfutationē aggrediamur: uideamus quantum illā res ipsa

euenta quæ refellant. Quota enim quæq; res euenit prædicta ab eis? aut si euenit quippiam cur non istud euenerit? quo magis soleo mirari nonnullos qui disputan-tibꝯ aduersus istã artẽ, illd' semper obiiciunt, cur si uera eorũ ars nõ est: prædictio-nes tamen eorũ ueræ? Præclare enĩ secum agi putat astrologus si nobis prædictio-nũ falsitatem obiiciẽtibꝯ possunt aliqua satisfacere: tantũ abest ut ex hoc loco argu-mentum aduersus nos posse sumere se putet. Attullimus supra uerba Ptolemæi co-nantis dissoluere istã q̃onem in quibus uidimus eum mendacia astrologorum nõ solum in ipsos astrologos parum uel peritos uel diligentes. Sed in ipsam etiam ar-tem reiecisse quæ sit incerta & falli plurimum possit. Porphyrius ipẽ oraculorũ res-ponsa inquit falsa deprehendebantur: quare numina illa ex cælestibus causis quas habẽt exploratas illa prænunciabant. Fallax autem prænunciatio quæ ex illis Qd' si demones ipsi quos nihil latet rerum cælestium, futura inde perspicientes decipiũ-tur: de hominibus quæso quid iudicabimus? quorum qui sunt qui & fuere excellẽ-tissimi istius artis (si ulla est) ne milesimam quidẽ partem unq̃ attigerũt. Denique ĩter omnes artes quarũ oĩum proprium est excidere a ueritate, nullius esse iudiciũ magis incertum: nec ipĩ credo astrologi denegabunt. Nam & arbitrium inquiunt hominis multa aliter facit euenire: & materiæ fluxus atque mobilitas cælestiũ sæ-pe actionũ opera frustratur: & aliud alio fatum uertitur uel ĩpeditur. Quod si res humanas diligenter examines nullam fere inuenies in qua non aliquid ex his quæ diximus: præuisum etiã uere de cælo exitum nõ ĩmutet. Nam & hoĩs proprium ar-bitrio & ratione res suas disponere: & id quod materiæ undique ãnexum est & col-ligatũ illius mutationi uehementer est obnoxium. Tum cum nihil sit male ita oẽs fere inuicem hoĩes dependent: ut nõ sit quem alterius uel lædere uel iuuare fortu-na non possit. Sic & filius fœlix patris infœlicitatẽ, infœlicẽ exitum etiã: & infœlix fœlicem ex bono parentis fato sortietur. Et seruus sua genitura parum fortunatus fortunato domino aget fœliciter. Sic militis fatum ex fato imperatoris: & fortuna ægroti ex medico: & contra medici ex ægroto: aliter atq; aliter fieri cõtinget. Ex q-bus omnibus illud declaratur q̃ sæpe nõ euenire sit necessariũ qd' cuiq; p̃dixerit ma-thematicus etiã si sit uera ista professio ne dũ ut ueritas ꝓfessionis ex ueris ꝓfesso-rum prædictionibus possit cõprobari. Quid q; tãta inter auctores istius artis dog-matis est dissensio? ut uel omnes uel maximã eorum partem de futuris mendacia dicere sit necessarium. Admirantur ipĩ maxime & uenerantur aliquos ægyptios p-sas & indos & babilonios quasi antistites cælestiũ mysterioꝝ & eorum nomina q̃si numina inflantibus buccis imperitorum quotidie auribus insonãt. At si ueri illius uera o astrologi dicere uos non potestis qui iuniorum libros solos habetis quos imi-temini: a uetere illa disciplina undique discrepantes. Ptolemæus enim parẽs uester astrologiam quæ. s. erat ægyptiorum ubiq; taxat atque conuellit nunc eam parum dicens consonam rationi: nunc aliis probis lacescens: qd' libros apotelesmaton legẽ-ti facile constat. Neque uero solũmodo ab illis Ptolemæus: sed illi inter se pariter dis-sentiebant: indi. s. a: caldeis: a chaldeis egyptii: cum & a se ĩuicem & ab his & aliis

Ptol.

Porphirius

Mira & mul-ta inter astro-logos dissen-sio.

Pto. aduersus astrologos æ-gyptios.

Dissensio ĩter chal. ægypti-osq; astrolo.

Discordia inter græcos astrologos.

Discordia Arabum inter se & cũ græcis.

indi & ab his omnibus psæ. Nec ipsa minus inter se græca q̃ barbara concors astrologia cũ quæ reiicit Ptolemæus/Doroteus amplectitur/& alia quoq; paulus/alia Ephestion alia alii sentiũt/& opinantur: nec ex eis queq̃ inuenies qui auctoritate experimenti/euentorum fidem non colligat. arabes nonne & inter se & a græcis digladiantur? Porro sicut Ptolemæus illam antiquam ita Ptolemæi astrologiam abiicit Albumasar adeo ut in eis libris legi nihil dicat quod uel rationi uel experientiæ consonum inueniatur. Contra Auenrodan nullum fuisse loquutum in astrologia cum ratione ait præter Ptolemæũ. & q̧ si inspexeris dicta aliorum inuenies ea multum a ueritate remota dicta uero Ptolemæi nullo modo posse falsa reperiri. hebrei quoq; hebreorumq; primus Abraam Auenazra dissentit a Ptolemæo/ & Albumasarem sæpe lacerauit/ imo totũ eius librum qui latine censetur de magnis coniunctionibus abiiciunt atq; repudiant. Si ueri igitur erunt sequaces Ptolemæi nonne & ueteres arabes eorum sectatores necessario mentiuntur: & si libri illi i qđ isti iactant/in omnium erant admiratione/quare uera prodebant: nõne necessario & risu fuit Ptolemæus & Albumasar suo quisq; seculo? & alii similiter ab illorum decretis omnino deuiantes. & tamen ita fuisse semper comperies ut apud omnem gẽtem/apud omnem ætatem uiri fuerint semper qui uera prædici dixerint ab astrologis/quod non ueritate dogmatum sed casu contigit: nec unquã defuisse qui fallaciam istam non ludibrio /atq; cõtemptui/aut etiam odio habuerint. Sed quicqd de priore sæculo fuerit sane hac nostra tempestate professorum ueritate dogma cõfirmari non potest/ cum & malos plurimum auctores sequantur/& bonos nõ intelligant tum ita negligenter obeant istud munus ut nesciant multa quæ scire eos oporteat: plura etiam omittant quæ sint consideranda & labori parcentes & ad pecuniæ quæstus properantes. Quod si docere hic potius astrologiam q̃ confutare instituissem funderem manum ad errata iuniorum profitentiũ hanc artem. sed non hoc meum cõsilium. Annotare tamẽ fortasse aliqua fuerit operepretium quo magis fiat manifestum non posse eos uera prædicere etiam si uerissima essent dogmata astrologorum.

Discordia hebreoꝝ cũ græcis & Arab.

Nota

Cap. VII. De ignorantia astrologorum nostre ætatis.

P Rænunciata hominum ista uel sunt uniuersalia ut cum ex schẽmate anni: ex defectu solis & lunæ/ex congressionibus syderum superiorum/futura in uniuersum bona aut mala prænunciant: uel sunt particularia qualia ex ꝓpria uniuscuiusq; genitura de priuato illius fato aliquid diuinant. In primo genere nihil efficatius defectu luminarium a quibus utpote uniuersalissimis causis uniuersales maxime inferiorum mutationes eueniũt. In altero nihil habet maius momentum æquatione/ quæ de spacio uitæ & annorum numero fieri solet: in utroq; mirum quantum aberrent neoterici barbariq; scriptores quorum auctoritas usus q; potissimus apud nostros astrologos scribit Ptolemæus secundo libro apotelesmatõ in defectu solis duo in primis obseruanda/locum scilicet in quo deficit sol/& angulum qui eum locum proxime sequitur/ut si gratia exempli in nona cæli regiõe de/

Ptole.

fectus obtigerit/decimi loci angulus obseruetur si in undecima uel duodecima an gulus oriētis/quoniam autem ibi græce scribitur τουεπομενου κεντρου hoc ē sequentis anguli: in uulgata translatione/habetur anguli precedentis. unde cōtra rius omnino sensus elicitur data est barbaris erroris occasio: ita ut Ioannes astendē sis in eo opere quem uulgo uocant summam anglicam/cui fides præcipua apd' no stros: postq̄ se longa & argumentosa torsit questione: tandē ex sententia Ptolemæi definit eum debere angulum obseruari non qui sequatur sed qui præcedat locum/ in quo defectus luminaris acciderit: quod esse omnino sententia Ptolemæi contra rium ex eo patet quod diximus quare scilicet græce επομενου est scriptum hoc ē sequentis non hoc ē præcedentis. Sed qa etiā paulopost Ptol. explicans ipse/qui nam sint isti anguli: meridianū solis & orientem angulū nominauit. Vbi admonet nos græcus interpres omitti angulum occidentis qui sequi defectus locū non potest/nisi sub terra sol obscuraretur/quod cum accidit uim futuroꝝ effectri cem habere non putant. Quod si præcedens angulus esset obseruandus & oriens omitti debuit a Ptolemæo: qui præcedere solem deficientem nisi sub terra non po test/& occidens annumerari qui siue octauo siue nono cæli loco defecerit præcur/ rere semper eam & antecedere inuenietur. Ex hoc autem errore/tota prædicendi ratio cōmutatur/cum nihil in prædicendo magis respiciant/q̄ naturam & statum syderum cum loco luminarium tum illi angulo prædominantium: qui cum alius erit atque alius: erit etiam alius aliusque dominator. Et pro diuersa dominātis sy deris natura uaria imo contraria fiet semper de futuris euentis pronunciatio.

Io. Astedēsis Græcus inter pres. Apo. Ptol.

Super spacio uitæ præuidendo q̄ nihil uideant isti diuinaculi paucis ostendam Haly Abenzagel oraculum astrologorum huius ætatis/quarta parte operis sui/ex sententia ait Ptolemæi quinq; esse hylegh. Ita enim ipsi loquuntur: Solem: lunam horoscopū: ptē fortunæ: & locū plenilunii uel nouilunii/pxīe antecedētis. Præter autem hæc quinq; planetas considerandos in illis quinq; locis/& ius/& auctorita tem/obtinentes. In proximo capite de eo loquens quem uocant Alchochoden est autem annorum dator. Ptolemæus inquit Alchochodē faciunt planetam qui plus auctoritatis habuerit in hylegh siue eum respexerit/siue non respexerit/& ita dein ceps multa iterat sæpe de hoc Alchochoden ex sententia Ptolemæi/nostri astrolo/ gi qui hunc & alios barbaros sequuntur in eodem errore uersantes. Quisnā sit Hy legh. quis sit Alchochoden/ex sententia Ptolemæi in omni genitura perscrutātur. At uero apud ipsum Ptolemæum tam est nihil omnino istud Alchochoden q̄ est nihil hyrcoceruus atq; chimera/lege omnes eius libros/lege omnes interprætes/le/ ge etiam barbaras translationes nec dictionem/aut dictionem ei respondētē/apd' eum inuenies. nam ista quidem opinio/aliud faciens in genituris Hylegh aliud ui tæ annorumq; largitorem/quem appellant Alchochoden posteriorum est: Ptole/ mæus nec eo antiquiores tale aliquid unquā opinati sunt: ipse loca primum enu/ merat/quæ uocat aphetica/Arabes Hylegh: alia latine dicere possumus dimis/ soria sic dicta ab eo q̄ inde uitæ cursus quasi ex carceribus dimissionis initia sortia/

Haly Aben/ zagel. Hylegh

Alchochodē Ptol.

Euidentissi/ mus error a/ strologorum

tur: & sunt nota illa supra terram uel occidenti uel horoscopo aliqua affinitate connexa: Tum aphetas hoc est dimissores ipsos constituit qui ex illis locis quasi carceribus suo ut ita dixerim afflatu uitæ impetum largiantur quos esse uult solem: lunam: horoscopum: partem fortunæ: & prædominantes in illis locis erraticas stellas. Præter hos quibus hyleghii omnes numerantur nullum alium facit annorum distributorem quãq̃ quod hi quos diximus aphetæ largiuntur & acumulari & exhauriri posse putet / cõmertio fœlicium syderum / uel infœliciũ: barbari & nostrates præter istos Aphætas quos ipsi Hylegh uocant alium esse credunt ex sententia ẽt Ptolemæi: qui uiuendi spacia decernat / quem uocant Alchochodẽ: de qua re ut dicebam nihil usquã ipse Ptolemæus: ex cuius tamen opinione de eo ipsi multa quærunt / disputant / & definiunt. Nec solum errant in hoc unde tota rei sũma dependet. Sed ĩ ipsorum etiam hyleghiorum numeratõe cum inter ea Haly locum noui lunii aut plenilunii præcedentes poni dicat a Ptolemæo. Quod tamen siue nocturna fuerit genitura / siue diurna / faciẽdum nunquã censet Ptolemæus. Quid q̄ iste Haly accusat Ptolemæum quasi secum pugnantem gloriaturq; magnopere super hac Ptolemæi taxatione / in qua neminem sibi unquã ait aduersatum: & deo secretorum reuelatori gratias agit ingentes. pugnare autem ita eum dicit q̄ octauũ locum inter hylegia non enumerat / quia horoscopum non respiciat. In Alchochodẽ tamẽ deligendo nihil putet referre respiciat hylegh an non respiciat q̄d desipis barbare: aut quid somnias: Vbi apud Ptolemæum Alchochoden legistis / sed scio q̄d eum cæterosq; deceperit. Ptolemæus inter hylegia planetas ponit in reliq̃s locis hylegialibus dominantes: isti rẽ eẽ eos diuersam putãt ab hylegiis: ut reliq̃ quattuor sol / luna / horoscopus / & pars fortunæ: cui & falso nouilunium pleniluniumq; addiderũt sola hylegii haberẽt rationem: planetæ eorum locorum dominatores annos decernerent. Et quoniam Ptolemæus de dominantibus planetis nusquã dixit / esse necessarium ut hylegia aspicerent / mirati sunt / cur illa duo quæ. s. ipsi duo esse putant: hyleg. s. & Alchochoden aspectus societate copulanda non existimauerit: cũ nulla sit tamen culpa Ptolemæi si inter ea quæ unum sunt societatem aspectus nõ quæsiuit. Non enim apud eum unquã cum sol aut luna erunt hylegialia / alius erit planeta præter ea uitæ dispositor: sed tunc utitur dominatore planeta cũ in annorum donatione reliqua hylegia auctoritatem non habent: quod cum est nullũ potest relinqui uitali planetæ cõmertium cũ aliquo hylegiorũ q̄ præter eũ . s. nullus inueniatur: quod nescio quomodo isti ex uerbis Ptolemæi nõ intellexerint aut nõ ex eis aliquis hoc depræhenderit. Sed ita in hunc errorem gregatim omnes abierũt ut non sit qui Alchochoden & hyleg ex sententia Ptolemæi non req̃rat. Vide quo modo sunt uera dogmata astrologorum & quomodo p̄dicere isti uera de uitæ spacio possint. præsertim cum his quæ diximus erroribus maximus acumuletur q̄ numerum annorum etiam ex opinione Ptolemæi præscribũt planetæ qui sit uitæ largitor iuxta illud apud eos uulgatum annos tot esse solis maiores / tot minores / tot medios / tot lunæ / tot martis / atq; ita de syderibus aliis: cum tamen Ptolemæus &

Haly

Error Haly

ægyptiacam iſtam reiiciat opinionem/nullam eam dicens habere rationem/& ubi de uitæ ſpatio loquitur/non ex natura planetarum/ſed ex numero partium circuli equatoris annos dinumeret/iuxta locum uitæ hoc eſt diuiſorem: & lætalem aliū ſiue interimentem interceptarum/ad quē ſcilicet primum laſſeſſentis iam uitæ cur ſus grauiter offendat natum ut cum aphetes inter finitorē & faſtigia cæli fuerit col locatus inambulatio illa ſeruetur quam græci uocant ακτιμοβολιαμ: hoc eſt radioſam proiectionem cum autem a faſtigio declinauerit ad occaſum utroq; uer ſum ducta utamur percenſione quam uocant ωριαιαμ nos dicere horariam poſ/ ſumus: quæ omnia ita neſciunt noſtri aſtrologi/ut hæc etiam ſi legant/monſtra au dire ſe putaturos equidem nihil dubitem/& nos tamen illorum prædictionibus ni mis miſere creduli neſtoream nobis ſenectam promittentibus Dominice uocis obli uiſcimur iubentis eſſe paratos qui nec diem obitus noſtri/nec horā ſciamus/ſi bre/ uem uitam fuerint cominati/torquemur anxii dies & noctes & unius rabule uox omnem nobis eripit uitæ iocunditatem. Inquit Haly ſi planeta fortunator fuerit in horoſcopo addet ex ſententia Ptolemæi annis uitæ/annos ſuos minores/ & tamen ut mox dicebam apud Ptolemæum nulli ſunt planetarū anni/uel maiores/uel me dii/uel minores/& de annorum additione loquens Ptolemæus/aliam omnino uiā ſequitur/uſus horarum partitiōe: quā ille puto non intellexit ſed non oportet ſin/ gula proſequi alioquin in immenſum liber excreſceret. Iam in ipſis quæſtionibus quas uocant interrogationes nonne etiam ita inſigniter errant ut ex uno errore to/ ta reſpondendi ratio peruertatur: uulgatum enim quaſi proloquium eſt apud eos ſeptimum thematis locum hoc eſt occidētem dari rei quæſite. Et tamen Ptolemæ/ us hunc locum non conſulenti/aut rei de qua conſulitur: ſed ipſi qui conſulit Ma thematico præcipit dari: quod & mathematici indorum obſeruabant: adeo ꝙ cū occidens & dominus occidentis male ſe haberent quæſtiōi non reſpōdebāt: errorē ſcilicet metuentes. Sexcenta hoc genus haberē eorum errata quæ referrem niſi illud potius ſpectarem ut tota ꝓfeſſio errare declararetur. Nam nuper Ptolemæi libros cum barbaris & latinis auctoribus conferenti fuerunt fere omnia ueribus conſo/ dienda.

Cap. VIII. De indiligentia aſtrologorum noſtre ætatis quæ tanta eſt ut ēt ſi uera eſſet aſtrologia ueri ipſi eſſe non poſſent.

i Am uero indiligentia quāta/paucos enim inuenies etiam ex his/ qui ſup putandi habent rationem (qua tamē eorum maxima pars caret) qui ut ue ram poſitionem ſyderum aſſequantur ad effemeridas non confugiāt: qđ & quodā loco teſtatur Bonatus his uerbis ſapientes inquit iſtius artis utuntur Al manach/ſic enim arabes uocant ephemeridas: hoc autem qui faciunt & ꝑperā di/ cere & omittere multa ē neceſſarium: unde omnis prædictionū ueritas infirmetur fere.n.ibi nunquā de latitudine planetaꝶ ulla ſignificatio: qua ignorata ubi nō er rabit? ubi non mētietur aſtronomus? Si uera iſtius artis decreta exiſtimamus: ma ximam.n.habere uim putant ſydera in iniciis duodecim cæli locoꝶ cōſtituta/præ Bonatus.

sertim in cardinalibus: at in illis cũ erunt non eẽ / & cũ non erunt eẽ putabit / q̃ solã eam quæ in rectũ progressionẽ obseruans declinationẽ ad latus syderũ non ꝑspe/xit. Cum. n. stella uel ad aquilonem uerget / uel ad meridiẽ / & serius oritur / & ue/locius semper ea pte signi in qua est collocatur: atq3 ita interdum putabis supra ter ram esse planetam qui erit sub terra / & iam occidisse qui supra finitorem cõspicu/us ẽt apparebit. Quod cũ in omni p̃dictione errorem pariat magis tamẽ eos tum faciet excidere a ueritate cum nataliciam horã ex conceptionis hora inuestigabunt quia si lunam ꝓximam esse contingat occidenti / poterit putari iã occidisse quando erit adhuc supra terram: & cõtra nondũ esse demersam cũ latebit sub oriente: qđ ab hora conceptionis p multos etiam dies faciet aberrare: planetarũ radiatiões lati tudine ignorata quis recte determinauerit? Quis in ambulationem syderis alicu/ius sic. n. græce dicitur uulgo directio nuncupatur recte dimetietur? Cum oĩs sem per utroq3 uersum a uia solis syderis declinatio uel locorum aliquot annis rei euen tum / ualociorẽ faciat / uel tardiorẽ: hinc in stellis non erraticis disponẽdis quãtus ẽt lapsus cũ uulgo eo loco collocentur ad quẽ recta in lineam ꝓgressione ferũtur. Cũ qua aũt cæli parte ĩ uariis regionibus / uel occidãt / uel oriantur / uel initiis etiam re/liquarũ domoꝝ affulgeant oĩo nõ considerent quid ꝙ & locũ planetarũ parum sæ pe ex fide ostendũt ephemerides / non solũ uitio librarioꝝ / sed sæpe auctoris: q aut parum diligens fuerit / aut parum peritus. Mitto ꝙ alii aliis utuntur astronomi ta/bulis / interdum parũ exactis / aut cũ quidem ẽt ille suũ sibi fecit diariũ a ueritate parũ aberrantibus hac aũt tẽpestate magnopere. Sed tabulas Ptolemæi iã oẽs reii ciunt: Alphonsi pars magna doctioꝝ sequũtur / in cuius radicibus euidẽtẽ iam cõ/stat esse falsitatẽ. Sed nec minus somniculosi horoscopo ĩ deligendo: & duodecim reliquis locoꝝ cælestiũ initiis capessendis. Vidi ego multos & peritia nõ mediocres & boni ẽt nominis in ista ꝓfessione nescio qua sua uti tabella pro distribuẽdis. xii. domibus (sic eas uocãt) quocũq3 cælo natus ille fuisset / cuius genituram erãt ĩspe/cturi. Quod si aliquãdo uolũt esse diligentes notata climatis differentia / quã solã eis Alphonsus ostendit; uix ultra exactius aliqd ꝑscrutabuntur. Iã declinatiões ab equatore / & circũferẽtias planetaꝝ / & sublimatiões uarias in circulo breuiore / uel in eccentrico motuũ latitudinaliũ uicissitudines / in genituris diiudicãdis qs nũc ob/seruat? de equandis diebus q̃ multa nesciunt: q̃ multa ꝑperã dicũt iuniores. Quæ oĩa ideo diximus ut fiat manifestũ nõ posse ex fide p̃dictionũ istam p̃dicendi artẽ cõfirmari: cũ ẽt si uerissima cõstet rõe: artificũ tam uitio hoc ẽ uel ignorãtia uel ne gligẽtia ueritas de futuris sciri nõ possit. ut si id nõ ꝑsuadeẽ astrologie fidẽ nõ adhi bẽdã: ꝑsuadeãus saltẽ istis ut dr̃ ĩ epigrãmate αστρολογοισ αλογοισ astrologis ne fides adhibeatur.

Cap. IX. Raro euenire q̃ dicũt astrologi qđ tũ externis tũ domesticis exẽplis oñdit

T si sani si ueri essent / etiã nõ omnino / sed magnope / nõ solũ nõ eiecti ciui/tatibꝫ: & apud prudentissimũ quẽq3 ludibrio semp habiti: sed sũmo ĩ hono

re apud omnem ætatem / apđ oẽs gentes fuissent. Tanta. s. est hoĩum curiositas p̄ / sciendi futura / p̄sertĩ quæ ad se attinẽt: & de his q hoc p̄stãt tãta iure etiã opinio & existimatio: & tam̃ erectas statuas / decretos publicos honores / & philosophis legi / mus / & medicis / & poetis / & ĩpatoribꝫ / astrologis nũq̃ legĩus. sed legĩus eiectos irri sos ĩ fabulã etiã populi uersos / ita ut fabularꝫ allegoriæ quæ de sensu uitaq; cõi ple / rũq; ducũtur taxationẽ istius uanitatis apđ ueteres cõtinerẽt. Qui. n. Homerꝫ al / legorice exponũt p illã Ichari fabulã q facticiis pẽnis cælo tenuiore se cõmittens in mare p̄cipitatus est / astrologos aiũt designari: q pẽnis temerariæ ꝓfessiõis in cælũ se substollentes cum de cælestibꝫ suis dogmatis quibꝫ sublimari uidẽtur qd sint p̄ / dicturi / in pelagus ruũt mẽdaciorꝫ: & qd aliis egemus uel testimoniis uel cõiectu / ris: cũ ĩpa hoc nobis quotidie expientia testificetur ĩ re p̄sertĩ ĩ qua sicubi põt maxi / me posse debet astrologia p̄stare / ueritatẽ aeris. s. mutationibꝫ p̄dicẽdis / pluuia / sic citate / æstu frigore / uentis / grandine / terremotu / in q̃bus adeo falsi quotidie depre / henduntur / ut nullius fere nũq̃ diei status eorꝫ p̄dictionibꝫ respondeat. Obserua / ui hyeme ista in suburbana mea uilla: in q̃ hæc scripsimus insignẽ oẽm singulis die bus aeris mutationẽ / ĩpis ĩterĩ ante oculos positis decretis astrologorꝫ ita salubre mi hi ubiq; faueat cælũ / ut ĩ dierꝫ supra centũ atq; triginta iugi obseruatõe nõ plus sex aut septẽ tales uidi dies: quales ĩ eorꝫ libris futuros ante p̄uiderã. meminit puto ad / huc Pãdulfus collẽnutius meus iuris qdẽ cõsultus: sed ĩ oĩbꝫ litteris ingeniosissime eruditus q̃tũ nobis Bononiæ risũ: sup ista re dederit qdã mathematicus qui nos ea die copiosissimos hymbres iubebat expectare quã totã lucidissimus sol & clarissi / mam & serenissimam reddidit. Ambrosius in Exameron cũ ante inq̃t dies aliquos esset sermo đ pluuia quæ fore utilis diceretur / ait quidam ecce neomenia dabit eã: Attamen nullus imber effusus est / donec precibus ecclesiæ. s. himber datus mani / festaret: non de initiis lunæ eum sperandum esse: sed de prouidentia misericordiaq; creatoris. Hæc ille: Ex cuius uerbis & uanitas astrologiæ. & efficatia religionis re ipsa comprobatur. Possunt igitur qui sunt rationum minus capaces & suam fidem istis hominibus mancipauerunt hac se uia asserere ĩ libertatem / ut de aeris statu identidem eos interrogent: de quo cum falsa eos dicere fere semper inuenient: faci / le animaduertent si de nubibus etiam nebulones isti tanta mentiuntur: multoma / gis in hominum & populorum fatis diiudicandis falsa prædicturos: cum hic. s. prædicantur & quæ cælo subiacent minus & quæ difficilius longe laboriosiusque præuidentur. Quod si quæ super hominum genituris quotidie mercennario uatici nio fabulantur quis examinauerit. Videbit etiam multo plura mentiri q̃ cum sup aeris qualitate respõdẽt: & nisi dum minutatius aliorum prosequor ineptias: inep ti ego uitium mihi metuerem / afferrem multas / & uiuentium / & iam uita functo / rum genituras / fœlicium infœlices / & infœlicium oppido q̃ fœlicissimas: in qua re sane tam nihil mẽtior q̃ scio diuinã ueritatẽ cui p̄sens expeditio militat mendaciis nostris nec egere nec delectari. Sed contentus ero domesticis quibusdam exemplis

Pandulphus collenutius

Ambrosius

Salubre dogma.

quibus præsertim admonitos uelim: qui diuturnam a mathematicis uitæ ꝓmissio/nem habẽtes euãgelicæ uocis obliuiscũtur/monẽtis nos uigilare ne dies domini oc cupet ĩparatos/pino Ordelapho prĩcipe foroliuiẽsi cui Lucretia soror nupserat: quo ãno obiit/omnimodã uitæ incolumitatẽ fuerat pollicitus Hieronymus manfredus astrologus nostra ætate singularis: a quo tamen nihil mirandum minus præuisam aliorum mortem: qui nec suam ipse præuiderit: nam cum proxima estate uita sit functus: in istius tamẽ anni publico uaticinio qui.s. ei fuit fatalis: multa & mira se quenti anno dicturum se non semel pollicebatur. Qui nescio oppignoratam fidem quomodo reluet: nisi forte de cælo uerius nunc terrena despiciat q̃ de terra olĩ cæle/stia suspiciebat Petrus attendalus iuuenis ingeniosus qui Heleonoram habuit uxo rem Galeoti fratris filiam/obiit anno superiore subiti & inopinati morbi molestia necatus: cum nihil ei tamen tale astrologus prædixisset cui maxime ille credebat: sed securitatẽ uitæ promisisset: Constantia Antonii fratris uxor amantissima: quæ Rome ab hinc biennium publico fere luctu totius urbis uita excessit: nonne uani tatem istius artis nobis testificata est. Quæ quo anno desiderium nobis sui reliqt: non solum prospere ualitudinis: sed fœlicissime etiam uitæ ab astrologo promissio/nem acceperat. Quod illa nihil oblita cum iam animam agens collacrimantis uiri a quo unice diligebatur manum teneret. En ĩquit q̃ uera uaticinia astrologorum? Contra ipsi Antonio fratri deus bone quæ mala/quas moles molestiarum/ quan/tum periculorum/hoc anno astrologia minitabatur? Et tamen nullam ille cælorũ expertus iniuriam/uixit sospite familia: re salua: ualitudine integra/nulla uel ĩfor/tunii/uel periculorum quassatione iactatus. Et ne forte mentiri solum nostros pu/tes astrologos scias idem etiam ueteribus accidisse. Seneca quodam loco lacerans Claudium Cesarem scelestissimum: introducit Mercurium apud deos illius mor/tem procurantem: & ut obiter istam conuellat uanitatem/inter alias causas quibꝫ mercurius mortem persuadet imperatoris. Commiseratione inquit hoc etiam chal deorum faciatis/qui iam tot annis illum efferunt: prædicebant.s. mathematici sin gulis annis Claudium moriturum nec tam̃ ille moriebatur. Quod cũ legerẽ uene/runt in mentem nostri diuinaculi qui romanum põtificem ipĩ quoque singulis an/nis efferunt. Scribit Cicero/& Pompeio/& Crasso/& Cæsari a chaldeis prædictum neminem eorũ nisi senectute/nisi domi/nisi cũ claritate/esse moriturum. Quare & mirum uideri sibi inquit orator prudentissimus quenq̃ extare: qui credat his quo/rum ꝑdicta quotidie uideat re & euentis refelli.

Pinus Orde.
Lucretia soror
Hieronymus manfredus astrologus.
Petrus atten/dalus. Hele/nora neptis ex fratre.
Constãtia fra tris uxor.
Seneca
Cicero.

Caput X Cur astrologi aliquando uera prædicant.

Sed eueniunt tamen interdum quæ prædixerunt. At cum multo sint plura quæ non eueniunt: cur incidisse eos casu in ueritatẽ nõ arbitremur? Quid ꝙ nulla est ars tam anilis/tam uanæ superstitionis: quæ non eodem argu/mento uera comprobetur. quia aliquando.s. accidat quod ex ea prædictũ sit. Neqꝫ enĩ ulla est quæ hoc nõ assequatur/etiã quã tu te ipẽ tibi temerariã fortuitãqꝫ con/finxeris. Quare dicãt mihi q rõe ista mouẽt/putẽt ne oẽm artẽ diuinatricẽ uerã an

multas potius uanas & falsas? Si multas falsas/probabo ego illas ueras eodem ar/gumento: quare interdum .s. eueniat quod prænunciauerint. Si omnes ueras / pu/gnantia eos credere demonstrabo: quia de eisdem rebus diuersæ artes diuinatrices idem non respondent. Expertus enim ego sum sepe/atque cencies: cum super eadē quæstione figuram mihi/& geomanticam interpunxissem/& astrologicam deliniassem/alium mihi in notis/alium in syderibus euētum aparuisse. Quod siquis forte non credit/experiatur ipse & super eiusdem hominis fato consultet/Chiromantē Astrologum & Geomantem/& uidebit fere semper non idem in manus lineis designari/quod uel ex notis geomanticis/uel ex planetis astrologicis/pronūciabitur. Et si euentum rei respiciat ueritatem ibi magis inueniet ubi minus sperabit. Siue ꝙ ibi plus possit casus ubi minus est rationis: siue ꝙ in illis spiritalis improbitas libentius nos ludificet. Astrologorum prædicta multiplex tamen adiuuat fallacia: Cur sepius apotheles maton fide non tam probentur q̄ probari multis uideantur. Nam si de præteritis eis est dicendum ut ostendatur talia euenisse/qualia cælum significabat: nihil eis deest ad irretiendos animos imperitorum: quoniam nulla syderum est positio/nulla genitura/in qua & prosperæ & aduersæ significationis multiplex constellatio non inueniatur. Cum præsertim non pauciora ipi sibi finxerint in cælo q̄ ibi ab initio sydera deus formauerit: quare semper habebunt in præteritis rebus: unde positionem tueantur: raro enim non inuenient ī planetis quod uolent: tamē multis eos modis & fœlices faciunt & infœlices/plus in cælestibus. s. iuris habentes q̄ in terrenis: ita eis semper cæli locus uel signi bonitas/uel malicia/uel alterius stellæ radiatio/uel cum sole amor/cum horoscopo odium/uel amicicia suffragabitur? aut si tandem illi non satisfacient/auxilium implorabunt a stellis/non erraticis: in quibus ipsi nunquam non errant: aut si nec ipsæ satisfacient/satis præsto erunt eis uel indorum imagines: uel partes ægyptiorum: uel antisia Firmici: uel dodecathemoria chaldeorum: uel fictum omnino aliquid ab eis: in quo tanto magis quasi super occulto dogmate glorientur: quanto magis & falsum erit & commentitium. Astutia astrologorum.

In futuris prædicendis minus habent occasionis ad fallendum: quāq̄ nec in his desint: nam & multa coniiciunt terram potius ut dicitur q̄ cælum obseruantes Euripidis illdꝰ recordati bene qui coniiciet is uates optimus esto: & generaliter quædam enunciant: quæ non possunt fere non euenire: aut non putari saltem non euenisse. & ambigue proferunt/more oraculorum multa/semper aliquid excipientes: quo possit illud quod est prædictum/uel minui/uel augeri/uel impediri: ut si euenerit non dicas non prædictum/si non euenerit/nihilominus ueri existimentur. Explicitum particulare certum/ab eis raro audies quicquā: & cum tale aliquid audent: uel quod est rarissimum casu probant: uel quod est frequentissimum experientia refelluntur. Sed accidit quod de templo ille dixit Apollinis ut bene dicta memoriter celebrētur: errata nemo recordet: qm̄ & hæc sciri nolēt q eis fauēt: & q cōtenūt tā hæc quā illa oīo nesciūt. Nō ē aūt ꝑtereūdū qdꝰ dicit Augustinus & ratio ꝑsuadet occulta demonum afflatione quā nescientes patiūtur/asseq eos īterdū ueritatē

Euripi. snīa

Eulogium de Apolīs tēplo

Aug. snīa sup ueris astrolo. ꝑdictionibus

quam alioquin non assequerentur: quod fieri putandū si mirabili prædictione/particulariter aliq factū dictumue pronunciauerint: quod nec ipam artē astrologiæ p̄stare posse testatus est Ptolemæus. Sed mirabitur aliquis qūo hoc nescientes patiantur: & tamē quicqd prædicūt afflatiōe tamē demonica prædicere illa eos putemus. At uero hoc fieri multis modis potest: de quib9 astrologos in re simili admonebo. Est enī cōfessum apd' eos aliū esse alio magis fortunatū astronomū/in assequenda ueritate: pari in utroque ingenio doctrina & diligentia: hoc igitur esse fortunatum dicant mihi ipi quid sit: si non alia uia uestigāt ueritatem q̄ ex dogmatis artis: quæ qui æque aut melius etiam tenuerit/non erit tamen in ueritate prædicenda æque fortunatus. Porro hoc aliud non est q̄ qm̄ fere semper super eadem re uariæ constellationes: & super eadem constellatione pugnantes uel diuersæ auctorū opiniones occurrunt/flecti celitus animum prædicentis/in uerā sententiā multa tētando incidere imprudenter in ueritatem: hoc igitur idem etiā poterit occulta & latens demonis inspiratio a qua qs actus agi tamen se nō percipiat: qd' cum fit: qualiter fiat non est nunc latius explicandum. Sed neque hoc solum demones posse diuina potestas & sapientia sinit: sed illud etiam ut quod falso prius fuerat prædictū opere implentes ipi/uerum efficiant/nullam decētius sūma iustitia penam exigēte/q̄ ut quæ diuinæ ueritati superba ingenia non subdūtur/nebulonis deīde unius & sycophāte mendaciis/& fidem/& libertatem/obliget suam. Sed puto satis multa iam diximus/cur aliquando isti nugatores uera aliqua effutire & spargere uideantur: q̄q̄ ut a principio dicebamus non est in hac re magnopere laborandum quādo quæ temere uel astute uera prædicunt præ his quæ mentiuntur teste Phauorino pars ēa milesima nunq̄ inueniatur.

Disputationū Ioānis pici Mirandulæ aduersus astrologos libri secundi finis.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER TERTIVS.

Caput primum Quid libro p̄cedenti actum sit & quid deinceps agendum: quoue ordine.

Oluimus populi quæstionē sciscitantis identidē sup astrologis: unde responsis illorū fides: si professioni nulla soliditas: Dixi quæstionem qua. s. accurati doctioresq; non utātur. Quibus notum nec sæpius euenire quæ dicant: sed raro quasique dixeris ex accidenti: Nec si eueniant colligi tam̄ necessario ueram artem: sicut nec ideo necessario falsam q; in prædictis sæpissime mentiuntur. si quidem possunt ex præceptis ueris pronunciari falsa: non tam ob artis

omnimodam falsitatem/q̃ opinabilem cōiecturalemque incertitudinem: ut artifi/cis omiseri uel ignorātiam uel īdiligētiā. Sicut cōtra uera de falsis nō ueritate dogmatis: sed astutia pronunciantis siue fœlicitate/siue casu/siue occulta promotione prænoscentium numinum quæ prædicunt/siue aliis de causis: quas superiore libro satis explicauimus. Quod si cui persuaderi non potest/reuocet ad memoriam quā/ta paulo ante super incuria: super erratis astrologorum ætatis nostræ utinam citra odium inuidiamque diseruimus: nec poterit (nisi falli cupit) adduci: ut quotiés ue/ritaté assequuntur/putet eam ab illis inuentam potius q̃ repertam/omnino litem hanc dirimet sequens tractatus in quo demonstratum cum fuerit quæ de cælo p̄di/cunt ea cās ibi uel signa non habere quibus efficiantur uel indicētur: aut si fiunt in/de: fieri tamen aliter q̃ astrologi sentiant: aut si eo quoque modo: non tamē ab his causis in cælo neque ab his rerum in terra primordiis: tum si dentur hæc omnia certe non hæc primordia: non illas causas ab hominibus posse deprehendi: uel si deprehendi forsitan possunt: nondum tamen esse deprehensas hoc totum inquā cum fuerit demonstratum/puto fuerit bonis ingeniis extra controuersiam si quan/do ad ueritatem astrologus offendat in nullam hoc causam non uerius posse redi/gi q̃ in ueritatem professionis. Quæ tam multis uidelicet iam nominibus falsa: nec ullis ueri rationibus nixa. sed cōmentitia/præstigiosa ꝑpterea que sua natura mendax liquido apparuerit: igitur confutationem iam ipsam aggrediamur id primum excutientes quod totius negotii sūmam habet: an efficiat cælum quæ de cælo pro/nunciant isti diuinatores. Id quod ita tractabitur a nobis ut hoc quidem libro de/fendamus agere cælum in nos tantum motu & lumine præter hæc frustra occultiores afflatus alios cogitari tū a lumine illo syderū & motu nō aliud cōmunicari materiæ patiēti q̃ motū/lucē/& calorē/calorē inq̃ & corpa cōsumātē īfluxu generali: & ad uitā uitæq; functōes capacia uitæ corpa disponētē: hoc ab oībꝰ fluere stellis: q̃q̃ nō sit cōfessū oīum ad nos ēt planetaꝝ defluuia ꝑuenire. qcq̃ uero p̄ter ea largiri sydera rebꝰ inferioribꝰ/nec rōne ꝑbari/nec expimentis cōuinci/nec auctoritate ꝑsuaderi procerum philosophiæ. Quin hæc omnia obstare ne præter hos cōmunes influxus ꝑtinere cælestium uim ad sublunaria corpora aliquo pacto intelligamus Quare peculiares rerum proprietates etiam corporeas/siue quæ speciem/siue quæ rem particularem cōsequanᷓ a stellis originem non habere/præterq̃ ratione principii uniuersalis/sed a propria natura ipsarum rerum causisq; earum proximis & cognatis. Atq; ipsam hanc nostram opinionem non aliis magis q̃ quibus utuntur astrologi contra nos argumentis asseueratam probabilemq; reddemus quod cum fuerit satis explicatum/tamē ad eum tractatum quarto libro deueniamus/ut si demus astrologis uires occultas inesse radiis præter lucis effectum atq; caloris unde homīes reliquaq; natura uarias sortiri dotes & potestates peculiariter possint: eas tamen non inesse illis quas existimant uires/nec ab eis quæ de cælo diuinant/apertissimis rationibus/& consensu philosophorum theologorumq; omnium quicunq; illustriores indubium faciamus. id quod ubi confectū satis uidebitur singulis tetra

ctatis quæ de syderibus uaticinantur adiiciamus & illud relinquemusq; testatissi/ mum quæ non fiunt a cælo / a cælo non significari/ hoc est quorum cælestia causæ non sunt eorum nec esse signa. Quare nullam esse ratiōem quāobrem p̄uideri de cælo possint Nunc p̄staturi qđ primum proposuimus uideamus quibus nos petāt qui omnia stellis quasi euincta duci gubernariq; contendunt ut mox eadem nō re pellamus solum/sed in aduersarios ipsos ui maiore q̄ uenerint ope diuina freti pro pellamus :

Caput II Quinq; rationes quibus astrologia roborari posse uidetur.

r Ationes quibus astrologi persuadere conantur mutationes quascūq; sub/ lunaris mundi/sed & rerum omnium diuersitates/ tū fortuitos casus & ho minum mores ingeniaq; pendere de stellis hæ potissimæ sunt. Theologorꝝ & philosophorꝝ una uox est mundum inferiorem adeo per cælum gubernari: Hoc

Aristoteles Aristotelis uulgatissima illa sententia docet necessario mundum hunc inferiorem superioribꝰ motibꝰ esse contiguum: ut omnis eius uirtus inde gubernetur. Sic Au

Augustinus relius quoq; dixit Augustinus per corpora subtiliora grossiora hæc/regi atque mo/ ueri. Quis igitur inquiunt dubitauerit mutatiōes quascunq; rerum terrenarum a motibus fieri corporum superiorū? Quod uel ipsa quoque demonstrat experientia uariatis anni temporibꝰ ex accessu solis ad nos atque recessu: unde uiuentiū quoq; omnium habitus & conditio uariatur: dū temperat arua cælū: dum uariat fruges redditque rapitq;. Sed & in diurna reuolutiōe: sol aeris qualitates īmutat: plus mi nus tum meridie/mane/uespere/calefaciens/exsiccans humorꝝ frigoriq; dereliquēs luna quantas habeat uires in omnia corpora præsertim fluxiora qs ignorat? Estus hæc oceani faciens ascendens atque descendens: pontum mouet & terris īmittit & affert: sed & sūmersa fretis concharū & carcere clausa ad lunæ motum uariant ani malia corpus: Crisimi dies a medicis obseruati lunæ solisq; motus sequuntur. Luna plena nascente/diuidua persæpe cieri tempestates & in corporibus agitari uidemus humores hinc pastoribus nauticis agricultoribꝰ obseruationes multæ de lunæ moti bus acceptæ: multipliciq; experiētia multis retro sæculis comprobatæ. Cur igitur si luminarium manifestiores imp̄ssiones : & in permutandis inferioribus auctori/ tatem persentimus / cessare reliquas stellas/& inefficaces esse credamus? nec eorū uires ad nos quāq̄ occultiores peruenire/quibus subdita illis corpora uariis modis

Tertia rō afficiantur. Quarum gnari atq; prudentes/secretiora quedā de futuris euentis pos sint p̄cognoscere/q̄ quæ medici/pastores/agricolæ/nautici/p̄diuinant. Præterea ne mo pernegauerit aeris habitum tempestatesq; de syderum statu posituraque ua/ riari cū & calor & frigus & siccitas & humiditas/& quæcūq; in sublimi fiunt imp̄/ siones a cælestibus motibus & influxibus generentur. Quod si terræ uisceribus in/ clusi sicciores halatus terram mouent/si causationes in aere ex quattuor illarū qua litatum uel exuberantia uel defectu/si caritatem annonæ uel humiditas nimia fa/ cit/uel siccitas: cum aut fructus leguntur/aut seruntur : inuicem fertilitatem sta/ tus aeris modicus & opportunus : Quis negabit a stellis non modo tempestatum

mutationes & terræ motus. Sed pestilētias quoq; & morborum uaria genera ī hominibus i pecoribus: salubritatē regionū: & fertilitatē sterilitatēq; ꝓuenire? Tū si cōstamus nos quoq; ex iisdem qualitatibus & corporis tempatura mores īgeniaq; uariātur/integra tam̄ libertate cur nō fieri pōt ut ꝓpensiones ī nobis ad iram/mansuetudinem ad effectus alios bonos & malos/a syderibus fiant/bilē/sanguinē/pituitā/atrā bilē/uel suscitantibus uel frenātibus/quos humores affectus illi plerūq; comitātur? Cur nō pariter siccæ calidæq; cælorū impssiones bilē exacuentes in nobis/ad litem/iurgia/cōtumelias/inimicitias/excitare possūt? Vnde bella/cedes/uastationes: unde impia regnaq; mutātur: post hæc ita colligit Ptolemæus/si faciunt stellæ diuersitatē corporis & animi/deriuatur hæc deīceps ad ea quæ sūt qdē extrinseca/sed habent cū illis affinitatē qualē cum corpe uxor facultates: cū aīo dignitas & honores: hæc ē pcipua rō Ptolemæi nec oīum effectricem sydeꝝ uim ꝓbat aliter ullo loco q̄ ex efficientia primarum q̄litatū quas ꝓducendo cætera quoq; ꝓducant consequēter: quare nec alias affert cās ꝙ hæc quidē Saturnus/hæc iuppiter/illa uero Mars opetur/q̄ ꝙ iuppiter sit planeta calidus & humidus: Saturnus siccus & frigidus: Mars siccus magis & feruidus/hoc de stellis erraticis: hoc de non erraticis pariter sentit: ex natura primarū qualitatū erraticas/ex erraticarū natura iudicans nō erraticas: uerum. n. uero possent alii relictis primis qualitatibus/ad occultas uires eminentioresq; confugere, q̄s inesse cælestibus plurimas & efficacissimas ambigi non cōueniat. Si qd ī terrenis quascūq; singulares & excellentes dotes intuemur eas cæli solemus munera existimare/quæ nō elementares de qbus illa corpa coalescunt q̄litates: sed infusā illis potius uirtutē cælitus cōsequātur. Quāto igitur magis nō carebūt huiusmodi uiribus & proprietatibus nobilissima illa corpa luce tam clara/mole tā uasta/agitatiōe tā rapida/aut quo nā pacto si cū motu lumine trāsmittuntur ad terrā nō erūt mirabiliū apud nos effectrices? Postremo cursus humanarū rerū de qbus astrologoꝝ potissime diuinatio cæli satiq; ptātem uel nolētibus undiq; psuadere uidetur in quo uarietas ipsa familiaris & frequētissima: tū multa supra uires nostræ mortalitatis fieri uidemus/multa p̄ter rōnem & meritū: plurima p̄ter ordinē & īstitutū cōditionis humanæ: q̄ cās alibi q̄ in cælo nullas hēre posse uidētur. hic habilis ad philosophiā/ille nascitur ad poeticam/alias lr̄as aspnatus uel ciuile negociū uel arma libentius fœliciusq; ptractat. Vnde ista uarietas īgeniorū? Est q diuitias nihili faciat: ē q aīam lucro uēdat: hic sobrius/ille nequā: hic audax ille meticulosus unde tāta in moribus dissimilitudo? Alexāder oriētē tam cito uicit q̄ uidit: unde īpetus tantæ fœlicitatis. Quæ uis Aristoteli p̄ceptori illius? quæ Platoni? prius Pythagoræ Socrati cæteris naturæ secreta referauit? hæc rō maior q̄ ut de terra pullulasse credātur. Illa rursus astroꝝ fortuitis cursibus qs non ascribat? hoīem innocētē cōdēnari nocētē p̄mus affici: industriā plurimoꝝ/solertiā/ingeniū/doctrinā mēdicare. Alioꝝ ignauiā/neqtiāq; locupletari/Pyratam cedibus cruētatū inter mille picula maris & terræ/tandē domi īter suos/& senectute/uita fungi: hoīem mitissimū & paratissimū uel a nolentibus īprudenter gladiis obtrun

Ptolemæus.

Ratio q̄rta

Ratio q̄nta.

Alexander
Aristoteles
Plato
Pythagoras
Socrates.

cati?tũ portenta ĩgeniorũ q̃dam & monstra uel fetidis gaudẽtiũ/uel ut semel dicatur a legibus exorbitãtiũ humanitatis. nõne illã sibi uim quãdã/necessitatẽq; fatalis potentiæ testari uidẽtur?hæc sũt illa quibus cũ plena sit uita mortaliũ/ p̃suadẽt multis istas bonoꝝ malorũq; uicissitudines meritas uel ĩmeritas tãtãq; reꝝ uarietatem a stellaꝝ motibus fieri quarũ impulsibus fragilis & caduca mortalitas ægre aut nunquam reluctari possit.

Cap: III. Retorquetur prima ratio atq; ostenditur cælũ cãm eẽ uniuersalẽ neq; ad ipsam ĩdiuiduorum uarietatem referendã.

Cõcessis rõnibus astrologorũ nõ seq qđ contẽdũt Retorquetur prima ratio

n Os istas rõnes astrologoꝝ nedum labefactare/sed exaugere studuimus ne quid se defraudatos expostularẽt. primũ aũt illud lectorẽ scire uolumus ẽt si rõnibus his cõcederetur nõ p̃pterea sequi ut aliq̃ possit eẽ astrologia qđ sequẽtibus libris innotescet. Sed adeo illis nõ cõcedimus/ut ex iisdẽ locis ualida cõtra eos argumẽta sũmamus: nam qđ ad primã attinet rõnem simul atq; dixerunt astrologi/motũ omnẽ inferiorẽ a cæli motu dependere/statim dogmati suo cõtradixerũt: cũ inde illud sequatur/tritum apud philosophos/eẽ cælũ uniuersalẽ causã effectuũ inferioꝝ: cã aũt uniuersalis effectus nõ distinguit/neq; cur hoc fiat/aut illud quæritur ab ea/sed a p̃ximis causis/quæ uariæ & differẽtes sunt p̃ effectuũ differentia & uarietate. & cũ ex his alia aliud faciat/uniuersalis cã cũ oĩbus oĩa facit. Quod cũ manifeste appareat in rebus natura sp̃ẽq; diuersis/mirũ q̃uo non intelligant multo magis idẽ credendũ de uarietate indiuiduoꝝ/quæ quãto magis & particularis ẽ & a materia plurimũ trahẽs originẽ/minus referri põt in cãm maxĩe & formalẽ & uniuersalẽ: at q̃s nõ uidet cælũ cũ equo equũ generare/cũ leone leonẽ? nec eẽ ullã syderũ positionẽ sub q̃ de leõe leo/de equo equus nõ nascatur? Cur nõ eadẽ rõne cũ diuersis parẽtibus diuersos cælũ pariet filios/licet eadẽ similiue cõstellatione. qđ ip̃a exp̃iẽtia cõprobat/cũ iterdũ eadẽ hora natos/& sub eadẽ ĩclinatõe cæli/fortuna tam̃/ingenio corp̃e diuersissimos uideamus. Quo loco plagã astrologus uitare nõ põt. Solẽt.n. cũ p̃tus geminoꝝ illis obiicitur ad nigidianã rotã cõfugere/in q̃ nõ ẽ bis eundẽ locũ atram̃to designare/sed & hic male se explicãt cũ non possint ip̃i tãquã rapidi mom̃ti asseq̃ d̃riam/ex qua tam̃ sit tãta ut uolũt d̃ria fati: quare dũ efficiẽtiã cæli conãtur defendere alios incidũt laq̃os/ut de illa. s. efficiẽtia sciam se hẽre nõ posse ĩuiti cõfiteãtur/tum nos & illis geminos nõ obiicimus quorũ cũ alter exeat post alteꝝ quæ ĩtercedit morula/ansulã eis p̃bet aliq̃d respõdendi Sed natos simul eodẽ mom̃to ex diuersis p̃entibus ĩtra eãdẽ tam̃ eiusdẽ regiõis & latitudinẽ & lõgitudinẽ/de quoꝝ genitura idẽ thema cæli describere/eadẽ p̃nũtiare debet astrologus tã de his q̃ post natalẽ horã eueniẽt/q̃ quæ ĩtra matris ẽt aluũ illis cõtingerũt: ut sicut eadẽ hora nati/ita eadẽ cõcepti ab illo existimẽtur. De his inquã q̃d respõdebit astrologus?cũ eadẽ. s. oĩo cõstellatio nõ idẽ tam̃ utriusq; fatũ apparebit? An poterit aliud dicere nisi ĩsaniat/q̃ afflatus illos sydereos uirtute & p̃tãte uniuersales a p̃ximis & secũdis causis determinari & distingui? Quod si est q̃uo illi de oĩ ĩdiuiduoꝝ uarietate exposita syderũ hora genituræ reddituros se cãm

pollicentur. quod hic niueus/ille niger. hic breui/ille procero corpore/hic tardo ingenio/il le solerti:hic oibus gratus/ille molestus:hic ad philosophiã/ille satus ad mercatu/ram:hic diues:ille egenus:hic breuis uitæ ille longæuus/quæ tota sub eadẽ spẽ ua rietas indiuiduorum longe minus a cælo est/q̃ quæ sub genere eodem diuersitas sperum ut nũc leo/nunc hõ/nũc asinus/nũc elephas pariat/ quæ sicuti oĩa specificã proxima rũ cãrum differentiã cõsequuũtur ita illa indiuidua uel seminũ drĩam cõsequũtur si corporeas qualitates uel ingenii educationis arbitrii/si aĩales/uel facultates paren tũ/proprie ellectionis/prudentiæ/occasionum si fortuitas externasq; cõsideremus.

Cap. IIII. Cælum qualiter motu agat & lumine & elementorum metheorolo gicorum mineralium uiuentiũq; uniuersalis causa sit.

q Vãto igitur cã uniuersalis particularibus causis diuinior & eminentior tãto nos sicuti uerius ita honorificentius de cælo sentimus q̃ astrologi quæ ratio uniuersalis efficientiæ quo magis elucescat tum qd efficiat cælũ qd nõ effi ciat clarius explicetur altius exordiendũ de natura cæli dicere deq; eius actionibus erga corpora iferiora. Cælũ corpus naturale est oĩum corporum naturalium pfectissi mũ. Corpus naturale tã motus q̃ sensibilis qualitas cõsequũtur/pfectissimo igitur corporum naturalium perfectissimus quoq; motus & sensibiliũ pfectissima cõgruũt nullus motus pfectior orbiculari/nulla qualitas pceptibilis sẽsu luce pfectior. Erũt igitur hæc cælestis corpis ppria Quare i marcessibili quoq; sbã cælũ quando mo/tus eius & q̃litas cõtrariũ nihil hẽnt/sed & qm̃ pfectissimũ corpus primũ quoq; lo co.s.supmũ eẽ debet cui primus ẽt motus debeatur. Est aũt qd primũ i uno quoq; genere cã reliquorum sub ea serie cõtẽtorum/licet nõ oĩa eandẽ causæ hẽant rõnẽ. Qua re qd primo motu mouetur reliq̃ mota mouet nec illo cessante cætera mouebũtur sicut in minore quoq; mũdo si cesset motus cordis oẽs aĩalis motus pire necesse est quo circa recte dixit Aristo. libro octauo physicæ auscultationis motũ primi cæli ui tã eẽ oibus/quãdo qdẽ euidẽtissima ẽ & cois opatio uitæ intimus motus/ergo una hæc cæli dignitas & efficatia erga mũdũ iferiorẽ ut pillius agitatu ifatigabili cæte/ri motus oẽs & ordinẽtur & excitantur. Quæ qdẽ efficientia q̃ sit uniuersalis nec i feriores motus hac rõne distinguat satis euidẽs ẽ qm̃ sicut descendẽti Glebæ/ita flã mæ sursũ se mouẽti & alio genere motibꝫ oibus unus & idẽ cælestis motus pariter co opatur:altera illi de luce p̃rogatiua/nã quãdo lux sũma q̃litas corporum corporeæ ue ro naturæ primus uitæ gradus & sũma semp ordinis ifimi extrema fere supioris or dinis assequũtur fit necessario ut lux & cõsumatricẽ quãdã hẽat corporum uirtutẽ & uitale nõ nihil interim possideat/nõ quod ipa aut uiuat aut uitã afferat sed corpus ui/tæ capax ad uitã maxĩe p̃parat & disponit/qm̃ seqtur lucẽ q̃ i pprietas eius/calor qdã nõ igneus/nõ aereus/sed cælestis sicuti lux cæli ppria q̃litas/calor iquã effica cissimus maxĩeq; salutaris/oĩa penetrãs/oĩa fouẽs/oĩa moderãs/hoc ẽ cæli munus p̃cipuũ quo corpa pficiũtur/& uiuẽtia disponũtur ad uitã. pter agitationẽ circula/ris motus/nõ mõ necessariã ut lum̃ istud atq; calorem deuehat ad nos/& p uices opportunitate mira plus minus terris impartiatur. Sed ut motos nos quoq; calori

Aristo.

Actionẽ cæ/li p motũ uni uersalem eẽ.

Per lucẽ q̃uo i nos agit cæ/lum

reddat habiliores q de ppetue moto corpe iugiter emanat / huius beneficentissimi uim caloris i toto corruptibili mūdo puidemus tā īcohatisq̄ absolutis/tā inanimis q̄ aīatis: nā elementa qdē cōtinet & cōseruat sicuti locus eoꝝ & forma q̄sicꝗ artifex oīa qdē ambiēs/sed p oīa quoqꝫ ītime se diffundēs: & queādmodū illud primi motus priuilegiū ut torqueāt sine eo reliq motus/ita primæ sensibilis q̄litatis / uti sine illa cæteræ q̄litates agere nihil possint. Quare si cælesti calore destituātur nec frigiditaté agere frigus poterit/nec calor caliditatē: nō.n. calor ille sydereus frigori contrarius sicuti calor igneus uel aereus/sed oēs cōtinet elemētares qualitates eminētia simplici/sicuti cæli natura cōtinet oē corpus/sicuti motus circularis oēs motus/sicuti lux oēs calores/& qđ Pythagorici dicerēt sicuti unitas cōtinet oēs nūeros: ut fallantur q negāt cōseruari cælitus elemēta frigida posse/nisi p̄ter calorē ifluant & sydera frigiditatē. dicerēt.n aliqd si calida cōseruaret cælū calore eiusdē naturæ & rōnis/sed oīa pariter calida/frigida/humida/sicca/cōseruat sua ista q̄litate/quæ sicuti nulla ē ex illis quattuor q̄litatibus ita claudit ī se oēs/nō quales sūt ī elementis/sed quale qđ multiplex ī unitate cōcluditur uirtute. s. pricipali per quam illas ita regit/ut & quamlibet ipsimet uniat conseruando/& in ip̄is totum conseruet omnes moderando: & ex ipsis alia pariat omnes commiscendo. Verum fallit nomen caloris quod cum audimus rem intelligimus statim aduersam frigiditati. At cælesti illi calori ꝓximior qdē natura calor elemētalis q̄ elemētalis frigiditas sicuti ēt ē ꝑfectior: sed nihil hoc ꝓhibet illū ab utriusꝗ elemēti ꝓprietatibus exaltatū utraqꝫ uirtute cōplecti sicuti cādorē cū dicimus rē aduersam uidemus dicer̄ fusco/nigroqꝫ colori. Nec tamē negauerit q̄spiā nō secus nigrum colorē q̄ albū cādore lucis & cōseruari & efficacē fieri: licet alius luci naturæ ꝓximior nomen ēt fere hēat cōe/ ut & cādidus appelletur interdū: deniqꝫ si sbā cæli ut pote primi corporis oē corpus ꝑfectissime cōtinet & uirtute/debet necessario eius propria q̄litas oēm corpeam q̄litatē uirtute ꝑfectioneqꝫ cōtinere. Hæc ē quā calorē cælestē uocamus sobolē lucis/uocamusqꝫ calorē & ꝙ uitaliter calefacit/& ꝙ inter oēs elemētoꝝ ꝓprietates calor illi proximat magis/ita cū a sua ille cælesti cōdictiōe degenerat huius maxīe opatiōnē exerceat ut postea đclarabimus. Igitur si calor iste ꝑfectiōe uirtuteqꝫ cōtinet corporū iferiorū oēs q̄litates/oēs ēt cū causis illaꝝ ꝓximis & generabit & uegetabit sicuti calor ip̄e seīalis licet calor ē & dr̄ materiā tam̄ oēm foetus siue illa calida siue frigida regit/digerit/seruat/format moderat̄/ꝑpea si q̄s q̄rat a me frigiditatē ne cælū faciat p se/an ex accidenti respondebo si qdē q̄ras qd se ip̄o faciat cælū nulla media cā/fieri ab illo per se tm̄ calorē/cæteras qualitates ex accidēti/sicuti calor ip̄e per accidens frigefacit ut sequenti capite declarabimus: si uero qd tanquā uniuersalis cā cū secundariis causis agat: agere illū per se tā frigiditatemq̄ caliditatem/tā siccitatē q̄ humiditatē qūo nō minus cū aqua generat aquā/q̄ cū igne generet ignem: nec magis posset sine illo aqua aquā/q̄ ignis ignem generare. Cū aūt generat elementoꝝ sbās/generat cōsequentes quoque illas proprietates quare cū aqua frigiditatē cū igne calorem facit. Et siquidem hoc mō negaremus per se fieri aliud a cælo q̄ calorem sequerentur absurda illa quæ dicit Thomas frigiditatem siccitatem & hu/

Pythagorici

Error aliquorum

Vnde đcepti

Similitudo idonea.

Calor cælestis cum cāis proximis oēs corporum gignit q̄litates

miditatem non per se esse in uniuersos sed per accidens: nec formas omnes substã/tiales ĩferiorꝝ corporꝝ in uirtute cælestium corporꝝ cõtineri. Quæ nullo mõ sequuntur/cũ negamus cælũ p se & ex se uel aerẽ uel inferiora alia corpa frigefacere. Quo circa ꝓbãt rõnes illæ Thomæ nõ qđ negamus ipi/sed qđ asserimus. Vidimus ĩ elementa qd agat cælũ & uniuersalẽ hic primũ efficiẽtiã cõprobauimus/descẽdamus ad alia q̃ fiunt ex elemẽtis. Idẽ igitur ille calor filius lucis suscitans/e/ terrenis corporibus uaporosos halatus: extenuãs crassa: feculentaq; dissoluẽs parit ea q̃ fiũt ĩ sublimi/diuersa ꝓ diuersitate materiæ q̃ sursũ tollitur. Nã si uapor a fluxo tollitur corpore facit humidas ĩpressiões ĩ media aut ĩfima regiõe aeris. Si a sicco atq; terrestri tollitur euaporatio, ignea ad supiora q̃ cõtigua ætheris necessario ex motus & ignis uicinitate cõcalescit: hæc igitur oĩa quoq; calor ille cælestis opatur siue frigida illa siue calida. qm̃ de uaporibus oĩa quos solus elicit calor oĩa igitur calor & uniuersaliter oĩa cũ eorꝝ distinctio atq; uarietas nõ a uarietate cõstellatiõis ut astrologi fabulantur/sed penes materiã & locũ ĩ quo generãtur ut ex metheorologis Aristotelis libris & timeo Platonis innotescit ppea tractaturus Aristo. hãc naturæ partẽ uulgatũ id ꝓtulit cõtinua supioribus eẽ ĩferiora quo uirtus eorꝝ oĩs inde gubernetur. Id qđ quãuis uniuersalius accipi uere possit ob ea q̃ diximus de cælesti motu atq; calore qbus oĩa mouẽtur fouenturq;: dictũ tamẽ ab Aristotile pp metheorologicas impssiones de qbꝰ maxĩe tũc agebat q̃re ꝓbaturus uel explicaturus qđ dixerat adiunxit horꝝ qdẽ oĩum ĩferiora eẽ materiã/cælũ aũt efficiẽtẽ cãm/miror aũt ĩterptes quosdã fatigari ut a calũnia defendãt q; oẽm uirtutẽ ĩferiorẽ cælitus dixerit gubernari/q̃si in his uerbis nostra quoq; libertas piclitetur/nec uideãt ex uerborꝝ cõtextu ad elementa dũtaxat ptinere quod dr̃/mũdũ.n.ibi cũ dicit elementaria corpa spatium hoc replentia sublunare/mũdũ uocat nõ cũ elementis ipa quoq; quæ mũdũ istũ inhitant. hoc de serie patet orõnis euidentissime: nã postq̃ dixit a se determinatum ĩ libris supioribus q̃ttuor eẽ corpora infra cælũ: Ignẽ/Aerem/Aquã/Terram tũ ita subiungit: qm̃ itaq; circa terrã totã mundus ex his cõstat corpibus cuius affectiones dicturi sumus/est ex necessitate cõtinuus iste supioribus lationibꝰ ut omnis ipsius uirtus gubernetur inde: mundus igitur cuius omnem uirtutem a corpe superiori gubernari dixit hæc ipa est moles q̃ttuor elementorꝝ/quãdo nec alius mũdus cõtinuus est supioribus latiõibus: nec alterius mũdi dicturus erat affectiones in eo libro in quo certe de plantis de aĩalibus nulla mentio est/sed de iis tm̃ quæ fiunt in elementis ut cometis aliisq; impssionibus & quæcũq; aeris & aquæ cões passiones sũt ut in procemiis pauloante ipe p̃fatur/proinde desinãt nr̃i diuinatores ĩ annuis uaticiniis hoc philosophi testimoniũ q̃si suæ fraudis honestamentũ roburq; p̃tendere/cũ uel eo maxĩe libro deroget astrologiæ prudentissimus Aristoteles dũ nec pluuiarꝝ: nec terremotuũ: nec huiusmõi aliorꝝ effectuũ cãs quærit ĩ syderibus sed in materia/pro cuius uarietate/nõ pro diuersitate cõstellatiõis/aliter atq; aliter illos solis calor afficiat. Sic igitur se res hẽt in metheorologicis impssiõibus. Corpa pfectiora exptia uitæ q̃lia gẽmæ atq; metalla sicuti ex inferiori materia coalescunt

Calor cælestis qũo metheorologicorũ causa sit.

Aristotiles. Plato.

Fatigatio inanis quorũdã Aristotelis interptum

Cælũ qũo cã mineralium.

Obiecto, Solutio

Opinio platonicorum

ita radiosi illius caloris ui digerũtur atq; formãtur. Nec obstat ꝙ a luce prodire calorẽ hũc diximus nec lux tñ ad subterranea quædã loca ptingit in qbꝫ id genus p̃ciosissima mixta generãtur. Nã si nõ illa uera opinio platonicoꝝ quorũdã penetrare oĩa corpa cui diaphão lucẽ licet corpibꝫ uel dẽsissimis inculcata uel pranissima dispsa nõ uideatur. Certe illd̕ negari nõ debet diffusũ a luce calorẽ eo posse ptingere, quo lux ipa nõ puẽit sicut p̃t trãs pietẽ calor ignis sentiri, nec p̃t tam̃ ipa flãma uideri, sic nihil ẽ qd̕ phibeat ĩfusã mõtibꝫ & cauernis lucẽ intus ipsã qdẽ nõ ĩtrare repulsã opacitate corpis & dẽsitudine, q̃ nõ sũt luci suscipiẽde idoneæ dispõnes, sed tñ ĩtus mittere suũ calorẽ, qa licet nõ possint talia corpa illũinari calefieri tam̃ possũt ẽt magisq̃ q̃ rara sũt atq; pspicua. Quomõ uero huiusmõi reꝝ mixtio fiat a cælo, qũo rursus a secũdis cãis ĩsolutiõe dicemus q̃rtæ rõnis. Reliq̃ sũt ea quæ de caloris istius afflatu uiuũt. qppe ut pauloãte collegimus cũ sũmũ teneat ĩ corpibꝫ ista q̃litas gradũ sicut hẽt ut corpa ipsa pficiat q̃lia diximus, ita ut pxie ſ b̃sternatur uitæ q̃liq; extrema cõpillet ĩuicẽ corpi uitã & uitæ corpꝫ quapp ĩ oĩbꝫ ẽt uiuẽtibꝫ iter hoc qd̕ uidetur crassius hĩtaculũ, & aĩam uitæ fontẽ medius ẽ quẽ spiritũ appellamus tenuissimũ corpus & ĩuisibile luci caloriq; illi sydereo maxĩe cognatũ cui uita p̃cipue adest, pq; eũ suas ĩ hoc uisibile atq; terrosũ uires explicat atq; difundit. Sic ĩ materia seminali latet hoc genere sp̃us cuius ĩ primis utitur mĩsterio, uis illa diuinior artifexq; uitaliũ opeꝝ, uice aĩæ fũgẽs a q̃ defluxit & spẽm generãtis ppagãs in materiã quã occupauit. Nõ sũt ãt uel gignẽdis corporibꝫ, uel seruãdis: uel muneribus sensuũ obeũdis utiles isti sp̃us si cælestis sp̃us (hoc ẽ caloris quẽ diximus) ope destituãtur: q mobilior purior efficatior, ppeaq; pximior uitæ, roborat ĩfirmitatẽ spiritus inferioris: & suo comertio reddit aĩæ cognatõrẽ. Vt iã nõ sit argumẽtũ uiuere cælũ qa uegetet suis radiis ea quæ uiuunt: nã uiuũt hæc qdẽ oĩa p suas aĩas. perq; aĩæ uim seminibꝫ insitã ppagãtur suffragãte illis calore cæli nõ q̃si uiuifico, sed ad uitã ob id qd̕ diximus, comodissime pximeq; disponẽte. Nemo ãt dixerit in luce siue p lucẽ eẽ quæ ab aĩa ẽ uim uidẽdi, q̃q̃ sine luce nõ uideamus: possit aliis nec ne uita cæli rõnibꝫ cõprobari disputatũ a nobis in cõcordia Platõis et Aristo. ita patet in corpeo mũdo nihil qdẽ fieri sine cælo uerũtam̃ ꝙ hoc aut illd̕ fiat, id a cælo nõ eẽ sed a secũdis cãis: cũ qbꝫ omnibus cælum talia facit qualia ip̃æ facere natæ sũt siue illis ad speciem, siue ad indiuiduum causæ pertineant.

Viuentium quomodo cã sit cælum

Spiritus medium quoddã corporis & animæ

Cælum nec probari uiuere quia uegetet uiuentia

Concordia Platonis & Aristotelis

Cap. V. Præter cõmunem motus & luminis influentiam nullam uim cælestibus peculiarẽ inesse.

Sparæ cælestes an agant in nos calore

St aũt caloris istius effusio cõis oĩbꝫ stellis si qdẽ naturã cælestẽ conseqtur uniuersã sicuti lux sed an spheris cõueñiat dubiũ: nã si nõ illæ lucidæ nec caloris istius ppagatrices. Si lucidæ qõ ẽ an raritate lux sicuti fit inuisibilis, fiat erga nos eẽ paꝝ efficax ut Auicẽna scribit in libro de cælo de stellis ip̃is quæcũq; ueniunt sub obtutum dubitari non potest nisi cælestem illis naturam & lucis dotes pariter adimamus: ergo præter motum & lucem quiq; prodit a luce uiuificus calor alios a syderibus ad nos influxus deuenire: aut illis inesse corporeas alias effectiuas qualitates nulla ut uidimus apertiusque uidebimus insequen-

tibꝯ expientia mōstrat: cū p motū & calorificā lucē suū satis offm̄ cælū undequaq; īplere posse uideatur. Sic Aristo. non aliter usq̄ dixit affici nos a cælo q̄ motu atq; calore: id quod Auerrois & Plotinus magni in sua q̄sque familia uiri/asseuerantissime uoluerūt: & sane quod attinet ad frigorificas influētias uidet̄ rō id ualde pnegare. Solent. n. q cōtra sentiūt cū lucem oēm caliditatis effectricē esse cōuincūtur: ita decernere esse oēs quidem stellas quæcūque lucent generali q̄dā cōique oībus ꝓprietate ꝓductiuas caloris: sed p ꝓprias deinde illis uires cōpetere: ut hæc siccitatē illa frigus/hūiditatē alia largiatur. Sic noctes ī plenilunio eē calidiores: qa lum̄ uberius plus calefaciat. Veꝝ id nō obstare qn luna ꝓpria īfluētia uel frigefaciat aerē uel hūefaciat. Ego igitur eos īterrogo/calorē ne istū quē cōem oībus stellis sicuti lucē esse fatētur ipm̄ ne inq̄ talē credāt qualē nos diximus cōtinentē eminētissime oēs q̄tuor q̄litates: ideoq; oīum cū secūdis cāis ꝓductiuū seipo uero diffusiuū tm̄modo suipius/an potius cōtineri nō credunt in eo cæteras affectiōes: sed calorem dūtaxat/frigus uero ut diuersam rē a calore a pticulari alia syderis alicuius uirtute manare: utrāuis eligāt īcidūt nisi fallor ī īcomoda nō mediocria: si primū respōdēt ita īstabo nō alicui ex ꝓpria rōne: & si uolūt in syderibꝯ ita dici: specifica cōuenire aliqd impfectius eo q̄ illi cōuenit ex cōiori natura/cū semper uniuersali drīæ cōtractior drīa perfectiōis gradū adiūgat: at q̄litas ea quæ cōtinet oēm q̄litatē pfectior ea est quæ tm̄ frigoris est effectiua. Nō igitur si debetur illa stellis cōi oībꝯ generaliq; cōditione debebitur alicui stellæ ex ꝓpria natura frigefaciēs īfluentia. ergo restat diuisiōis alteꝝ mēbrū ī quo nō minus hæreāt est necesse si quidē nulli cōpetit ex natura ꝓpria repugnās aliqbꝯ ꝓprietatibꝯ illi de cōi natura cōueniētibꝯ: ut si cōpetit hōi q̄tenus aīal est habere sensū: nō pōt eidē q̄tenus est hō/stupiditas cōuenire/aut si q̄tenus uiuit/cōpetit illi ītimi motus hēre prīcipiū/fieri poterit/ut q̄tenus hoc illud uiuēs est rō aliq̄ cōgruat inaīatæ īmobilitatis/qn potius particularis gradus id qđ ī cōi rōe ē distīguit/ut si uiuētis absolute sit nō extrīsecus tm̄ sed ītrīsecus moueri/necessario sit aīalis naturæ q̄ uiuētiū spēs ē prīcipiū eē ītimæ alicuius opatōis: & rōnalis rursus q̄ spēs alia ē ītimæ opatōis alterius: pari igr̄ exēplo si naturā cælestē q̄tenus ē cælestis cōseqtur calor ille uiuificus nō cōsequetur peculiarē naturā syderis alicuius effectiua uis frigiditatis & siccitatis q̄ sūt uitæ cōtrariæ q̄litates: sic nos aduersus illos argumētamur. Rōnes āt opīonis aduersæ ptī solutæ sūt: ptim suis quoq; locis postea dissoluētur: nā qđ seq putabāt & frigida elemēta nō posse cælitus cōseruari: & cæteras q̄litates a calore futuras ī uniuerso p accidēs: tū nec forte ueꝝ qđ credit̄ oēs subāles corpoꝝ formas ī uirtute cælestis nature contineri: oīa hæc in p̄cedētibꝯ iā dissoluīus. sicut & illud qđ in his locis plurima generētur actōe cælesti ad q̄ lum̄ cæli tam̄ nō ptingit: duo reliq̄ sūt alteꝝ nō posse tā subito a calore ad frigus: & quidē intensū pmutari aerē/ut expientia dephēditur nisi supueniens frigus nouæ cōstellatōis opus credatur: alteꝝ quō lūa sub terras atq; adeo sub terraꝝ ima plata moueat æstus occeani ad quē lunares indubie radii tūc nō pertingūt nisi per influētiā agat hoc/& a lumine & a calore lumen consequente disiuncta. Hæc uero postea dissoluētur primum capite. xiii. quo de mutationibus inferiorū a

Opīo quorundam.

Efficax rō

Solutō rōnū aduersæ ptis

sole tractabiť: alterų ubi de cā reciprocatōis occeani late disputabiť a nobis/tm̄ hic satissaciemus quærētibɔ quō luna p̄ iterluniū nos afficiat: cū tam̄ p id tp̄s minime nos illūinet. Galenus sicuti nō illūinat ita nec afficere quopiā pacto eā i coitu nos

Galenus:

affirmat: ꝑptereaq; mensem facit dierų sex atq;.xx.horarų q;.xii: quot dies sūt q̄bɔ ad nos lunæ lum̄ cū efficatia puenit triduū fere illa sub solis radiis delitescēte. Agit aūt ī nos luna soli cōgrediēs eo mō quo qs agit nihil agēdo: nā destituēs corpa suo lūine nocet illis: sed eadem adolescens plenius alit & succulentius implet. Quod si credimus adesse ꝑpriū lunæ lum̄ licet obscurissimū & tenuissimū: unde i coitu nō oīo fugit obtutū/poterit credi retinere illā efficatiā nō nihil etiā ab illo lumine.

Cap. VI Lunæ lumen sicuti & solis uitale esse: neutrūque frigus aut humiditatē p̄terq̄ p accidens facere.

e Si igitur (ut ad unū quæcū q; diximus cōferāť) calor iste cælestis opifex uniuersi rerų corporearų/nec ē: cur credamus a stellis alios flatus terrenis corpibɔ īspirari/ne aut plus supiorībɔ illis corpibɔ: aut minus demus īferiorībɔ q̄ oporteat: tm̄ lector hoc ad memoriā reuocet/qcqd a natura meliore deteriori ꝑticipatur: & ob hoc ip̄m q; ide exit & quod ꝑ captu conditiōeque suscipientis admittitur necessario fieri: & quoquomodo aliud & q̄ sit ex origine sua prima deterius: aliud quia peregrinæ naturæ alieneque commiscetur: deterius: quia deteriori qui cū aliūde multiiugis etiā afficiatur īpsiīōibɔ colluuiōe multarų affectionū ilicit necessario atque cōfundit qd' loco meliore susceperat. ꝑinde hoc ip̄m euenire quoq; dubiū nō est i calore isto cælesti quotiēs i sublunari mole recipitur ut a naturali.s.sua & actōe/& ꝑfectiōe deficiat: fit āt id duobɔ modis: nā & cū sua natura salutaris sit semp ībecillitate suscipiētis euadit tam̄ iterdū noxius: & cū nullā faciat elemētariū q̄litatū ut pote ab illis sua ꝑprietate diuersus/degenerat tam̄ i elemētari natura ad actiōes elemētorų p̄cipue uero caloris cui sicuti noīe/ita natura proxiat magis: q̄re facit sæpe nō tā q; cælestis q̄ qdē qd' igneus calor & elemtarius facere solet. quæ nō fieri ab illo natura sua sed materiæ uitio patet hac euidētia (ut ōmittamus rōnem) q; cū īter sublunaria corpa materiā repit sibi cognatā: & beneficus semp & uiuifice

Aristoteles. Auicenna.

tm̄ calorificus īuenit. Et.n.nulla potius talis q̄ spiritus & p̄ 'ertī hūanus q sanguineus uapor tenuis clarus/mobilis/cælo quēadmodū scribit Aristo. & Auicēna ꝑportōe respōdet: hūc cæli calor ita semp fouet & roborat: ut fere sit illi quod ad crassius corpus ip̄e spūs ē: cui si nocet iterdū nō alia ratione nocet q̄ ex infirmitate suscipientis: cuius signum radio eodem imbecillum ledi & roborari robustiorem: ut hic etiā illud sit uerų habenti dari/nō habēti auferri & id qd' hēt: nō igitur a sole qd' illi nocet/qm̄ alteri nō profuisset: sed a materiæ debilitate quæ sub pōdere tātæ bonitatis ægritudie sua fatiscit: alioqn quæ sūt paria solis radiis quo plus insolāť plus uitæ uigorisque nāciscūtur: ꝑpea nemo putauerit aut calorē edacē aut contrariam uitæ siccitatē a sole ꝑfluere: sicut nec a lūa sufflocātē aut fluxā nimio plus hūiditatē frigiditatēq; torpificā: quādo hoc si eēt lunæ lumē adolescēs ui īsitā rebɔ genitalē nō adiuuaret quo corpa uegetarētur: & cū ip̄a pariter adolescerēt: nec plena lūa qd'

Hippocrates scribit ĩ lib. de octimestri ptu cõceptibꝰ utilis foret fœcũditatẽ ĩ fœmina mareq; effecũdãs. nec uerꝫ diceretur ab Aristo lunã esse pricipiũ q̃si alterꝫ minorẽ solẽ cõducereq; ad oẽs generatões & pfectiões. nã quo pacto hæc uera si non eius lumẽ sua natura sit almũ uitale/fœcũdũ/sicut & solis & sydeꝝ alioꝝ: qbꝰ oibꝰ hoc eẽ/sicut cælestis quoq; ppnetas oibꝰ ẽ cõis. Veꝝ (ut dicebamus) celestis hic calor sicuti p patiẽtis debilitate nimius fit ĩterdũ/ita p elemẽtari natura ĩ quã delabitur fere euadit calor elemẽtalis: ut nõ temere eũ cælestẽ agnoscas p̃terq̃ ĩ corpusculis spiritalibꝰ quæ declarauimus ĩter oĩa corpa cælo eẽ simillima. his. n. ĩfusus & pficit oẽm mixtionẽ & opibꝰ aĩæ pficiendis ubi q; famulatur cæteꝝ duris asperis crassis: aquosis: feculentis corporibꝰ ĩcidẽs a cælesti degenerãs pprietate facit fere quæ solet calor ipe elemẽtalis: hic siqđ cũ potẽtior fuerit urit exsiccat. ĩ cinerẽ redigit: Cõtra si tenuis & exiguus fluxũ facit hũorẽq; dissoluit: sic cælesti calori p materiæ cõditõibꝰ euenit: unđ opĩo nata solẽ siccitatẽ facere/lunã augere hũiditatẽ. qa. l solis calor ardentior/lũæ uero tepidior: sed ĩ idoneis affinibꝰq; subiectis/nec exsiccabit radius solis hũorẽ salutarẽ/nec generabit luna inutilẽ noxiãue hũiditatẽ: sed opabitur idẽ sua natura sydus utrũq;: licet luna remissius qđ ĩtentius sol efficiet ex accidẽti uero p ĩfectionẽ pegrĩæ materiæ dissimiliter illis eueniũt soli ut exsiccet lũe ut hũefaciat: nã radiis solis cũ ppiqores nobis ut ĩ borealibꝰ signis uel rectioribꝰ angulis nos attigũt ut ĩ meridie/uel cũ ĩ cõcauis aspis & cõtumacibꝰ coeũt coartati repulsiq; dissiliũt/ignea pprietate/quã tali uel uiolẽtia uel ĩfectiõe sortiũtur/corpa qbꝰ ĩcidũt siccãt & torrefaciũt/ĩuicẽ luna suo illo exiguo tenuiq; calore si qđ hũidũ corpus fluuidũque tetigerit soluit qđ ĩ illo reperit hũiditatis facitq; fluuidius/nõ afferẽs ipa frigidã & aquosã illã hũiditatẽ: sed quã ĩuenit ĩ aquoso & frigido corpe suo ipa calore dũ soluit euocatq; diffundẽs. Est. n. hæc materia caloris: ut si ualidior est/hũiditates q̃s de corpibꝰ euocat euocatas cõsumat: si debilior euocat illas: qa est calor idẽ. s. medicãs: sed qa debilis deficit ĩ conatu nec euocatas absumit ulterius sic ex accidẽti luna qdẽ hũectat ĩmodice/sol desiccat: sed & uterq; frig ditatẽ facit ex accidẽti: nã quẽadmodũ scribit Arist: prĩcipia sũt ãbo frigoris & caloris & terminũ tũ principii tũ finis q̃litatũ eaꝝ motus hoꝝ sydeꝝ obtinet: qđ quõ sit ĩtelligẽdũ idẽ auctor alibi declarat. nã facit inqt sol p totũ ãnũ hyemẽ atq; æstatẽ: idẽque luna facit per mensem: sed est ista diuersitas q; hæc qdem a sole per accessum atque discessũ a luna nõ hoc mõ sed alterꝫ fit ĩ crescente luce/alterꝫ decrescente. sic igitur sol a nobis procul digrediens frigori nos derelinqt atque ita frigus facere dicitur: sic & luna cũ lumine ad coitũ identidẽ spoliatũ frigefacere dicitur: nõ q; afferat frigus: sed q; a nocturna frigiditate minus q̃ alias nos tueatur. Cæteꝝ examinatõe dignũ q; Aristo. in eisdem libris đ aĩalium. s. generatõe tpa decrescentis mẽsis humidiora dicit esse & frigidiora: cũ tam̃ uulgo cõfessũ sit/senescente luna siccari humiditates: hoc ego ita solueri: luna decrescẽte uiget hũiditas nõ a luna pueniẽs se ab elemẽtis ĩferioribꝰ qbꝰ lũa mĩus resistit & debilitata calore & subfinitorẽ maximã ptẽ noctis đlitescẽs q̃re hũiditas illa quoq; aquea insalutaris excremẽtitia: unde nouilũio ppiquãte uapores multi tollũtur seges pluuiaꝝ fluũtq; plerũque mẽstrua plenius ut Aristo. in

Hyppocrates
Aristoteles.

historiis & de aīaliū generatōe scribit: adolescēte uero lūa crescit hūiditas uel q̄lis ī corporibus p̄erat facta fluidior uel uiuifica magis beneficio lunaris caloris accedēs. sic.n.putat Arist.ex lūaribꝰ īcremētis echinos & id genus uiuētia fieri pleniora nō aliā ob cām q̄ ꝙ illa frigida cū sint: ut quæ sanguīe carēt: seta lunæ lūine uberiore si cuti uitalius īcalescūt/ita melius cōcoquāt: unde necessario succulētiora & hītiora fiunt. Fluūt igit̄ & crescēte lūa hūiditates & decrescēte: sed aliæ atque aliæ/crescēte bonæ/decrescente malæ. Quo clarissime patet nō hūefacere lunā: qa frigida & hu mida sit(nā talis hūiditas crescit luna decrescente: sed qa salubriter & uiuifice cali/ da: quādo sub copia lūinis eius illa fiūt hūidiora corpa & robustiora: nec aliter hu midiora q̄ ui caloris & altricē uī adiuuātis: & qđ illi est ꝑpriū euocātis humores ab ītimis ad extrema. Quo circa tunc quoque sanguis missio comodissime fit: ut ma gnope errauerit Haly Hamec astrologus q deficiente luna dixit incidendas uenas. Igitur asseuerate cōcludamus hūorē q cū luna pariter augetur ꝑpeaq; illius auge/ tur ī fluxu saluberrimū eē hūorē nō elaxātē corpa fluxu/aut frigiditate mortifican tem: sed firmiora uiuacioraq; reddētē attestāte uel illa expiētia fide medicoꝝ oīum cōprobata q p initia mēsis decubuerit eos īiuriā morbi fortius ferre & q cōclamati iā aīam agūt uix ascendente luna deseri uita posse. Pōt āt & sol & luna nō solū de/ serendo nos lūīne: sed afficiendo(q̄q̄ id quoq; p accidēs)frigefacere. sol qdē dū aut nimia exsiccatōe mortificat/aut uitalē calorē ꝓuocat foras/aut pluuias generat ex marinis uaporosis halatibꝰ quos plures oīo suscitat q̄ dissoluat: aut uentos cōmo/ uens/aut aliis ēt de cāis. Luna uero p aptos tenui suo calore rarefactosque patētius meatus corpis nocturnū frigus suis quoq; radiis tenuatū ī nos uberius ītromittēs: Hic.n.ille: unde multi fallūtur lunā frigidā existimātes: ille inq̄ dormiētibꝰ sublu/ naribꝰ radiis torpor atq; frigiditas: cui de terra.s.atq; a q̄ p noctē aerē occupāti uiā facit ī corpus radius syderis ībecillior: ad hūc ergo modū & frigefaciūt & nūc duris corporibꝰ nunc aquea crassitudine distillātibꝰ incidentes exsiccant humefaciūtque syderum radii sua tantum natura salubriter calefacientes: noxii quoq; interdū nō suo uitio/sed infirmitate suscipientis.

Cap. VII Nō posse defendi dogmata astrologoꝝ ut putauit Auenazra si omnes stellæ ponuntur calidæ.

Solutio quæ/dam.

Abraam

Erū dicet aliqs fore satis astrologis: si uel hoc pacto siccitatē hæc stella faciat illa humorē: alia q̄litates alias. Nā & Abraā auenazra magnus in astrologi ca professiōe stellas tm̄ caloris effectrices esse cōtendit: nec aliter credi posse de corporibꝰ lucidis & perpetuo motis: Veꝝ stellas aliqs dici frigidas: qa nō tm̄ no bis caloris īpartiāt̄ quātū sit satis tēperamento nostro: sic saturnū frigoris accusari: qa ꝓcul a terra positus & ioue minor tepidius q̄ oportebat inferiorē naturā foueat: ꝑptereaq; cū fuerit geniturae dominus nō ob frigus impssū: sed caloris iopiā mortē significare. ego uero Auenazrā laudo de calore stellaꝝ recte sentiētē sed nimis ama uit ꝑfessionē cuius dogmata nō puiderit ueritati illi necessario repugnare: nā ꝑce/ dat in saturno qđ dixit ut frigidus habeatur: qa calidus paꝝ iōque mortificet: ī reli

Confutatio.

quis ista ratio nō ꝓcedit quæ nec ꝓcedit undique ĩ saturno/quādoqdē qui parum calet planeta/humefacit p accidēs ut declarauimus nō exsiccat: ipi uero saturnum siccū esse cōtendunt. Præterea nōne statī sequetur euidēter stellas oēs hærentes ꝑ/ fertī citra primū magnitudinis gradū saturno esse frigidiores siqdē & minores illo & remotiores a terra sunt: nō aliter aūt frigide stellæ q̄ qa calidæ paꝝ. Erit igiẽ cor leonis frigida stella quæ tamē astrologis decernitur esse flagrātissima: tū ĩ ipis planetis si penes hoc prĩcipiū qd̕ recipitur ab Auenazra uoluerimus examinare: quæ plus stella/quæ minus nos calefaciat: nullo pacto cōsona colligemus dictis astrologoꝝ. Tria eni fere facient intentionē caloris/magnitudo lucis/densitas & ꝓpinquitas: nō est aūt ad liquidū exploratū quātū magnitudo densitati: quantū densitas magnitudini: quantū alteri uel utrique ꝑpōderet ipa ꝓpinqtas: quare rōcinari uolentibꝫ in incerto res erit: nec arbitrari poterit sensus cum ꝑter solis & lunæ cæterorum radios nō ꝑsentiat: & hoc primū obstat astrologis: quoꝝ ars nulla si remanēt in ambiguo uires cælestiū radioꝝ. Cōiecturā uero seq uolentibꝫ apparebit oīo aliud q̄ qd̕ ipi determinarūt: nā molē quidē cōsiderantibꝫ martis radii/saturniis/iouiisque minus calidi putabūtur: q̄ si calidiores esse respōdeāt: qa de ꝓximo magis & de cōpactiore luce prodeant: dicā nullo modo esse credibile tantū hæc posse.

Præterea disci paruitate ut saturnus fere qnquagesies maior frigore torpeat/æstuāte marte: alioquin si tam paꝝ detrahit efficaciæ luminis corporis exiguitas. Addit uero tā multū cū ꝓpinqtate copia lucis/fouebimur magis a uenere q̄ ab ulla stellarum ꝑter solem & lunā: quādo alma supernæ nectareū ridens late splendet cytherea unde sola īter oēs facit umbrā: nec est stella terræ ꝓximior q̄ iuxta uulgatā terræ opinionē ueneris orbis amplitudine nō excedat: & tam̄ eā dānāt frigiditatis plerīq; astrologoꝝ: sicut oēs a ioue & marte supari plurimū calore nō dubitāt: ĩ quo rursus ad imaginationē corpis si se referūt erit id factū deinde paꝝ ex rōne ut cum iuppiter nō multo plus q̄ saturnus discū ueneris supet: hīta. s. rōne tātæ uastitatis: nec multo itē illo terræ ꝓximior: ita tam̄ definiāt ut longe magis uenere calefaciat iuppiter: longe minus saturnus īmo foueant quidem corpora uenus & iuppiter: saturnus ea frigiditate mortificet.

Triafaciūt caloris ītentionem.

Caput VIII Obiectio aduersus ea quæ dicta sunt.

[S]Ed esto īquiet aliqs nec cognitæ sint astrologis drīe radioꝝ: nec cognosci possint: ꝑtinet hoc ad aliā qōnem. Nūc illud uidendū an ista possit ĩ radiis eē diuersitas: ut quæq; oēs sua natura calidi sint & uiuifice calidi: ꝑ copia tam̄ lūinis & īopia/siue tenuitate uel efficacia: alter alteri collatus frigidus & cōtrarius uitæ dici possit: & hic siccus alius hūidus: siue hoc sua natura siue cōtagio elemētaris materiæ faciat. nā si hoc qd ꝓhibeat: q̄q̄ cælū cā sit uniuersalis: cū tam̄ ꝑ cōtinuo motu aliter atque aliter se habeat/ꝑ uario syderum habitu aliter causis ipsis inferioribus cooperari: ut non omnis tam uarietas effectuū ab ipsis inferioribus: sed ab ipsa quoq; uaria uniuersalis causæ dispōne cōtingat: ꝑsertim si nō tm̄ lūinis q̄litate uel quātitate: sed aliis suis dotibꝫ peculiaribusq; ꝓprietatibꝫ stellæ īuicē differunt:

quod aduersus nos quarta ratio ꝓtendebat. Tunc enī uidetur fieri posse ut ꝑ motū atq; calorē syderibꝰ oībus quatenus cælestia sunt cōem/cōis quoq; illa cælo debeatur efficientia. Sed per influxus q particulares astroꝝ naturas cōsequūtur particularius aliquid fiat ab eo perq; uarias/item eiusdē stellæ & ad alias stellas/& ad cæli loca corporaq; terrena figurā/positū/ & habitudinē uariet nō mediocriter opera causarum inferioꝝ/atque ita stet prima adhuc argumentatio astrologoꝝ effectuū ipam etiā diuersitatem referens ad cælestia.

Caput IX Soluitur obiectio/atque ostenditur: neque specificas: neque indiuiduales reꝝ differentias a cæli motu pendere.

O Pportuna obiectio multa reuocās in memoriā quæ nos illis obiiciamus: & fere ita est mala cā quo se plus defendit plus ꝑdit. Cōtra ueritas sicut ignis quo plus excutitur plus clarescit: ita igitur satisfaciemus. Declarabimus primū quæ sit in influxu cælesti diuersitas uel pro diuersa natura multipliciū syderū: uel pro uaria syderis eiusdē uolubilique mutatōe. Dicemusque de his quid euidentia uel ratio naturalis necessaria demōstratione ꝓscribat. Nam quid errēt circa aduersarii plus exigit opere q̄ ut peragatur in transcursu. Quare sequentibꝰ libris tractabitur hic cū satis fuerit explicatū quid possit a constellatione differre constellatio/uidebimus quātū habeat illa diuersitas in uariādis effectis inferioribꝰ auctoritatis. Vnde & qd' ipsi uolumus cōfirmabitur/primariā substantialē fereq; totā eorum distinctionē a secundariis esse causis: & astrologoꝝ fallacia magis detegetur ꝓfitentiū de cælestibꝰ causis ꝓdictionē huiusmodi distinctiōis. Diximus cælū agere ī nos motu & luce: Motu creditur tria facere/mouere/calefacere/& lumen afferre. Tertiū hoc postea tractandū ē/cū de luce tractabitur. Sed & quod aiūt ipm motu calefacere/difficilis quæstio est/& seorsū in libris philosophiæ discutienda: nā ad rem astrologicam parum attinet: sane quomodo motu moueat supius explicauimus: dū. s. motus oēs a primo motu depēdent: sicut a motu cordis aīalis motus. Videamus igitur quantū spectat ad motū/an aliæ aliter stellæ moueāt/& an eedē alias aliter/tū de luce uidebimus. Differūt motus syderū triplici rōe: Primū ꝙ alia uelocius mouētur alia tardius. Secūdo ꝙ hæc pluribꝰ illa motibꝰ paucioribꝰ. Tertio ꝓ situ regionis in qua mouētur ꝙ hæc illis sublimiores obtinēt sedes & ampliora spacia peragūt: Aristoteles multitudinē motuū & paucitatē ꝑtinere non putat ad effectarū siue motaꝝ reꝝ diuersitatē. Sed ꝓ dignitate mouētiū fieri ut quod nobilior paucis ignobilior nō nisi multis motibꝰ assequatur. De uelocitate tarditateq; eoꝝ nihil satis exploratū. Nā Aurelius Macrobius/imitatus antiqores affirmat pari passu ꝓcedere oēs planetas: cui sniæ suffragabitur Auenazra collocans in eadem sphæra solē/uenerē/& mercuriū epycicliorum sedibꝰ separatos: qui uero faciunt illos inæquales inter se digladiantur. Nam Alpetragius qui uidentur uelociores eos astruit esse tardiores: Contra alii restitutionis tempus obseruāt. Quod omnino fallat necesse est: nisi quis proportionem moraꝝ spaciorūq; pensiculatius examinauerit. Verū utcūque se res habeat: si quidē motu calefaciūt uelociore motu magis ca-

Aristoteles.

Macrobius
Auenazra

Alpetragius.

lefacient. Quod ãt ad istã quã dicebamus principalitatẽ motuũ attinet nullam ꝑe hoc facere uarietatẽ/quãdo motus inferiores a cæli motu dependẽt. Quatenus ille primus & circularis motus ita ut nihil referat segnior aut cõcitatior. Non moueretur lapis deorsũ/aut sursum ignis qescente cælo: sed non ocius an descẽdit ille aut hic ascendit/qa cælũ rapidius reuoluatur: tantũ hẽt inde ut moueatur sicut a natura uniuersali uegetante quẽlibet motũ. Spẽm motus a sua sbã remissionẽ & intentionẽ/a mouente ab impetu/a figura/a similibꝫ aliis cõdictionibꝫ hẽt. Proinde nõ aliter nos mouebit saturnus qa tardius ipse mouetur/q̃ mars q rapidior existimatur: nã qđ dicũt astrologi serius dare segniores planetas quæ largiũtur postea confutabitur. Nũc dari nihil aliud ab eis p motũ suum defendimus q̃ ut ipi quoq; moueamur: qđ certe nõ aliter fit ab eis: siue tardius ipi siue uelocius circũagãtur: porro de eodẽ planeta nõ ẽ ꝙ ambigamus diuersis nos ab illo moueri modis qa aliter alias ipe moueatur quãdo firmũ philosophoꝝ dogma ẽ esse motus cælestes sibi similes semp, sibiq; pares nec supprimere cursũ sydera aut uertere licet hoc ita uideatur nobis/id qđ ad ecẽtricos circulos: uel ad diuersos motus cõtra se nitẽtes: uel ad alia id genus refertur a mathematicis. Tãtũ ista posset esse diuersitas ut p epycicliorum ima delati fœlicius nos afficerent utpote ppinqores/qđ astrologoꝝ tamẽ decretis potius dissonat q̃ cõsentiat/ut in sequẽtibus latius explicabitur: de dignitate graduũ motorũ siue corpoꝝ quæ mouentur questio ẽ idem oẽs faciãt pariter ĩ his rebus quæ fiunt: an alius motor aliud. Sunt.n. qui putẽt totũ qđ fit a ꝓxima fieri cã/nec aliud agere supiora: q̃ ut ipsam ꝓximã causam moueãt ad agendũ/tot ĩterpositis a natura mediis causis nõ ut aliud alia faciat/sed ut ordine suo res efficiatur cũ nec fieri effectus nisi a cognata cã possit: & illa inefficatior pro materiæ uinculis qbus inferiora strictius obligantur/q̃ ut nõ mota moueat quæ cũ rursus stati a nobilissimis & supremis cãis moueri nõ possit intercedere tot oportuit medias/quot in ordine causaꝝ dignitatũ gradus intercedebant: q̃re credunt hi a tot idẽ fieri causis/nõ ꝙ opis partẽ aliã sibi alia uendicet cũ essentiali inuicẽ nexu colligantur: sed qm̃ ut idem agãt alia necessario de triplici serie mouetur ab alia. Sũt cõtra q uelĩt nõ idem facere in his quæ fiũt supiorem cãm & ĩferiorem sed pro gradibus pfectionũ quas sbã cõtinet operis/illam a causis quoq; dependere gradatim inter se ordinis pfectione distantibus ppterea rõnẽ in ope cõmuniorẽ ad causam ptinere magis cõmunem/hoc ẽ in efficiendo sicut præstantiorem ita magis uniuersalẽ: atq; ita quæ fiunt habere ꝙ sunt a deo/ꝙ sint substantiæ/a cã quæ deinceps/rursus ꝙ sunt corpora ab ea quæ cõsequitur/donec ad ppriã deueniatur rei spẽm & naturã: quæ ad ipsam quoq; propriã & ꝓximam cãm referatur: utrũuis autem sentiamus patet ne dum indiuiduas sed nec specificas rerum differentias a cælestibus esse: quatenus istam motus efficientiam consideramus.

Questio Opinio

Alia opinio.

Cap. X. Stellas alias a sole & luna aut nihil aut certe paꝝ in nos agere

Diximus de motu: reliquũ ẽ de lumine: sed aduertere prius oportet differentias q̃dã inter actionẽ stellaꝝ in nos p motũ ab ea quæ fit p lumen: illius

Dña inter actionẽ stellarũ in nos per motũ & per lumen

uirtus ā mouēte magis aīa q̄ a moto corpe: huius ab ipo corpe planetæ: ille sphe rarũ potiusq̄ astrorũ: hæc astrorũ creditur potius q̄ spherarũ: in illa dependēt a superioribus iferiora cũ nulli sit dubiũ motu primi orbis subditos planetas. & cũ reliqs solē circũagi. De lumine cōtra putatur cōsentientibꝯ fere philosophis nō mō lunã sed reliquas quoq; stellas a sole illuminari: plus itē mouēt nos quæ sũt altiora quã do in illorũ uirtute cætera mouent sed luminis in nos si alia paria sint de loco ꝓpinquiore potētior ē influentia: sed nec liquet ut declarabimus agant ne ĩ nos lumina corporũ supiorũ an lunæ tm̄ & solis cætera hucusq; cũ efficatia nō ptingãt ob lucētiũ corporũ uel puitatē uel distantiã: de motu dubium nō ē in quo (ut diximus) superiora potiora sũt: ex qũibꝯ oībus colligi pōt qd̄ a philosophis dicitur ordine quodã essentiali seriē quasiq; cathenã causarũ inuicē necti pēdereq; deorsũ: ad hãc maxime motus efficientiã ptinere quãdo hoc agmē ordoq; cãrũ & in mouētibus magis animis intelligitur q̄ in corpibus & ꝓpriũ eius ē ut a primis secunda depēdeãt & supior cã plus hēat uirium & ptãtis q̄ qlibet inferiorũ ne dũ cesset supior & inferior agat: nō tamē negamus habere calorē solis ad seminales calores rōnē causæ ĩ eēntiali ordine supioris sed nō ultra ꝓtenditur iste ordo: q̄re nō ē hic illa ducta a primo ad infimũ p intermedios gradus cōplicatio causarũ de qua loquũtur: sed in mouētiũ quatenus sũt mouētia serie cōpletius inuenitur: ē tamē utrobiq; q̄ternatiũ fere obseruare ꝓgressum: in motu primũ obtinet locũ sphæra illa uel uniuersũ qd̄ diurna agitatiōe reuoluit̃ unde cæteris quoq; motus iste cōicatur. Seqtur chorus planetarũ super polos signiferi currēs in aduersũ nec in eo sũt plures gradus distinguēdi qm̄ inuicē nec mouētur nec mouēt: quare quasi mobile unũ sicut a primo mobili rapitur ita mouet suo quoque motu qui diuersitatis dicitur a Platōe mouet æthera inq̄ aerēq; supmũ unde q̄rto quoq; gradu motus ad nos & inferiora corpa ꝓuenit dũ uegetãtur inde rerũ naturaliũ pticulares oēs motus. In lumie qd̄ cũ dico) calorē a lumine ꝓfluentē semp intelligo) fons totius influxus oculus mundi sol hic illuminat lunã luna afficit aerem aer oīa corpa q̄ sub aere & in aere uiuunt ē. Sed ista diuersitas ꝙ a mobili primo mouemur p planetas a sole aliter q̄ p lunã illuminamur: quæ nos oīa ob id potissimũ recensemus ut priusquã sermo de differentia isyderaliũ fluxuũ habeatur sciamus nō cōstare ptingant he q̄lescunq; sint illi supiores ifluxus ad nostrã regionē sed qd̄ de minutioribꝯ quibusdã stellis creditur ab astrologis credi possit de oībus etiã planetis præter solem & lunam cui qm̄ opinioni obstare poterat id in primis ꝙ cælestia corpora causæ sint essentiales inferiorum rerum in quo ordine nulla cessare possit uolui declarare hũc ordinem non ad corpa illuminantia: sed ad mouētes uirtutes potius pertinere: nã frustra cōdita a deo sydera quorũ nō psentiantur affl atus astrologi dicere nō possunt ne illa sint frustra de quibꝯ hoc ipsum ultro cōfitentur alioqn forsitan nec cãdelabrum hoc sublime tot luminibus radiãs factum ob id primo putant ut nocturnis nostris oculis lucē afferens lustret lucifugis habitata cubilia talpis: sed cur inquies tot sydera si nobis sol unus lunaq; sufficiunt: hoc cælesti naturæ conueniebat hoc rerũ or-

Solutio

do/hoc uniuersi totius perfectio postulabat/nec si nõ oĩa nos illuminant sequitur ut nõ alius inde nobis & usus & cõmoditas esse possit. Auerodan sic argumẽtatur Agunt in nos sol & luna/igitur cætera cum sint omnia eiusdem naturæ:placet species argumentationis/& Aristotelem sapit q sic quoq; argumẽtatur:luna nõ mouetur ꝓprio motu/sed cũ sphæra qđ eius maculæ declarant idem ergo de cæteris iudicandũ cum una natura oĩum cælestium. Quarẽ nos iisdem uestigiis ĩsistentes ita colligemus. Sol calefacit/igitur luna qa sunt oẽs eadẽ natura & recte nos quidem colligemus qm̃ hoc tm̃ rõ probat esse easdem omnium cõditiones/ quatenus absolute ad se considerãtur/sed cum ad alias comparas qm̃ nõ eodem modo comparãtur ratio uacillat:qm̃ si eadem quidẽ sua natura facturus est sol quæ Saturnus nõ sequitur ut uterq; erga nos idem faciat/qa alter ut ꝓpinquus alter ut remotus nobis cõpatur. Sic q diceret agere ĩ nos tm̃ solem & lunã hẽnt quas afferãt rões suæ suspitiõis licet ĩ omnibus sit cælestibus eadẽ natura:nam luminis efficacem in nos actionẽ tres ꝓcipue faciunt lucentis corporis conditiones magnitudo densitas & ꝓpinquitas/hæc in sole concurrunt oĩa ꝓcellenter/nam & proximus nobis ꝓsertim si supra lunam collocatur quod ueteres et post Ptolemæũ Ieber Theonque contẽdũt & corpore ita uasto ut maximã stellarũ plus sexqualtera ꝓpõne superet/Tũ densissima luce cõspicitur oĩum fulgentissimus. Luna adeo nostris regionibus ẽ finitima ut nõ possit nõ afficere quæ etiã contingit inde lux eius efficax necessario quæ non alia fere q̃ solaris has nõ ita conditiones in aliis reperias ut qđ de luna soleque concesseris nequeas de reliqs nõ cõcedere. Sed obstabit forsitan ĩ octauæ spheræ luminibꝫ ẽt maximis ipsa distantia obstabit eadẽ in saturno ioueq; syderibus quæ sicut terræ ꝓpinqora ita ẽt illis minora sunt traduntur.n.maxime herẽtes stellæ terræ molẽ centies septiesq; cõtinere:at Iuppiter nonagesies qnqes Saturnus nonagesies tm̃ & semel:quæ nõ sunt dicta tam̃ scrupulosissime/& si seqmur experiẽtiã uidemus hærẽtiũ illaꝝ:q̃q̃ adeo uastæ magnitudinis:radios nocte non ꝑsentiri/ẽt si cũ illis supra finitorẽ Saturnus & Iuppiter nos irradient/Mars longe magis corpe decrescit q̃ situ ꝓpinqt/ nã proportionẽ hẽt ad terrã sexqualtera paulo maiorẽ:ut unus sol centũ fere martes includat/est.n.sol terra maior cẽties sexagesies sexies:ꝑinde cur absurdissima dixerit q sensu testante uires solis in corpa fassus/credat fieri posse ut uires ad hæc martii syderis nõ ꝑtingant tãto illo minoris/ & remotioris itẽ a terra:credat idẽ de stella ueneris remotiore forsitã ẽt a nobis q̃ sit sol : certe longe minore q̃ sit ipsa ẽt terra cuius nec pars uigesima eẽ putatur:nam mercurius luna minor sicut a nobis quoq; distantior. Quare qd miꝝ ꝙ hic quoq; tã paꝝ sentiatur q̃ raro quoq; cõspicitur/cui tamẽ astrologi tribuere plurimũ solent. Sed & ita putantibus astipulari uidetur Aristoteles/qui qdem cũ de motu agit oĩum meminit ut ĩ libro de cælo/& suꝑmi maxime motus ut ĩ postremo philosophicæ auscultationis:qm̃.s.mouentur ab his motibus omnia corpora/cum uero de calore illo uiuifico fouente reꝝ generationes ꝑficienteq; loquitur aut tantũ solis ut cũ a sole & homine generari hominem dixit: aut solis & lunæ/ut in libris de animalium genera/

Rõ Auẽrodã

Ratio Auerodan uertitur contra astrologos

Tria actionẽ lucis in nos efficacẽ reddere

Ptolemæus. Ieber Theon

Concurrũt tria illa ĩ sole

Quãtitas syderis

Maximatũ horẽtiũ stellarum.

Iouis Saturni Martis Solis

Veneris Mercurii.

Cõfirmatio huius opiõis ꝑ Aristotelẽ Aristotiles

Opinio Pici.

Coloratur aptissime sen tentia quæ su pra afferreba tur.

tione/facit mentionẽ/ut si quis hanc Aristotelis opinionẽ fuisse contẽdat nullis pos sit eius philosophiæ dictis refutari. Nos nõ tã illď/q̃ hoc asseueramus/ qcqd deorsum puenit a syderibus aliis/id ptenue pexiguũ esse/ut si forte syderũ luminibꝰ nocturnis aer nõ nihil mittescat quo fiat generationi accomodatior/ quãq̃ si quis generationẽ oẽm uni soli referat acceptã possit ita decernere/ut qď lumine suo p diẽ sol operatur/opetur & nocte p id lumẽ ad lunã quasi speculũ repercussũ/unde reflectatur ad terrã/natura uices has sapientissime disponẽte/quoniã ferre iugiter solis radios imbecillitas terrena nõ possit: quare nocte per lunã illos excipiat fractiores ĩbecilliores ꝓptereaque suæ infirmitati magis accõmodatos / ut nec plane desecantur luce uegetali/nec sub illius iterũ plenitudinẽ quasi fatiscãt quo pacto ẽt salutarius ad nos primo uere sol reddit postq̃ tota hyeme procul fuit/q̃ si ꝓpe nos sẽper assiduus hĩtasset/qui adeo p̃mitur bono cæli si nimiũ sit nr̃a fragilitas ut nec luna ipsa se tota solares semp radios nobis refundat/sed nũc partius/nũc uberius pro suis ad solẽ schematismis/quos ad eã utilitatem diuina cura sic ordinauit/quando nec ꝓpria luce ob eã cãm ꝓximũ nobis sydus impleuit. Si igitur totã naturã circũspicias nullum uidebis ab ea indiciũ dari foueri a se res inferiores alio calore q̃ solis qď sicut ptinaciter nõ defendimus & in cõsortiũ huius officii stellas multis hoc philosophis opinantibus admittere nõ recusamus: ita coarguimus astrologos putãtes in aliqua genitura(si ptinent ad stellas hoĩum genituræ) principatũ interdũ deberi planetis aliis/posthĩto sole uel luna siue diurna siue nocturna fuerit genitura. sicut ipsũ quoq; solẽ opprimi radiis alioꝝ/& male affici posse putant ut quasi unus e numero in ordinẽ plane redigatur/ueꝝ de his postea/nũc tm̃ admonemus magis ab euidentia sensũq; redargui q plurimũ posse stellas alias a sole credũt ĩ permutãdis ĩferioribus/q̃ qui fere nihil eas posse cõtendunt/totã hanc sicut illustrationẽ ita uegetationẽ inferioris mũdi phœbeæ lampadi tribuentes unde nobis per noctẽ lucerna quoq; lunaris accenditur.

Magis ueros uideri q nihil stellis tribuũt q̃ q multum

Cap. XI. Quo pacto stellæ eadẽ alias aliter in nos agere possint:

Erũ demus astrologis & nobis quoq; nõ id magnope pnegantibus/defluere a stellis oĩbus aliqd/in nos restat examinãdũ qď illoꝝ obiectio postulabat: an idẽ eadẽ semp/an idẽ quoq; diuersæ largiãtur/ut si non idẽ/ uideamus an ex illa diuersitate uariẽtur quoq; ĩferiores effectus ꝓprias eẽ uires unicuiq; stellæ p̃ter motũ & lumẽ ĩ quarta rõne ꝓbant ex cæli nobilitate uiribusq; coporum quorundã q̃ a cælo eẽ putantur: has itaq; ibi dissoluemus. hic tm̃ ꝓ rõne ĩpam stellaꝝ afferũt diuersitatẽ ut cũ stella differat a stella: sintq; oĩbus lux motusq; cões habeãt necessario p̃ter hæc ꝓpria q̃dã qbꝰ ĩuicẽ differãt. sed paulus dixit stella differt a stella claritate. qd igĩ si queadmodũ cũ sit oĩbꝰ circularis motus cõis/ita differt motu ut hæc uelocius/illa tardius moueãtur(quãq̃ nec hoc ipsũ cõcedatur ab oĩbꝰ pariter sit de luce/ut. s. luce cõueniãt/lucis cõditionibꝰ differãt? dũ cõpactior copiosior/cõtra rarior uel tenuior lux unius syderis q̃ alterius: erit .n. qui credat plus a sphæra ẽt sua/stellã/q̃ a stella stellã eẽ diuersam/nec aliter tamẽ illa differũt q̃ ra/

Paulus apo.

Opinio

ritate densitateque qđ si recipiatur cõsequenter putabitur nõ aliter eorum actionẽ ĩ nos uariari/quã ut quæ dẽsiora/maiora/ppinqora/plus ea lucis/plus caloris effũ/dãt/minus quæ rariora/minora/remotiora/denique idẽ eẽ spiramẽ ab oĩbus cali/dæ lucis lucidique caloris: unde salus/uita/fomentũque corporibꝫ tãtũque differ/re/ꝙ ab aliis tenuius: ab aliis exuberantius: ab his cominus & ab illis eminus ĩspi/ratur. Cæterũ de eadẽ stella qd decernemus ꝑ sui motus ppetua uolubilitate: por ro sñia peripatheticorum ẽ stellas nõ mutare qualitatẽ/sed locũ p̃ter lunã quæ lumĩe fulgens mutuatitio ꝑ suis ad solẽ cõuersionibus plus minus identidẽ illuminatur. Quare ꝑ uersura quã fecerit a sole lumẽ nobis uberius partiusqꝫ refundet & cũ lu mine suo calore: sic destituit fere nos ĩ nouilunio parte qua nos respicit destituta lu c.bus: fouet amplius & calefacit/in plenilunio: sicut adolescẽs magis/minus decre scens quæ uarietas in sy deribus eẽ nõ põt luce stabili ppriaqꝫ fulgentibꝫ: ꝓpterea mutationũ fere oĩum quæ frequẽtius accidũt corporibus/si qua calitus cã/solet eẽ de luna qa mutabilis ipa nõ mõ situ/sed q̃litate ꝓxime nos contingit aliis planetis sola p motũ locorum mutatio fit/unde uarietas ĩfluendi nõ alia q̃ ut intentius remis/siusqꝫ nos afficiant/quatenus huc illuc migrantes fiunt nobis ꝓpinqores/& remo/tiores. Duplex aũt illis motus/uniuersalis & ꝓprius: uehit ad nos illa quottidie mo tus uniuersalis supra terrã extollens eripitqꝫ quottidie ducens sub occasũ/unde pri/mũ diuersitas agendi/ꝙ de fastigio fortissimos radios eiaculantur qa rectiores ca/dunt ad ppendiculũ/quare quãto magis culmini ꝓximãt/tanto potẽtius nos affi/ciunt/quãto magis inde descẽdũt ĩbecillius: sub terrã mersi possint ĩ nos aliqd nec ne discutiẽdũ. Nã cũ ꝓpe finitorẽ nõdũ plane nobis eripiuntur/possunt aliqd cer/te/licet p exiguũ radiis adhuc ad nos ex obliquo puenientibus. Cæterũ cũ terræ la/tebris penitus latẽt & a nobis longius auferũtur/si nihil posse credidero/sensus suf fragabitur rõne nõ repugnante: si qdẽ credi q põt aliter? Si uerum qđ hactenus desẽ debamus nihil ad nos a cælo nisi luce uehẽte puenire. Quod Auicẽna quoqꝫ dixit in libris metheorologicis lumẽ uocãs uehiculũ uirtutũ oĩum cælestiũ: & Albertus ĩ libro de somno uigiliaqꝫ cõfirmauit: quo circa sicut lumẽ ad nos tũc nõ ptingit/ita nec ulla uirtus utiqꝫ ptinget: solũ solẽ: ad eẽ nobis & nocte dicemus eã ob causam ꝙ sororẽ uicariã faciẽs p impssum illi splẽdorẽ nobis affulget/nisi forsitã illđ quoqꝫ dici possit cũ sit aer iste supior ĩferiori cõtinuus/de solis ibi p̃sẽtia nõ nihil istũ quo que aerẽ sic foueri ut futurus frigidior sit si nullus oĩo sol/nullã aeris ptem illumi/net: sed hoc ipsũ si qcq̃ ẽ/q̃ sit fere nihil oculi tactusque renũciabũt astrologi si q̃s sibi somniauere uirtutes qbus tota terræ moles nihil obstat saltẽ nec ĩ somno sic de lirent ut nõ cõcedãt has uirtutes ĩprimi nobis purius & efficatius cũ p aerẽ tm̃ ãbiẽ tẽ nos effundũtur/q̃ cũ brutæ terræ dẽsissima crassitudo tota illis ẽ pforãda/qđ qũ nõ concedunt qs eos defẽderet ab ĩsania? putãt.n. sy derum uires duodecĩo loco q supra finitorẽ ꝓximus oriẽti se se tollẽs una tm̃ mãsione distat a sũmo torpidas & cessatrices & ĩbecillas: easdẽ ĩ ĩmo terræ uigoris & efficaciæ plurimũ hr̃e: sed eorũ errores postea/nunc tm̃ qd decerni debeat ex rõne tractamus: dixius de motu uni

An stelle sub terrã merse ĩ nos aliquid possint

Auicẽna

Albertus.

uersali. Motu pprio plãetæ nũc ad austrũ ferũtur / nũc ad aqlonẽ / qđ & facere stel
læ credũtur hærẽtes / iuniorũ sñiæ : facit idẽ sol nõ q ab occupata semel orbita defle
ctat / sed q illa obliq / nũc pximũ eũ nobis / nũc remotiorẽ reddit : pximũ i aqlone /
remotũ i meridie / unde alia nascit uarietas ifluẽdi / si qdẽ maior efficatia radiis idi
nãtibꝫ ad nos / mĩor secedẽtibꝫ uersus austrũ : pter hæc aut similia his qcũq cogitãt
i actiõe stellarũ diuersitas / uana prsus & irrõabilis : qlis apđ astrologos q eãdẽ stel
lã p locis duodeci / p signis q ptercurrit / p stellis uel hærẽtibꝫ uel errãtibꝫ / qbꝫ cer
ta rõne copulatur iteruallis quos aspectus uocãt / affici alr atq alr putãt : & diuersi
simas ad ifluẽdũ uires adipisci / cõtra quẽ errorẽ totus se liber sextus accĩget hic tñ
p initia capitis huius auctoritatẽ illis pipatheticorũ obiiciemus negãtiũ i stellis mu
tationẽ alrã q situs pter q i luna : nã si mutationẽ dũtaxat corruptricẽ & nocẽtẽ ex
cludũt nõ oportuit lunã excludi quãdo nec ipa sic mutatur a sole / qq nec a noxiis /
ut uidebimus / astrologi mutatiõibꝫ sydera liberant labefactãtibꝫ & si nõ sbãm ui
res tañ eorũ & facultates / sed hæc postea : illud ãbigat qs de luna recipiat ne plane
tarũ aliorũ radios sicut solis . appet . n . pbabile ppea q sua natura susceptaculũ poti
us icidẽtis lucis / q lucida / sed & oĩum ifima uideatur ad hoc minus potissimũ esse
pata uerũ nec maiorũ auctoritas nec ipse sensus accedit si qdẽ coheũte luna cũ sole
si tũc iouis aut martis radiis oppõatur unde reddere nobis illorũ lumẽ plenius debet
nihil tañ hre radiorũ & lucis agnoscitur tetigimus hãc qõnẽ qm si đ cæteris quoq
lumẽ hauriret fierẽt erga nos planetæ efficatiores hac ẽt rõne q lunæ copularẽtur /
trãsmissa p eã ad nos uirtute q p se minus forsitã huc attigeret . uerũ si fieret hoc fie
ret alr oĩo q astrologi putãt : putãt . n . eius maxĩe syderis ad nos radios lunã traiice
re cũ quo simul iuenitur . Ego uero quãto lõgius a sydere luna digreditur tãto plus
luminis syderis eius communicari nobis per eam nõ dubito : tanto minus quanto
minus distant minimum aut certe nihil cum nihil distant moueor euidenti expe
rientia q iuncta soli nec solis radios ad nos transmittit mole corporis eius ma
xime negotium facescente : quanto minus igitur radios aliorum : & solaribus lõ
ge tenuiores / & remotiores a luna : uide quantũ fallantur q fortunatam diẽ & ge
niturã credũt q luna cũ beneficis stellis cõgrediatur / ifortunatã q cũ malis / cũ non
aliud sit illis cõgredi lunã q illorũ influxus p densitudinẽ lunæ nobis itercipi : forsitã
aũt & illud hẽt rõnẽ ut i pmutãdis iferioribꝫ hẽat nõ nihil pogatiuæ planeta ma
tutinus ppea q exoriẽs ãte solẽ sibi uẽdicet aerẽ priusq a sole totus occupetur. Sed
hoc si qd ẽ haud magnũ hẽre momẽtũ pt. Restat examinãdũ an ex mixtura radiorũ
noua uis coalescat effectrix opis noui qđ singuli seorsum radii nõ efficerẽt. Plotius
negat hãc radiis accidere posse tempaturã ut eorũ coalitu noua uirtus siue forma
noua dissultet : puto qm radii nõ corpa sicut liquores / nec affixe corpibꝫ qlitates : q
rũ more nec i corpibus suscipiũtur ut . s . uel inficiantur inde uel ex habitu suo quo
quomodo permutentur. Quo circa uerisimile fit isti philosopho non usu uenire ra
diis quod plurimis qualitatibus / ut ex aliqua concretiõe siue mixtura in aliam for
mam ex omnibus coalescentem aliquando commutentur : præsertim cum hoc non
sine interitu confluentium ad idem simplicium particulariumque qualitatũ / sole /

[Margin notes:]
An luna reci piat radios aliorũ plane tarũ sicut solis

Cõiunctionẽ lunæ cũ syde ribus ifortu natã potiusq fortunatã eẽ

An ex mixtio ne radiorũ no ua uis coale scat Plotinus.

at euenire: quem i radiis nō facile qs cogitabit. q̄ si demus astrologis radios cōmi/sceri uel calores a radiis profluentes: illud asseueramus radios oēs misceri sp/nō āt q̄ī eē asymbolos q a'iis p eos quos nūc uocāt aspectus minie fœderēt. q̄re mixtura p̄sentis horæ/momti āni/mēsis/diei nō uariat ab alterius tpis radiosa mixtiōe præterq̄ his de causis qbus uariari sydeꝝ actōes exposuimus: ut sit aliud. s. noctis: aliđ diei temperamentum: aliud recedentibus astris ad meridiē: aliud inclinantibus ad aquilonem: unde sola caloris exoritur intentio atque remissio.

Caput XII Quæ effectuū uarietas i cælū redigi possit & quæ non.

C Ogitemus oīum radioꝝ mixtionē i aere/i ea ē aliqd q̄sidixeris subāle/aliqd q̄i accidētale: subāle est eē unū lum̄ siue unū calorē ex oibꝫ cæli lūinibꝫ uel cōgregatū uel resultantē: & hoc qdē ꝑpetuū & imutabile ē. Sed q̄ hic qdē radius i eo nūc sit itentior/alius sit remissior accidētale ē/mutaturq̄ subīde ꝑ cele/stiū corpoꝝ iugi mutatiōe. Ratio distinctiōis istius nostræ facile patet. & .n. i cælo qđ scimus huius caloris eē principiū/aliquod subāle dici pōt: sicut subālia dicimus esse quæ subām rei cōsequūtur isepabiliter/talia sūt imarcessibile corpus & primū oīum corpoꝝ circularis figura/motus i orbē: & cū suo calore lum̄ oīa uegetans: & siquidē ꝑprias habēt sydera ꝑtātes sūt illæ ēt uires sydeꝝ subāles. Est aliqd rursus in cælo. & stellis sicut uariabile/ita accidentale/ut in oibꝫ astris sola mut atio situ: atq̄ i luna uicissitudo lucis. q̄ igitur i mixtura ē radioꝝ subālia cæli consequēs/dicimus subāle: qđ accidētalia accidētale/ut cōplecti qdē saturniā ꝑtātem & iouiā et solarē cæterasq̄ similiter subāliter sit in ea. sed has habere intētiores uel remissiores illas: ꝑ radioꝝ uarietate accidētaliter dicitur. Adiutus igitur Socrates ista uirtute supiori q̄ nō ē uirtus utiq̄ mutabilis/alioqn sp nō adesset agentibꝫ oīa cāis ut ad/esse cōspicitur adiutus inq̄ ab ea generat hoīem q̄tenus hō ē. & hūc hoīem q̄tenus hoc seīe & ex hac materia generat: q̄re ad hāc effectus subālē cōditionē siue naturā siue caracterē idiuiduū spectes indifferēs qlibet cōstellatio ē: q̄ uero ex cōstellatōis diuersitate hoc ē uario sydeꝝ statu hitudieq̄ ad terrā plus minusue caloris i aerem effūditur: & ꝑ alia radioꝝ mixtura noua calidæ lucis ꝑportio mēsuraque dissultat hoc ē q̄ accidētale i cælestibꝫ accidētalē quoq̄ i effectis rebꝫ facit diuersitatē ut siqs dicat i plenilunio fieri meliorē cōceptū & crescēte lūa plus augescere fœtū: & sub tēꝑato cæli statu melius affici seīa ꝑpterq̄ meliorē quoq̄ sobolē procreari hoc genus illa diuersitas q̄ đ cælestiū uaria pōne i substātiis generādis eē p̄t: quā accidētalem dicimus & aduētitiā qm̄ ut declarauimus ipa ꝑpria subālisque nota cōcepti fœtus de suo principio proximo subālique materia sua depēdet/tū ad accidentales quoq̄ proprietates plus accidētia seminis & materiæ faciūt: ut pote cognatiora proximiora intimioraque q̄ extrinseca dispō aeris ambiētis: id quod expientia quotidie ma/nifestat/ita ut si quis pro parentum seminibus filius non effingatur/& inde ducat suā similitudinē mōstris enumerandū dicat Aristoteles. Proinde nihil nobis ob/stiterit uniuersales tm̄ causas sydera facientibꝫ & effectus distinctionē quærentibꝫ a cā secūdaria/qđ uaria sydeꝝ dispō ꝑ mutatōibꝫ aeris corpoꝝ uel genitoꝝ iam uel

In mixtiōe radioꝝ est aliqd subāle & aliqd accidētale

Substātialia in calo

Accidentale

Aristoteles

generandoꝝ uariare dispōnem aliquo mō possit/quādo ut diximus hæc accedens extrisecus & generalis ualde mutatō est. Ea uero quæ ptinent ad subām ꝗ q̄litates ītimas magis & ꝓpius a ꝓpriis indubie trahit originē ppeaq; de cælo puideri nullo mō pōt: & hoc qdem ueꝝ ī corporis rebꝫ quæ pfecta subā sūt/quibꝫ oībꝫ adsūt effi cientes ꝓxīæ cāæ: uel qđ illis proportōe respōdet ut ī his quæ generātur ex putrefa ctiōe & mixtis inaīatis de qbꝫ ī q̄rtæ rōnis solutōe dicemus. Sed. n. aeris mutatio nes ad calorē & frigus hūorēq; & siccitatem nulla media cā facere cælū pōt: q̄s iō tam̄ uniuersaliter facit: q̄m ex se tm̄ salubriter calefaciēs facit cætera ex accidēti pro cōditōe materiæ sicut uno eodēq; calore durescit limus & cæra liquescit & sub eodē sole lintea dū lauātur albescūt & lauātis interī facies denigratur: Cæterū q̄m hæc accidētalis mutatio est plurimū ī ea pōt: id quod ī cælesti cōstellatōe accidētale uo cauimus: hoc est sydeꝝ positus & habitudo/unde uis radioꝝ ītendit̄ atq; remittit̄: ppeaq; plus mīus ī aerē calor īualescit. s. ob hoc ipm̄ ꝓ uario solis flexu uariāt q̄tuor āni tpa & oriēs atq; occidēs: ascēdēs atq; descēdēs easdē fere facit ī die q̄tuor muta tiōes. Sūt aūt inter has primas corpoꝝ q̄litates: & inaīata mixta mediū q̄si locū sor titæ metheorologicæ īpressiōes: quaꝝ etiā efficiēs cā cælū īferiora materia sūt: undē plus eaꝝ diuersitas q̄ corpoꝝ pfectoꝝ a cælesti dispōe depēdet. Sic ut uere & autū no fere fiūt tonitrua/æstate grādines/hyeme niues & pluuiæ minus āt q̄ absolute ipē q̄tuor q̄litates quādoq dē has facit radius ī materiā lapsus sua uirtute illæ mo uētur qdē radio: sed de materia īferiore cōcrescūt. Quapp ꝓ illius plurimū cōditi one uariātur ut ī tractatu tertiæ rōnis latius explicabīus. At pfectæ substātiæ q̄ non solū materiā sed & propriā habēt efficientē cām qcqd (ut sæpe idē repetatur) subāle propriūq; sortiūtur, a propriis habēt cāis cælo p īmobilē suū influxū ut uniuersali cā coopante/pmutabilē uero nō nihil extrinsecā aliquā generalēq; ualde mutatio nē faciēte: de qua tam̄ astrologi dicere nihil etiā possūt: qppe q̄ nec a causis cælesti bꝫ quas finxerūt: nec ab hora natali: sed ab aliis prīcipiis pēdeat ut postea declara bimus: nā nūc qdē id tm̄ īuestigamus qd efficiat. s. cælū qd nō efficiat. Hæc igitur ītelligēs quæ disseruimus Aurelius Augu. nō usq;q̄q; dixit absurde putari posse ad solas corpoꝝ drīas afflatus quosdā ualere sydereos nō asseruit: ita esse nō accusauit alr̄ sentiētes: sed eleuauit culpā sic opinātiū eā nō tā absurdā opīonē q̄ nō usq;q̄q; absurdā eē pronūtiās id qđ tam̄ de qbꝫ etiā corpoꝝ differētiis eēt intelligendū expli caturus adiūxit: sicut ī solaribꝫ accessibꝫ & decessibꝫ uidemus ipīus āni tpa uariari & lunaribꝫ īcremētis atq; decremētis augeri & minui quædā genera reꝝ: sicut echin nos & chōcas & mirabiles æstus occeani: Hæc illius uerba ī qbꝫ nihil uides ānume ratū qđ ad pfectæ alicuius subāæ faciat generationē q̄ꝝ diuersitates q̄q̄ maxie cor porales ad stellas referri non debere: sed proximas causas statim admoniturus adie cit: quid tamen ad corpus q̄ corporis sexus? & tamen sub eadem positione syderum diuersi sexus gemini cōcipi potuerūt. Hæc ibi paulo āte supra cōfirmās eādē sn̄iam pbauerat Hyppocratē ex ꝓpriis & secūdariis cāis rōnē reddētē ꝗ duo fratres simul ægrotarēt simulq; cōualescerent. Possidoniū uero nō probauerat ad cōstellatiōis

Augustinus.

Hyppocrates

Possidonius.

parilitatem id referentẽ acceptabilior inqt multo cõiectura medicinalis q̃m parẽtes ut erãt corpe affecti dũ cõcũberent ita primordia cõceptoꝝ affici potuerũt ut conse cutis ex materno corpore prioribꝫ incremẽtis paris ualitudinis nascerẽtur: deinde ĩ una domo eisdẽ alimẽtis nutriti/ubi aerem/& loci põnem/& uini aquaꝝ plurimũ ualere ad corpus uel bene uel male accipiendũ medicina testatur/ eisdẽ etiã exerci tatiõibꝫ assuefacti/tã similia corpa gererent/ut etiã ad ægrotandũ uno tpe eisdem causis similiter mouerẽtur/ad cõstitutionẽ uero id cæli syderũue referre quãdo cõ/ cepti siue nati sunt nescio cuius sit insolẽtiæ: Hæc noster Augustinus cuius ĩpa uer ba ptexuimus: q multi id tñ ex eo intelligentes usurpatũ sæpius a nostris/non ab/ surde corpoꝝ drĩas ad afflatus sydereos pertinere/putãt opinatũ Augustinũ oẽm effectuũ corporaliũ diuersitatẽ esse a cælo/ pindeq; de illis Augustino cõsentiente astrologos posse uaticinari/paꝝ memores nihil tã dici merito posse corpale/ q̃ cor/ poris ĩpius tpamentũ: cuius tam̃ cãs in cælo quærẽtes insolentiæ titulo taxantur ab Augustino.

Verba Aug. qnto de ci. de

Caput: XIII Solẽ multa opari quæ ab aliis stellis fieri astrologi putãt.

P Rimã astrologoꝝ argumentationẽ retorquẽtes ĩ eos declarauimus lõga di/ gressione/sed necessaria qd ĩ nos ageret cælũ & cælestiũ actio quõ uariare/ tur siue stellas ĩpas siue materiã suscipientẽ cõsideremus. Vnde palã factũ ẽ esse cælũ cãm uniuersalẽ nec effectuũ distinctionẽ psetti principalẽ substantialẽq; inde esse petendã. Nũc ordine cõuenĩẽti q̃si gradu facto p ea quæ disputauimus se cũdæ rõni soluẽdæ manus admoliemur: quoniã. s. dephẽditur uariari dispões ĩfe rioꝝ corpoꝝ ad solis & lunæ uarias ad nos hitudines idẽ aliis de rebꝫ et planetis cõ tendebãt esse credẽdũ. nã uices inqunt q̃tuor tpꝝ p solares anfractus & oĩum cor/ poꝝ status cũ ex illa uicissitudĩe/tũ p lunaribꝫ incrementis decrementisq; uariatur qd igitur/duo. s. sũt quæ colligit putãt ex his: primũ ut sicut echinos/cõchas/ocea nũ/corpoꝝ humiditates/ad curricula lunæ uidemus ĩmutari/generaliterq; terrenã molẽ p solis ãnua reuolutõe piter & diurna/ita de cæteris quoq; rebꝫ assentiamur eas stellis euinctas ab illis gubernari. Alteꝝ ut manifesta solis & lunæ ptãs ĩ pmu/ tãda sublunari materia/cogat idẽ nos credere de radiis alioꝝ syderum/ hoc est illis quoq; q̃q̃ occultiorẽ/uĩ tam̃ inesse magnã ĩ pmutãdis rebꝫ & multipliciter afficiẽ/ dis. Nos neutrũ colligi palã faciemus qn hæc ĩpa quæ p se afferũt/fauere potius ali ter suspicãtibꝫ/q priusq̃ fiat obseruationũ illaꝝ oĩum ex prĩcipiis iã cõstitutis rõnẽ reddemus/ut pateat sicut argumentis ita nec expimẽtis nos adduci de sydeꝝ effici/ entia cælestiũq; uirtutũ mutatõe sentĩr aliud q̃ q hactenus ĩpa naturali rõne duce pscripsimus. Nec interĩ cessabo multas astrologoꝝ fallacias/multa obiter eoꝝ erra ta sugillare. Exordiamur igitur ab opibus solis/uariat ãni tpa solis accessus atq; re cessus hoc nos etiã iureiurando si oporteat asseuerabimus. At hoc ĩpm zodiaci facit obliquitas non natura signorum hoc est non ideo flagrat in leone sol: quia signum leonis/aut solis domus/aut calidum signum/ut fabulantur astrologi: sed q ĩ eo sol constitutus & proximius ad aerẽ nostꝝ: & p sexq menses pximior ante calefaceret.

alioqn & in cancro feruentissimus ē cū nō sit tamē/etiā apud eos/solis domus aut exaltatio cancer/nec sit igneū signū/sed aquaticū: sic in ariete fere mundū īstaurat floribꝫ euocatis auctisq; seminibꝫ: qa tūc primū rediēs ad nos foecūdū cōmodūq; teporē corporibꝫ inspirat. Astrologoꝝ uero fabulamentū est solis exaltationē arietē esse quasi nō ad alios populos idem in libra faciat arieti aduersa: qđ apud nos facit in ariete. Dū.s. hinc recedens accedit ad illos. Totius igitur uarietatis quæ cum tēpore euenit sola cā est solis ad terras q̄s habitamus maior mīorue distātia: unde plus minus ab eo caloris pticipamus/hinc quoq; uere tonitrua fiūt: qa cū peruenerit sol ad arietē dissoluitur aeris calore hyemalis humiditas: unde multa ad aerē sursū tollitur euaporatio: seges.s. nubiū: unde tonitrua fulminaque pueniunt. q; si astrologi quoque ītelligūt quæ ista demū uel somnolentia uel fallendi cupiditas ē ut q̄ natūra illius signi hoc ē arietis oparetur/arietē esse desiniāt signū suscitans pluuias atque tonitrua q̄re lunā quoq; in ariete tonitrua facere/nō dicerent ullo pacto si possent aut uellent aīaduertere id non pro signi eius uirtute/sed solis ad signū id puenīētis actōe cōtingere Pari fallacia scriptū a Pto. in libris apotelesmaton lunam in ariete si facit morbum præcipue facere uitiliginē quam αλφουσ græci dicunt uulgo morpheā: in cancro mentagrā quā lichēas græci uulgo īpetigines. in libra leprā in capricorno lentigines: tractū.n. hoc ab aeris statu quādo per illa signa sol defertur: hoc est a ueris qualitatē quo tēpore sol est in ariete. Aestatis cum est in cancro autūni cum librā hyemis cum percurrit signū capricorni: si quidē cōditionibꝫ horum tēpoꝝ illa morborum genera quadrāt. Veri uitiligo quæ facile tunc inuadat occupetque suppremam cutem ob humores ea potissimum anni parte redundātes æstati mentagrā quæ de sicciore materia accutioreque prouenit. Autumno lepra si quidē atræ bilis infectio existimatur lentigines hyemi quæ de frigidioribus superātiis humidioribusq; generātur. Extrema igitur tarditas qđ a sole fit aerē magis uel minus calefaciente pro uarietate sui situs: adscribere signis sub quibꝫ per ea tempora sol defertur Aut si hoc intelligunt quasi tamen nō ītelligerēt putare alios quoq; planetas in hisdem signis eadem operari: concludamus statam in temporibus anni diuersitatem nō aliunde q̄ a solis occasu recessuque fieri pro obliquitate signiferi q; si nec æstates æque feruent omnes nec hyemes rigent pro materiæ pōt dispōne cōtingere quæ momentū habet ī aere maximū testimonio sensus & Ptolemæi: nec eā ad cælū referre necesse ē/p̄terq̄ uelut ad uniuersalem cām omnis rei corporeæ ut ex metheorologicis Aristotelis libris intelligere licet: sic q; in eadem æstate sit aliis diebus calor ītentior aliis hebetior: nec hoc ipsa tam̄ exigat positura solis. mutatio facit īferior uel excitatus.s. uētus alicubi/uel īundatio pluuiæ: uel hoc genere qđpiā aliđ qđ a nobis procul ita fieri potest/ut cām ipī non uideamus cuius uim cum effectu ad nostrum usque cælum redundantem nihilominus experiamur.

Quare uere fiūt tonitrua

Quare n̄ oēs æstates æque calidæ.

Quod si planetæ sunt aliis alii calidiores: & quicunque minus calent possunt ex accidēti dissolutis humoribus nec assumptis pluuias generare nebulisq; p̄texere cælū: unde deficit calor ītenditur frigus/cōtra q; feruētiores ad siccitatē calorēq; cōdu

cere nō abest a pricipiis nostris ut ad aeris mutationem uarii syderis domīatus aliquid faciat: modo nō aliū hic dominatū intelligamus q̄ ut nobis ꝓximior aut radiis rectioribꝫ nos illuminat. Veꝝ quoniā si quid peruenit ad nos a stellis superioribꝫ id omnino pertenue esse suspicamur: p̄sertī quod ad sensibiles istas pertinet q̄litates: tū causæ tempestatum si quærant̄ in cælo plerūque non inueniuntur: siue de stellis ex astrologoꝝ sn̄ia siue philosophorum/ut definiuimus sentiamus. Videtur hoc totum quod actionibꝫ luminariū detrahit & adiungit/ad materiam potius eē referēdū/ip̄a uero luminaria alterū solo situ/alterū etiam permutata luce permutat/neutrū ꝓ signoꝝ natura quæ ꝑcurrunt ꝓ locis quibꝫ insident ꝓ planetis quibꝫ cōfigurātur ut per cōsequētia manifestabitur: quare qđ mare persicū sole uirginē ingrediente fluctibꝫ agitetur & æstuet/p̄cipue uero cū ꝑuenit ad sagittariū: rursus placidū sit & nauigabile sole ad pisces delato/& p̄sertī ad geminos/cōtra indicum sub uirgine & sagittario tranqllū sub piscibꝫ & geminis nauigabile sit/nō de qualitate signoꝝ sed de situ solis cōditioneq; materiæ prouenit: qđ astrologi quoq; cōfitentur/ꝓinde utilis fuerit nec superstitiosa nauticis obseruatio horum temporum habita maris rōne qđ nauigāt a quibꝫ etiā obseruati dies quibꝫ abstinēdū nauigatione p̄dicant: si quā habent a cælo causam/aliunde habere q̄ a sole non possunt: quoniā stata de illis & ꝑpetua obseruatio est quare ad solē tm̄ referri potest: cuius iisdē temporibꝫ eadē fere oīno semp est habitudo: ad alias cōstellationes nullo modo quæ nūq̄ eadē iisdē corpibꝫ inueniūtur: uerbi gratia: suspecti dies nauticis semp Martii primus.vii.xv.xvii.xix.&.xxv. Aprilis sex.qntus.vi.xii.xx. Februarii sextus.xii.xv.xvii.xix xx. hac illi inuariabili obseruatōe semp utuntur aiūtq; per hos dies magnas maris plerunq; fieri mutatiōes uel ad tranqlitatē uel ad tempestatem quare dubii cū sint euentus/securius agent qui abstinent/ne forte in malū mutatio eueniat. Hoc igitur ad sydeꝝ posituras quas astrologi notāt obseruarique p̄cipiunt redigi nō potest/cū per easdem anni partes illæ similes nō redeant/sed dissimillime: quia illos ip̄os dies gubernatoribꝫ semper suspectos interdū īnocuos nauigationi fœlicissimosque ꝓnunciabit astrologus: & quos illi nō multū cauent periculosissimos/ut eā horā uario statu solis atque planetaꝝ mixta se illi agmina rep̄sentabūt. Quapropter nauta huiusmodi regulas uti suis principiis inimicissimas nō ꝓbabit: quæ cū diutina expientia & sublimis artis usu quotidie cōprobētur astrologorū uanitatis fidem locupletissimā faciunt: possunt aūt duplicē habere cām alterā a sole: alterā ab aqua: ut sicuti nostri corporis humores suos habēt periodos quibus mouentur/ita habeat suos oceanus: a sole qm̄ secūdū sui ad nos accessus recessusue momenta & maris & corpoꝝ oīum īmutare dispōnē euidēti fide cognisciτ illud aūt admonēdū eē lectorē oportet hāc tpꝝ uarietatē ab h s q rē rusticā & nauticā scribūt ꝑ occasū & ortū stellaꝝ fixaꝝ denotari ut arcturi uergiliaꝝ hyadū cæteraꝝq; silr̄: nō ꝙ ip̄æ sint quaꝝ īfluxus cauēt uel expetūt: alioqn nec astrologi hoc dicerēt q ꝑ se illas p̄sertī nisi cardines teneāt/eē uolūt īefficaces/sed ut magistris illaꝝ artiū illiteratis ī doctisq; uisibile signū sit quo tp̄s illđ dinoscat̄ quod neque ꝑpetuum simul

Nauticis que utilis nō sup/stitiosa tēpoꝝ obseruatio.

Duplex pōt esse cā malitie illoꝝ dieꝝ

& conspicuum inuenire melius q̄ in emersu occasuque stellaꝝ uiderentur. Postea neque quod apud rude uulgus plus auctoritatis & obseruantiæ conciliaret: quod scribitur a medicis ægritudines hyemales æstate solui æstiuales hyeme: interdū & quæ hyeme inuadunt uere: quæ ue uere decedere sub autūnū: & quæ denique quocunque anni tempore fiunt diuerso terminari: quoniā. s. hoꝝ temporꝝ qualitas diuersa pro solis ad terras uicinitate atque distātia. Quod aūt de luna dicunt sub crisimis diebus id uanū & irrationale: sed hoc postea cū de luna dicemus. Ab eisdem solis ꝓgressionibꝰ est affectio uaria reꝝ cū expertnū uitæ, tum uiuentiū oīum sub īclinationibus cæli diuersis: quod nō omnes eadem terræ ferant, & populoꝝ mores habitudoque corpoꝝ uaria sit in regionibꝰ uariis: nec p̄ter solē alias opinari cōstellationes, alia signa, aliosue planetas quibꝰ illa loca subiaceāt nos oportet, fertur sol temp inter cancrū & capricornū. Quare quicūque inter circulū æquidialē & æstiualē solstitiū habitāt calidissimā necessario habitāt regionē: qui uero sub aquilone positi sūt cū a sole plurimū absint, frigidissimā, medii inter hos temperatā. Et quoniā dextra cæli pars oriens est efficatior ibi uirtus solis q̄ in occidētali, hic reddi ratio omnium potest quantū pertinet ad cælestē cām quæ de rerum proprietate ferūtur. Nā gēmæ aromata quæque talia hoc genus plus cælestis caloris desiderāt, ad orientem austrumque ꝓducuntur, pariterque leones & tygrides elephantes iisdem terris feruntur & quæ alia calorem exigūt aīalia potentem: ut generentur, ut uiuant, & in suo uigore permaneāt, solus homo ubique terraꝝ nascitur & seruatur ob amplam naturæ suæ sub multiformi habitu latitudinem, sub qua hō ut differret ab hoīe ui specifice differentiæ uanā dederit tamen aliquibꝰ etiam philosophis suspitionem. Qui igitur meridianam incolūt partē quāto calidiorem aerem spirāt tanto sunt intus frigidiores quare timidi sunt, effœminati, & quod antiqua hodiernaque experientia ꝓbatur nati ad seruiendū. Fiunt aūt hæc quia calor īmodicus ita corpora elaxat: ut caloris ītestini maximā partē euocet atque absumat: unde ad sūma corporis eductus penetraliaque deserens in cute nigredinē, in corde relinquit timiditatem. Contra, q sub frigido cælo degunt boreā uersus animosi fortes & candidi ratione contraria. Vtraque uero gens siue quæ plurimū est sub sole: siue quæ lōgius dimouetur ab eo parū humani habet: & paꝝ sociabilis est ob caloris & frigoris exuperantiā: ꝑ quā a mediocri recedit temperamento, in quo nostra natura potissimū sita est. Sed & utraque gens īmanis & agrestis cū ob eam quā diximus cōem cām: tum altera quidem quia ferox, altera quia meticulosa. Nō igitur quod astrologi græci fabulātur quia extremis climatibꝰ noxii planetæ saturnus marsque dominantur: ideo populi illi īmaniores: nec qa meridianis saturnus: ideo timidi & uitæ breuis: qa uero mars aquilonaribꝰ, ideo bellicosiores. Figmentum hoc in quo nec cæteri concordāt astrologi qui nō p̄ficiunt martem aquilonaribꝰ: sed lunā. Nos nec marte utentes neque luna propriam ex sole reddimus rōnem conditionū utriusque gentis: quā præter aliā somniare sibi nugalis potius est q̄ philosophi. Dominatur ut dicunt etiā saturnus in india: & tamen ibi longeui sunt: cur igitur breuiæui meridionales ob saturni

Hō ubique nascitur

Meridionales

Boreales

Error astrologoꝝ græcoꝝ.

fragilitatẽ exuberãtẽ: cur timidi? nam & ibi gignũtur ferocissima bruta/licet oĩa tamen in septentrione scribit Aristoteles eẽ uiriliora. sed humana mediocritas extrema ægerrime patitur & qua rõne uentres hyeme calidiores q̃ æstate/ita illi sub nimio ardore intus frigescũt/uixq; exacto uitæ ãno trigesimo senectute conficiuntur ut narrat Auicẽna. Aquilonares sub gelida sede penitissime feruẽt in principibus mẽbris cõcluso calore multoq; sanguine & grossiore/tãto australibus robustiores/quãto illi spirituũ sanguinisq; subtilitate ingeniosiores euadũt mediæ natiões nec inopia sanguinis nec crassitudine hebetes sicut prudentiores & sapientiores ita facti ad principandum & ut sic dixerim magis homines sunt. Hæc de calesti circulatione generalis uarietas incolarum terræ cui peculiares admodũ multæ ex sublunari dispõne terrar aeris & aquæ dũ alia. s. uel paludibꝫ in uia uel stagnãtibꝫ aqs regio semimarcida nebular ident dẽ caliginosis noctibꝫ obsidetur alia uẽtis puia asperitatibꝫ/uel editior mõtibꝫ. Tenui iã te his plus q̃ oporteat transeunt hæc a terris ad aerẽ & hẽt ipse aer ex se suas ꝓprietates alias. s. aliis locis ut Panetius ait non de cælo petitas/sed de suis principiis habuit/& suas: quæ qdẽ discrimina in afficiendis corporibꝫ plus minus aere possint in ãbiguo ẽ permutare hæc hĩtatores ipis statim suis afflatibꝫ patet p ea qbus uescũtur/quæ ꝓ sola aquar aerisq; cõditiõe uel noxia uel salutaria fieri nemo ẽ q nesciat. hinc prima ob cælestẽ a sole ĩpressionem corpor est diuersitas quã alia statim de uictus rõne cõseqtur. At ĩgenior morũq; uarietas & a corporis hĩtu pendet & ab educatione assuetudinis fundamẽto/quæ naturæ uiribus ꝓximat. Accedũt leges qbus in ea re plurimũ est momẽti adeo ut feras natiões mãsuetissimas reddere si rite ferãtur/& cõtra fortissimas eneruare & ex optimis reddere malas si sunt malæ facillime possunt/unde arbitrii libertas contra oẽm naturæ necessitatẽ euidentissime declaratur: Infames olim galli fuere amoribꝫ puerorꝫ/si Ptolemæo ẽt credimus & Aristoteli/qđ ita nũc scelus beneficio christianæ legis & sanctissimi principis Ludouici regis exhorrent ut sub cælo nulla natio magis. Nec tamen oportet unius populi niti exẽplis/cũ orbis fere totius/euãgelica p̃dicatio/mores/& instituta mutauerit/quæ a primis fuerãt edita. Põt aũt ad artes magisteriaq; capescenda regiõis qualitas multũ quã qs. s. primũ sortiatur ut uel mercaturæ nauigationiq; se dedat opportuna mari ciuitate: uel litteris accademiæ ꝓxima: uel militiæ si infestis finitimis/aut ciuilibꝫ intus factionibus agitetur. Sunt quos fertilitas copiaq; desides hoĩes & uoluptuarios facit exiguitas atq; sterilitas laboriosos industrios diligentes: uerũ. n. uero dicet aliqs forte astrologorꝫ nos hæc nõ negamus sed asserimus tecũ ac p̃dicamus: uerũ eẽ p̃terea locis alias ꝓprietates/ex uidelicet priuatis influxibus peculiariq; cõstellatione cõtendimus pro trigono: p planeta: ꝓ signo cui regio subest: pro cæli dispositione sub qua ciuitatis iacta fundamenta/sub qua eius imperium/aut rex/aut tyrannus inuasit. Vera igitur ut sint quæ tu dicis non sequitur ut uera quoq; nostra esse non possint. Sed nec ego ex his quæ cõmemoraui egregiissimi diuinatores illud confici puto ut nõ possint esse quæ fingitis: sed ut intelligamus ita plene per ea quæ diximus cãm reddi

Panetius

Vnde ingeniorum & morum uarietas

Exemplum.

Qualitas regionis multũ facit ad artes capiendas

Responsio astrologorꝫ

Confutatio

posse omnifariæ diuersitatis & locorum & gentium/ut quærere alias causas minime necessarium sit. Nam quas uos supra astrologi introduxistis & falsas & fabulosas esse sequentia demonstrabūt: uerum disputantibꝰ nobis aduersus ea ad quæ populorum regionumq; ipsi diuersitatem refertis futurum erat ut quæreret aliquis quæ nam igitur esset causa tantæ uarietatis/proinde prius q̄ falsas euerteremus ueras demonstrasse causas oportuit ut hinc illa uestra non necessaria intelligantur/q̄ postea ut ficta & impossibilia redarguentur. Sic nec cæli illum uiuificum calorem de quo supra tam multa disseruimus: nec solis efficatiam ideo introduximus ut uestra cōuelleremus nec illud itē ex syderū ad nos distantia propinquitateque radios intendi atque remitti. Sed prius q̄ cōmentitias uestras nugas refelleremus ostēderemusq; absurdissime mutationē pro locis signis aspectibus sydereæ potestatis: a uobis fingi notum facere uolui: quicquid cæli uis efficit in nobis auctoritate philosophorum/testimonio sensus/iuditioque ratiōis id totum per cōmunem īfluxum luminis saluberrime calidi de perpetuo moto corpore iugiter emanātis fieri sufficientissime posse. Quare alias fingere uirtutes seu stellares influxus ad corpora esse superfluum post quæ deinde facilius declararetur quas uos finxistis credere non iam superfluum esse sed insanum.

Cap. XIIII. Lunæ uis quomodo uarietur: & dies quosdam lunæ uera superstitione obseruari.

Opinio Ptolemæi de opationibꝰ lunæ

Stendimus ex operibus solis astrologorum dogmata non necessario p̄bari. Idem de operibus lunæ faciendum. Ptolemæus in apotelesmatis lunam dicit ab interlunio quousq; diuidua sit humiditatis amplius effectiuam eē inde ad plenitudinem usq; caloris: a plenitudine siccitatis donec item sit diuidua: tum ad coitum usque/frigiditatis. ita illam in prima orbis sui quadra ueris & aeris in secunda æstatis & ignis: in tertia autūni terræque: in quarta hyemis atq; aquæ naturam habere: & horum qualitates temporum ī corporibus tunc maxime excitare.

Confutatio

Per bella magis ista diuisio/q̄ naturalis & uera: quando quidem caloris ista conditio/ut cum est debilis/humiditatem nec moueat: ut qui scilicet uix sentiatur cū efficaciæ non nihil habet/soluere adoriatur soluatque diffusius quo potentior ē nisi eatenus inualescat: ut q̄ fluere facit humiditatem/absumat: nam exsicat tum ille non humectat: At lunæ calor ut pote ualde tenuis/haud ita unquam intenditur/ut exsiccet: sed intra fines eos excrescit/quibus humefacit corpora calore/nō arefacit: quo fit ut quo plus luminis hēt luna/plus efficiat humiditatis ueluti & plus caloris: inuicem sicut lumine destituitur/ita pariter & humefacit minus: & calefacit. potius ergo ueris naturam qualitatemq; sequetur a primo quadrāgulo ad plenilunium: q̄ ab interlunio ad quadrangulum ipsum primum siquidem ueris natura humida definitur: nec potest a secundo quadrangulo ad coitum hyemem tēp/

sentare: autumnum a plenilunio ad ipsum quadrangulum: si quidem autumnus siccus/hyems humida est: luna uero postq̄ fuerit plena donec semiplena ē hume facit: & inde ad coitum usque desiccat/ut scilicet eius humectatione cessante: quare tum etiam duratura ligna ceduntur: Multo igitur rectius ipse Ptolemæus in lib. centum enunciatorum dixit a primo lunæ quadrangulo (ex quo scilicet a congressu solis abscessit) fluere corporum humiditates ad secundum usq; quadrangulum in reliquis uero temporibus decrescere. Quod quidem præter rationem quam diximus ipsa quoque experimenta testantur: nam crescente luna humidi fit accessio decrescente fit imminutio. quia non lucis tantum hoc qualitas sed motus eius quoque ad augmentum uel decrementum/operatur: quo circa/cum sole digressa incipit exoriri donec media illuminetur/plus humefacit calefacitq; : q̄ cum tantūdem possidens luminis secunda dichotoma tendit ad congressum: quare scilicet illic lumē augescit/hic deficit. hæc ē tota lunaris astrologia: a medicis: ab agricolis: a nautis utiliter & naturaliter obseruata Nam in uniuersum quidem plantationi commodum existimauerunt tempus adolescentis lunæ / ꝙ largore semina humore cibata/ipsa quoque uelocius adolescant: decrescentis uero cedendæ materiæ quoniā tū omnis materia siccior atque attenuatior est quare nō tam facile marcet carieq; conficitur. Contra si qua tollitur luna lumine aucta quare tunc humor exuberat/facile putrescit atq; corrumpitur. Quapropter iure laudat Hesiodus nonam lunæ diem arboribus conserendis sicut & decimam tertiam. quoniam ut ait Plutarchus insita uis radicibꝰ pleniore iam lumine spargitur: eādem incommodam seminibus iaciendis/facit quod iactum semen pluuias magis desideret ut cōputrescat & germinet. Porro decimam sextam negat idoneam plantationi quia deficiens lumē germina satis non euocet. quare quod Virgilius dixit septima post decimam fœlix & ponere uites & quæ sequuntur: haud ita possit intelligi ut decimam septimam diē significet: nam hæc uitibus ponendis minime fœlix lumine deminuto. Sed aut primam septimam quæ sit post decimam meliorem idest decimam quartam iudicauit/qua & plena luna non infœliciter uites ponuntur: aut quod rationi cōsonat magis duos dies laudauit septimam & decimam/sed decimam magis: quare post decimam inquit septima fœlix est. Sic enim se res habet. Si quidem die septima luna diuidua satis caloris humorumq; radicibus plantarum suppeditat: sed idem facit uberiusque dies decima. Omnino decima septima præterq̄ imperite & falso/denotari non potuit: cum sit illa non ponendis arboribus sed cedendis magis idonea: qđ Hesiodus quoque tradit/ob eam scilicet quam diximus causam humidi decrescentis. Quare tunc ædificandis nauibus ligna parantur quas oportet perennare diutius. Quod autem tunc quoque comportari fruges in aream iubet græcus poeta/hanc habet rationem: ut scribit Proclus/ꝙ soleant post plenilunium uenti suscitari quibus a grano palea ipsa/glumaque discriminetur. Sicut autem in his diebus operum causa & ratio facile cognoscitur: ita possunt alii lunæ dies certis operibus

Ptolemæus i lib. centum enunciatoꝝ
Experimēta.
Cur crescētis lunæ tp̄s plātationi commodum.
Cur decrescētis materiæ cedendæ
Verificatio quorundā dictorum Hesiodi
Plutarchus
Declaratio cuiusdam loci Virgilii
Proclus

esse commodiores, ratione non ita manifesta: licet de naturalibus illis quoq; quæ diximus prīcipiis orta. Siquidem tanti luminis portio cum re aliqua consonare potest congrua portione, quæ dissonabit ab alia: quo forsitan genere illa sunt q̧ castrari Hesiodus sexta luna præcipit agnos: octaua boues & sues. duodecima mulos sextam & decimam sextam maribus gignendis oportuniorem q̄ fœminis: decimam uero fœminis: uerum magis castrari uitulos autumno luna decrescente iubet, ratione nota: q̄re emasculandis metuunt fluxus humiditatū, propterea & siccū tempus, & siccam lunam desiderat. qua de causa castratum prohibēt etiam multa potione: sic euidens ratio cur sextam & decimam sextam maribus gignendis oportuniorem q̄ fœminis dicat Hesiodus: fœminis uero decimam quartam: quoniam ut est sæpius repetitum a nobis: crescit humor cum lumine. quare plena luna stillabunt excrementa generationis humidiora, unde proles fœminea magis q̄ mascula Ad hunc modum alia rediges ad naturales causas ab Hesiodo tradita. qui tamen non nulla licet ad modum pauca, miscet ex uetere superstitione: sed nihil usquam quod astrologis faueat gubernatores. Itē ex his uicibus aduenticii luminis in luna

Nautæ

dies multos citra superstitionem obseruare utiliter possunt: quando plurimum potest illa uariatio lucis in aeris habitu permutando: quare prudenter in nouilunio & plenilunio nauigationibꝰ abstinent: quādo per hæc solent tempora tempestates

Medici

plerūque suscitari. Ipsi quoque medici recte consulunt ægris dies obseruantes in auctu crementoque lunæ ne fluentes plus minus eos lateant humiditates, in affecto præsertim corpore, quod propria ui destitutum: magis sit oportunum iniuriæ peregrinæ. Nam gratia exempli adolescente luna uenam incidere. Contra uentosare deficiente potiusquam adolescente: rationem forte habebit. cum incisio uenæ expellat uentosa atrahat:. Quare ebulientibus expansisque ad extrema corporis per initia mensis humoribus plus forte q̄ oporteat attractæ materiæ educerentur: nisi quis dicat artis opera semper esse fœliciora quæ cum naturæ progressione concordent. Sed hæc medicorum iuditio relinquantur. quæcunque uero præter hæc obseruauerint ea uanitatem habent manifestam. ut sequentibus patefiet.

Cap. XV. Aestus maris in aliam causam q̄ in lunam referri posse in quātam & si referantur nihil inde iuuari astrologiam.

Opinio saracenorꝫ ex mēte Adelandi

d E fluxu maris atque refluxu multiplex quæstio est cum omnibus uideatur hoc a luna procedere Adelandus ex opinione saracenorum causam accessus maris atque recessus hanc & narrat & probat. Nam cum ipsa inquit maris sibi brachia puta quæ interiecta terræ dirimit moles, obuiare atque cōfluere impetu concito properent; fit tum montibus interpositis tum ipsius terræ si-

tu: ut ab eodem cursu/dum deficiunt referantur usque inde quo & paternus at naturalis impellit motus: loci ipsius positu reuocentur. Luna uero in causa non est: alioquin eueniret hoc idem in maribus torridæ zonæ uicinioribus: cum nec magis absint a luna: ut quamobrem illius uim non persentiant: nec humide minus undæ natura putantur: & tamen nulla ibi reciprocatio: quare scilicet deest causa quam diximus concurrētium partium/mole terreni situs hiantium. Hæc illius sententia non magnopere abhorrens a similitudine ueri: quando naturali propensione feruntur elementi cuiusque partes ad suam integritatem. Quid igitur mirum/si disclusæ loco terris interiacentibus præsentes occeani/dum concurrerē gestiunt/littora feriant accedentes: & obiectu repulsæ pariter retrocedant: qua causa sublata (quod in australi pelago euenit) uidemus hos æstus non apparere. Ita quispiam dixerit hunc accedēdi recedendique modum naturalem esse aquæ non quatenus aqua ē: Sed quatenus partes habet elementi principalis/obiectu molis terrenæ diremptas & separatas. Quæ ratio si cui non satisfacit/audiat aliam: confitentur astrologi non euenire tales recursus in omnibus aquis/etiam marinis: sed in his tantum quarum terra profunda dura/motibus crebris aspera/& inæqualis: aqua uero multa: quæ nec adiectu fluminum crescit: nec digressu deminuitur: sed diuturnam ibi traxerit sedem densitudine spissa: Quo circa conceptaculum fiat (alumnaque uaporum multorum/nec tenuium: nec facile difflabilium: qui de suis parentibus/hoc est aquosa terra/aqua terrosa: deque cæli calore/ducunt amaritiem illam notam/atque salsuginem: has quoniam conditiones/& fontes: & flumina: sed & maria quædam non habent: ideo in illis dicunt hos æstus non apparere: Poterit autem cuipiam hinc apparere satis aperta & sufficiens causa/marinæ reciprocationis: siquidem de tali terra & aqua uapores identidem quales diximus/uentique suscitantur: unde in aqua fit uentus atque tumultus: præsertim ꝙ ex motu impulsuque isto: & uaporum admixtione/calescit: quare locum quærit ampliorem quo se diffundat. Accedit quasi tertia causa motus/reflexio uentorum uellicantium aquæ summa ad infernas illius partes: qui spirantibus inde uētis implicati: proruūt aquas in superna conati: tum aquæ necessario dum eructuant/abundant/tumescuntque & reiecte pariter/& pulsæ: Reuolutæ propriam faciunt accessionem. Rursus ubi uis illa dissolutis uaporibus conflamescit: subsidunt atque sternuntur: & in angustiis se contrahentes/ab occupatis locis abscedunt: quæ uaporum uentorumque generatio/pro natura maris: sicut perpetua ferme eē perpetuaque dissolutio: uidetur iugis reciprocationis causa sufficiens. Vnde

Alia opinio.

redit frigida quæ prius tepens aduenerat: quod significat nobis Adelandus.

Et possunt quidem tuentes istam opinionem rationem reddere: cur maiora quædam maria non reciprocent: licet adsint: & uenti & halatus: fit enim etiā illis idem sane effectus, sed pellagi uastitas littorumque summotio speciem tollit accessus atque recessus: ut id potius uideatur benedictū: aquas uideri hoc: q̄ alternantes: hoc est fluctuantem potius æstum q̄ reciprocantem. Quæ si rationi consonant naturali: si consonant experimentis: cur parum probabilia iudicari debent? aut cur necessarium præter has causas addere lunæ motum, secum aquas: deorsum etiam in sublime trahentem: præsertim cum non illa respondeant, quæ respondere sit necesse: ut cum aucta lumine luna: cum uelocior cursu: cum propinquior terræ: cum declinans ad aquilonem a uia solis: cum in signis aquilonaribus posita: tunc uberiores fiant accessus. Contra tenuiores cum se aliter habet quam dicebamus. Porro non uidetur quid ita sentientibus obiici possit, præter ipsam aquarum tam in ascensu quam in descensu cum luna concordiam: Quæ (si uerum quod fatetur Aboasar) nescio quo pacto uel ipsa satis obiici possit. Scribit enim non eadem ubique esse accessionis initia atque recessus: etiam ubi nulla de finitore uarietas: sed interdum usu euenire: ut quo tempore quodam loco recedunt aquæ: alibi tunc accessum aggrediantur. Nec ipse dissimulat hoc plurimis causam præbuisse suspicandi, motus illos a lunæ motibus non dependere. Cuius diuersitatis quāq̄ reddere rationem conatur: ut lunam nihil minus esse causam defendat.

Aboasar.

Sequitur tamen inde pro luna capi argumentum non posse: Vnde potius contradicendi præstatur occasio: plurimumque hæc intra se distant: a temporibus æstus euidenter lunarem causam confirmari: & ab illis non euidenter confutari. Alpetragius attulit huius motus cælestem causam: nec a luna: uerum a diurno motu quo mouentur omnia: Sed inferiora minus. Ignis enim sphæra rotatur in orbem: Inordinatus motus in aere fit: qui in aqua desinit in accessum atque recessum. Quæ equidem omnia potius disputo quasi philosophus causam inuestigans ueram istius effectus q̄ ut astrologis contradicam: quando hic nihil astrologicis rebus accedit receditue: si accessus istos atque recessus cursibus astrorum aliorum: aut lunæ referamus. Quoniam hoc ipsum est (ut uerissime dixit Phauorinus) magis astrologi fallacia: qui cum uiderint terrena quædam inter homines sita cælestium rerum sensu atque ductu moueri: quale est q̄ occeanus quasi lunæ comes cum ea simul senescit adolescitque: hinc uidelicet sibi argumentū

Alia opinio Alpetragii.

Quæstionē hanc astrologiæ īpertinentem esse

ad persuadendum parauere: ut crederemus omnia rerum humanarum: & parua & maxima tanquam stellis atque sideribus euincta duci atque regi.

Nam sint a luna quod libenter & facile etiam ipsi credimus: quid aut pro astrologis: aut contra nos? Neque enim ut quidam putant hinc intelligitur agere sydera: non modo motu & luce: sed occultis influxibus: quando luna sub imo posita terræ moueat aquas: ad quas tamen tunc eius lumen peruenire non possit. Rogerius Baccon in epistola ad Clementem quintum pontificem maximum: causam reddere uoluit ex lumine in hunc modum. Opinio Rogerii bacconis

Nam cum inquit exoritur luna super mare alicuius regionis cadunt radii lunares ad angulos obliquos: quare debiliores sunt: ideoque uapores exsuscitant a profundis maris quos consumere non possunt (uapores inquam) ampulosis tumoribus aquas ingurgitantes: ut extendatur a suis canalibus: sicut ollæ pulmentariæ suppositus ignis aquam euaporat: unde uasis labra despumant. Quo circa dum ista durat attractio uaporum ebulientium fluit sedibus aqua: Cum uero luna fastigio proximat fiunt radii identidem quoniam rectiores/id circo fortiores: quanto scilicet illa magis ascendit: qui & demum eatenus inualescunt: ut dissoluendis uaporibus pares fiant: ut propterea inquit Rogerius segnior fiat accessus ad meridiem proximante luna: qua declinante statim quoque aquæ declinant: sicut in illa ipsa ola: cum magis calor inualuit uaporibus absumptis/subsidet liquor: & in uasis ima se recipit. Mouet autem post hac quæstionem propositam quonam scilicet pacto tendens ab occasu ad imum terræ uim mouendi retinet luna.

Nam tunc ascendunt aquæ pariter atque luna/ab ortu ad summum contendente. Nec tamen: ut confitetur: radiorum uis ulla mediam terram penetrare potest. Hoc igitur ipse ita dissoluit.

Cælum inquit suppremum: siue octauum: siue nonnm necessario densum est: quandoquidem terminat uisum: qui denso tantummodo terminatur. Proinde lunares radios illuc protēsos ad partē aduersam reflecti necessariū est. Idcirco si ab occidēte luna ad imū terræ mouetur uirtus eius ī quadrā aliam cæli uigebit oppositam facitque reflexo radio: quod faciebat ab oriente pergens ad summum: hoc est bacconis inuentum: in quo adeo sibi placet:

ut primumſe acceſſus atque receſſus in oppoſitas quadras rationem reddi/
Cõfutatio baconis. diſſe glorietur :cum ſint tamen in eius dictis tot pudenda errata quot uer/
ba. Primum contradicit non dixerim experimento: ſed Aboaſari certe cu
Prima ratio ius ſe facit interpretem:qui uigore acceſſus eſſe tradit.cum ad ſummum cæ/
li luna prouenerit. nec prius remitti q̃ cœperit illa deſcendere. Contra Bac
con quo magis proximat ſummo luna remitti putat acceſſum diſſolutis ua/
Secũda ratio poribus lumine calidiore. Nec uidit lunæ lumen: ita nunquã intendi : ut
marinas exhalationes/ne dum poſſit conſumere:ſed nec ſuſcitare tantas quã/
tis opus eſt in commouendis acceſſibus. Quod ſi pernegct contumacius :
Tertia ratio. illud fateatur oportet uel inuitus : aliquot dies circa nouilunium nullos futu
ros æſtus occeani:ſiquidem eo tempore aut nullum:aut adeo tenue lunæ lu/
men:ut nulla poſſit quauis impudentia dici par procreandis in mari tot ua/
Quarta poribus/hiſdemque etiam diſſoluendis. Poſtremo cur non fortiores radii
deſcendentis q̃ aſcendentis? Cur deſcendens reuocat aquas/ effundit aſcen/
dens? curq; non imbecilliores a ſummo parum declinantes/q̃ tunc primum
exorientes? cur ibi receſſum/ hic acceſſum facit? Siquidem quemadmo/
dum ipſe ſentit radiorum uigor intenſiore calore reprimit acceſſum : quoniã
Quinta eorundem debilitas auget. Denique quis credat reflexis radiis lunæ/ſub
terram decurrentis/ineſſe uim tantam/ut poſſint etiam ſuſcitatos uapores ab
ſumere : aut ſi id non poſſunt / quæ cauſa receſſus luna delata ſub finitorem
fundamento bacconis:quambrem luna decedente decedant/quæ accedant ex
oriente? Habeat ergo Baccon hæc ſua ſibi commenta:nos ſi pertinet ad lunã
Opĩo alia talis effectus/ad eius id motum referamus:quem tacito naturæ conſenſu oc/
ceani motus imitatur:quare aſcendit cum aſcendente:deſcendit cum deſcen/
Thomas dente. Quod qui dicit Thomæ placuiſſe uidetur in libro de occultis operi/
bus naturæ: Nec putemus hos æſtus auctionem aquarum eſſe uel imminu
tionem. Sed q; ipſe exprimunt uoces acceſſum atque receſſum /non aucti uel
imminuti:ſed extendentis ſe maris aſcenſu:deſcenſuque contrahentis. Dici
mus autem hæc de noctis æſtu atque diei:nam ſi qua maria ſunt(ut eſt ſcri/
ptum a quibuſdam(poſita ſemper in acceſſu dum augetur lunæ lumen:a coi/
tu ſcilicet ad plenilunium.rurſus in receſſu cum diminuitur a plenilunio uſq;
ad coitum : non ſequuntur illa lunæ motum in ſphæra : ſed motum ut ſic di
xerim : luminis in luna / decreſcentis in ea pariter/& creſcentis:cuius uaria/
tio poteſt eum quoque qui fit quotidie nonnihil uariare. Sed non conſen/
tiunt traditæ ſuper hoc obſeruationes:Nã & ægyptii & qui nauigant ad oc/
cidentem : a meridie primi diei menſis lunaris : ad undecimum uſque

diem uigorari dicebant accessum: ab undecima ad decimam octauam, partemq; diei sequentis, debilitari. Inde ad uigesimã sextam rursus intẽdi remitti subĩde usq; ad mensis initium. Quotiens autem accessus maior, minor recessus: & contra commutata ratione. Sunt alii qui dicant uerum hoc deprehendi ĩ fluminum aquis de fontibus decurrentium quæ memoratis diebus aliis extenduntur, aliis contrahantur ad capita. De mari uero proditum aliter ab orientalibus: qui nec inter se consentiunt: nam sunt qui tradunt primo ultimoque decano mensis: accessus imminui: medio, crescere: quod eam habere uidetur rationẽ: ut pleniore lumine crescãt: defectiore decrescant. Alii non esse pluribus diebus perpetuum: ut uel augescant accessus: uel deficiant: sed aut una aut altera die fieri: siue cum intenduntur: siue cum remittuntur. Aboasar quatuor facit uices in hunc modum primam post coitum cum recedere incipit luna quousque fit semiplena: tum ait accessum imminui ea proportione qua discedit a sole luna: ut cum uenit iam ad quadrangulum debilissimi sint: secundam inde usque ad plenilunium: quo tempore gradatim intendũtur: ut ad summum perueniat: luna plena: tertiam a plenilunio donec iterum sit diuidua, decrescente simul accessu cum lumine: quartam inde ad coitum: Tum uero uehementiores subinde fieri accessus ita ut coheunte luna sint uehementissimi. Sed hoc nullam habere potest rationem: siquidem luminis hæc differentia (qd' ad propositum attinet) multum, paucum, lumen: crescens, & decrescẽs. Si uel multa uel crescente luce fit accessus quarta fallitur obseruatio: si pauca uel decrescente secunda: Si multa sed decrescente fallitur tertia: Si pauca crescente fallitur prima. Verum quæcunque potius recipiatur harum traditionum patet nihil nos cogi nouam comminisci potestatem in luna præter motum & lucem: quare mare commoueat, quando proditæ omnes in accessibus maris recessibusque diuersitates: uel a motus diuersitate scandentis syderis uel declinantis: uel a lucis damnis & incremẽtis euidentissime causam habere possunt.

Aboasar

Cõtra Aboa.

Caput XVI Galeni sententia de creticis diebus eos ad lunam referentis confutatur.

c Risimos quos latine iudicatorios dixeris ad lunam referri tam falso q̃ superstitiose equidem nõ dubito: quod latius est declarandum. Galenus auctor inter medicos istius opinionis, tertio libro de diebus creticis duplicis meminit lunaris influentiæ: quarum altera sit a sole cuius accipit luna lumen: altera a signis obliquioribus quæ motu proprio singulis mensibus permeat luna.
Tum ponit ex sententia astrologorum quasique experientia comprobatum: in oppositis locis, atque quadrangulis magnas a luna commotiones excitari.

quod tã in habitudine eius ad solé: q̃ etiã ad signa nulla solis hita rõne, ueꝝ eẽ contendit: ad solem quoniam cum sit luna diuidua (sit autem ĩ quadrãgulis fere locis a coitu) rursusq; cum impletur: quod in oppositis locis est: aeris statum & tempestates ĩmutet. Ad signa per hunc modum, ut quicquid cœperit posita luna: uerbi gracia: in tauro semper accidat in ea re mutatio, cum peruenerit luna deinceps ad leonem, ad scorpium, ad aquarium: quæ sunt loca tauro tetragona uel aduersa. Confirmat hoc auctoritate ægyptiorum asseuerantium si in alicuius genitura ariete (quod pro exemplo sit) stellæ fœlices insederint, natum bene se habiturum quotiens luna aut taurum, aut quadrata signa uel opposita permeauerit: contra male si infelices. Hinc putat Galenus creticorum dierum causam fieri euidentissimã. sunt enim præcipue cretici septimus & quartus decimus: peruenit autem luna septima die ad signum ab illo quartum: quod tenuit inchoante morbo: decima uero quarta ad signum oppositum, cum septem & uiginti diebus & tertia fere diei parte, restitutionem suam absoluat. Cum igitur luna in his locis quadrangulis. s. & aduersis citet cõmotiões, efficit per hos dies septimum. s. & quartum decimum: quibus ad ea loca puenitur. ut morbi quoque tumultus excitetur. Ad salutem quidẽ ægritudine prospera ad mortem pernitiosa. Quoniam uero putauit Galenus cum is diemuigesimum creticum esse non uigesimum primum quod credidit Archigenes elaborauit reddere rationem quomodo ipse quoque uigesimus dies, septimus esset. Et primum hoc necabsurda nec difficili probatione monstrauit. Nam cursus quidem lunæ diebus septem & uiginti octo horis adiectis consumetur. Quod si in quatuor ebdomodas partiaris erit ebdomoda quælibet ex diebus sex horis uiginti: Quare ebdomade tres dies habebunt uiginti horasque duodecim, quo circa uigesimus primus dies hoc est ebdomadicus tertius in lunari cursu, partim ad uigesimũ diẽ naturalẽ ptĩ ad. xxi. ptinebit. Nã eius horæ. xii. uigesimũ terminabũt. reliquæ ptimũ & uigesimum incohabunt. Atque ita fiet cretica commotio die uigesimo proueniente luna ad secundum quadrangulum, in ebdomoda. s. tertia. Rursusque eandem non effugiet rationem, si ad uigesimam primam naturalem diem differatur, quod in acutis solet ægritudinibus euenire: sicut illud in diuturnioribus horum ambitu quidem per pares: illarum per impares numeros discurrente. Hoc postquã dixerat ipse Galenus quod deinde quasi proprium inuentum retulit aponensis, nouum cõmentum excogitauit per quod non paria faceret cum Archigene cretico influxu ad diem utranq; pertinente. Sed colligeretur uigesimam totam esse creticam, uigesimam primam non esse. Sic igitur cõmentus est tempus quo ad solis coitum luna redit dies uiginti nouẽ: horæ duodecim: qui fere uulgo mensis existimatur. Demamus dies qbꝰ luna nõ apparet obruta soliis radiis: qm̃ tũ uĩ pmutandi inferiora nõ habet: reliq erũt dies uiginti sex. horæq;. xii. Fere enim tres dies occulitur: atque hos dies quod est spacium lucentis lunæ diebus adiiciamus quibꝰ pagrat signa quos uiginti quatuor & horas uiginti cõputat: erit sũma dies qnqua-

ginta tres & horæ uiginti: quorum medietas dies uiginti sex & horæ uiginti duæ. Hoc spacium cogitauit Galenus mensura non irrationabili positioni dierum creticorum: quod cum uideret dimidium solum dierum quibus luna cum permeat zodiacum, tum a sole illuminatur quasi tum bis in se lunaris influxus potestates cōplecteretur: & quæ. s. est a signis: & quæ a sole: quarum utraque fieri cōmotionem in morbis esset uerissimile. Dictus hic postea numerus a posterioribus ex Galeni auctoritate mensis medicinalis: sicut eum qui ex diebus uigintinouem coniunctionis: qui ex diebus uiginti sex, horisque duodecim manifestæ uisiōis: qui ex decima septima & tertia diei parte peragrationis mensem uocant. Ex hoc autem inuento quod uolebat Galenus assequebatur aduersus Archigenem. Nam si totus mensis dies. xxvi. horæque. xxii. erunt hebdomodæ huius mensis singulæ ex diebus sex horisque decem septem & dimidia parte horæ: quare medietas mēsis dies tredecim & horæ undecim: septimæ igitur diei naturalis primæ horæ usque ad decimam septimam, ad septimam quoque medicinalis mensis diem spectabunt: Propterea que erunt creticæ: reliquum diei ad octauum medicinalem diem pertinebit: decima quarta dies naturalis undecim tantum habebit primas horas ex postremis decimæ quartæ medicinalis: cuius antecedentes horæ tredecim cum decima tertia die naturali computabuntur. Tertiam uero ebdomodam medicinalem cum sit ebdomoda quelibet dierum sex horarum decem & septem cum dimidia: patet terminari in uigesima die naturali: tātum quatuor horis & dimidia parte horæ superexcrescentibus: quæ in uigesimum primum referuntur. Atque ita conficitur quod Galenus imprimis optabat: & cuius gratia hoc totum comentum fabricatus est: ut dies uigesima longe magis q̄ uigesima prima ebdomoda consequentiq; ratione cretica putaretur. Hunc sibi gratis laborē sumpsit Galenus. Neque enī oportuit nam satis ex mora peragrationis zodiaci dies uigesima cretica defendebatur: præsertim cum non neget ipse uigesimam quoque primam esse creticam: quin & plerunque in acutis morbis: Neque uero nos ista rettulimus ut inter Archigenem Galenumque arbitraremur, præscriptum egredientes: sed ne cum referri dies creticos ad lunam non posse demonstrauerimus siue receptam a sole, siue a signis uirtutem in ea consideremus: putaret quispiam non plene satisfactum, quod mixtum quasi quendam influxum Galenus introduxisset: qui præcipue dies creticos excitaret. Non enim hoc aut Galenus forsitan fecit, aut si fecit facere tamen rationabiliter potuit. Nā si cum illo dicamus lunam in quadratis loco alicui primordiali signis & oppositis cōmotiones suscitare: rursusque cū quadrangulis & oppositis solis radiis illuminatur: non possumus hos a luna euentus expectare præterquā his temporibus, quibus altero illorum modorum se habet si de illis scilicet causis euentus expectatur. Nam si utroque tempore parit tales effectus pro cuiusque temporis habitu, & constellatione, credamus misceri utriusque constellationis uirtutem in eo tempore quo nulla illarum constellationum inuenitur, non alio Prima rō.

argumento/q̃ ꝙ tempus illud medietas sit sũmæ utriusque temporis simul connumerati: nõ scimus nos esse non sumus etiã inter & horestes. Quare si Galenus in ebdomodis istius sui mensis medicinalis & eius medietate/ uim istã excitatricem esse putat: nõ autem in ebdomodis aut medietate mensis quo uel a sole luna illuminatur/ uel zodiaci signa percenset/ inuehit nobis/ cũ uis illa excogitati mensis ad astrologicos nullos influxus redigi possit/ hoc est nec ad q̃drata uel opposita signa nec ad quadrãgulares oppositasue lunæ cũ sole figuratiões. Nam seruari cõstantiq; hoꝝ uirtutem in eo tpe quo ista nõ sunt/ nimis ut dixi absurdũ & cõmentitiũ: nec qui defendere Galenũ uoluerũt simulq; creticos dies lunæ cursibꝰ coaptare promissis stare potuerunt: sed nunc quidem hoc: nũc illud tuentur: nunq̃ utrunq; simul: quæratur enim cur quartadecima dies cretica sit/ ad lunæ cursus peragratiõisq; mẽsem se recipient. Quoniã per eã diem ad opposita signa luna deueniat. Hæc ratio parti mensis medicinalis quadrat. Siquidem ebdomada eius secunda in diem. xiii. naturalem recedit: supersuntq; ex ea horæ. xi. tñ ad quartã decimã pertinẽtes. Est enim ut diximus ebdomoda quælibet mensis Galeni dieꝝ sex/ horaꝝ decem & septem cũ dimidia: quare dies decimatertia plus cretica erit dicenda q̃ quartadecima: cũ illa horas tredecĩ creticas: hæc tñ undecĩ habeat: hic ergo relicta uirtute mixtionis & factitii mensis/ ad peragrata zodiaci spacia confugient. Contra ut uigesimũ diem creticũ faciant mense Galeni nõ peragrationis utuntur. Sed & siquis ægrotet pridie q̃ luna coeat habeatq; diẽ septimã creticã: quomodo id erit ex influentia potestatis/ tam a sole receptæ/ q̃ a signis/ cũ maximã partem eoꝝ dierũ sicuti non uiderit ita solari uirtute luna nos nõ affecerit auctore ipo Galeno. Necesse igitur hic quoq; eos ad signa se cõuertere: quoꝝ solus influxus ex quadrati uirtute creticam illi septimã diem fecerit. Mitto ꝙ omnino factitius ille Galeni mẽsis nec naturæ moneta percussus. ita enĩ excuditur quasi tres dies luna semp a sole obtegatur. Sed & mane quãdoq; cõspicitur priusq̃ sol exoriatur: & uespere eius diei nouaculari facie: quod & expientia indicat & testatur Alphraganus: tũ de spacio quoq; lunaris motus ita determinat: quasi semper eodem passu moueretur: non antem uelociore interdum/ interdum tardiore: quod in astronomicis supputationibus demonstratur. Habeat igitur suum sibi Galenus mensem quem ne nobis importunius ingerat concedamus illis quos mauult dies esse creticos Archigenon repudiantes: eos ego nullis lunæ cursibus regi firmiter assero. Siue acceptam a sole/ siue a signis uirtutẽ æstimemus: nã ea quidem quæ a sole solida & naturalis (ut declarauimus) sed ad eam cretici dies ptinere nõ possunt/ nisi nos morbi semper in nouilunio aggrederentur: alioquin nec diei septimæ luna dimidia: nec quartadecimæ plena respõdebit: in quibꝰ quadrangularis & aduersa solis cõfiguratio ciet hũores. Restat ea quæ a signis. Hæc uero cũ nulla est/ ut sequentia declarabunt: tũ si qua foret ad creticos dies nullo modo spectabit id quod ipi dicunt. Nã si argumentãtur ab experientiã die septima fit cõmotio. Rursusq; quartadecima & per hos dies ĩ quadratis ẽ signis luna uel in oppositis ex hac igitur signorũ permutatione illæ sequũtur cõmotiões.

Secũda rõ.

Tertia rõ

Nos cõtra sic: die septima sit cõmotio rursusq; q̃rtadecima: nec p hos dies plerũq; uel in quadratis est luna locis uel oppositis. Nõ igitur de hac signoꝝ permutatione cõmotio illa suscitatur: utra pars ueriorib⁹ nitatur assumptiõib⁹ nemini dubiũ: cuius lunares motus penitus nõ ignoti. Nã cũ inferiora permeãs epicicli uelocius luna fertur, sexta die ad quadrata signa pertingit: & decimatertia interdũ ad opposita. Cũ uero supiora tardius circũfertur, nõ priusq̃ die octaua uel nona quadrangulũ sit loco. Quod si respondeãt ob hãc cãm interdũ illas quoq; dies creticas fieri: aliquid dicerent si cũ lunæ cursus est tardus: tũc octaua uel nona die cõmouerentur humores. Cũ uero uelox sexta: cũ medio quodã modo se haberet septima. Verum non hoc obseruatio docet: sed usu frequẽter euenit ut luna quidẽ pigriore septima det iudiciũ interdũ & sexta: cõcitatiore uero differãtur cõmotõnes ad octauã & nonam: qđ aduertentes plurimi medicoꝝ pernegarũt hũc ordinẽ in morbis a natura seruatũ, a lunarib⁹ cursib⁹ depẽdere: Nec q aliter prodiderunt quicq̃ induxit q̃ uel amor astrologicaꝝ reꝝ, uel auctoritas Galeni. Quæ tamẽ in hac re quantũ habeant põderis mox dicemus. Falso aũt quidam ex neotericis hoc quoq; Auicennã & Hyppocratẽ opinatos tradũt. Nã Hyppocrates quidẽ nusq̃ super hoc uerbũ. Sed hunc potius ordinẽ rettulisse nixus ad nũeros quos libẽter obseruare natura soleat id quod Celsus Asclepiadesq; notarũt, Auicẽna cũ meminisset opinionis referẽtis hæc ad lunã: multa inquit in his dictis ambiguitas. Tũ quæstionẽ reiecit: ut cuius pscrutatio ad medicũ nõ spectaret: qn illi potius eẽt impedimento. Valeat igĩ Galeni auctoritas apud nos ubi decernitur q dies cretici sint, quoq; pacto tractandus æger, cũ uel apparent uel p̃uidẽtur Nã hoc medici officiũ ĩ qua ꝓfessione p̃celentem Galenũ uereq; diuinũ cũ doctoꝝ cõsensu ꝓbamus: & admiramur. At cũ causa ĩuestigatur eoꝝ dieꝝ q̀ altioris hoc opus philosophiæ, nõ modo p̃iudicii: sed nec maioris testimonii loco sentẽtia fuerit Galeni. Quãdo qđ Moses ægyptius & Auicenna, magni uiri: magniq; in medicina Galeni fautores tradũt, plus tamis sciarũ reliqꝝ q̃ radicib⁹ ĩest. Sane ridet a dialeticis figura eius q̃rta syllogismoꝝ, & ĩ philosophia tã sæpe pterretur & ualidissimas nõ psentit rõnes ut philosophicũ in eo iudiciũ desideretur a multis. Nõ põt intelligere, quonã pacto supstite aĩa & ĩmortali cesset ab ope: cerebro tam̃ nõ dissoluto, fatigatũq; a se ait hac q̃one platonicum quendã: quasi naue soluta supstes nauta nõ cesset a nauigatõe. Nec intelligit qđ a philosophis demõstratur, uniuersales reꝝ notiones ab intellectu tm̃ nostro compr̃hendi, nec a brutoꝝ etiã ingenio: in tẽporis cognitione qd hæsitet nõ est temporis huius narrare. Neque. n. hic de Galeni philosophia, tm̃ hæc delibauimus quo Moseos & Auicẽnæ iudiciũ super eo cõfirmaremus: simulq; caueretur ne cui illius auctoritas imponeret in accipienda superstitione. Nam ĩ hac ip̃a de qua agitur astrologia parum illum peritũ, lunaris motus supputatio docet. Nec eum defendit aliter Apponensis q̃ q̀ eius ætate nõdum cælestium motuum ratio ad liquidum fuerat explorata. Sit igitur illa fides in medicina quanta maxime esse potest: quod ad doctrinas alias attinet cautius agendum cũ homine meminerimus. Examinãdũq;

Reflexio argumenti

Falso opiõnẽ Galeni ascribi Hyp. & Aui.

Celsus.

Asclepiades.

Qualis Gal. in lr̃is q̄busq; ĩ reb⁹ eidẽ sit credendum

Moses

Auicenna

diligentius quæ tradiderit/an experientiæ/an rationi/an sententiis consonent aliorum. Et quidem quæ de creticis prodidit diebus ea parꝝ rebus ipsis consentire ꝓbauimus: eadem nec rationis habere colorem palam fiet inspicientibus. Nam quæ ratio lunam cum ad signum ab eo loco quartum peruenerit uel septimum ĩ quo fuerit inuadente morbo suscitare in humoribus agitationẽ? Galenus negat rationem se dicturum: sed ægyptiorum ꝑtendit auctoritatem: nos illi sextum suũ de simplicibus medicinis librum ad memoriã reuocabimus: In quo delirii notat ægyptios: quorũ quoque cur apud nos uacillet auctoritas postremis duobus libris ĩnotescet. Nunc illud dixerimus obseruari per hos lunæ cursus corporum mutationes fideliter ab ægyptiis non potuisse quibus non erant lunæ cursus fideliter comperti: Primus enim Hypparcus in Rhodo insula certius illos obseruauit/licet non attigerit tam̃ ueritatem cui propius accessit deinde Ptolemæus: quãq̃ hyspanorum rursum astronomoꝝ desyderiũ nõ impleuerit: Neoterici rationẽ excogitarunt nõ modo nõ consentientem ueritati/sed nec positioni quã tuẽtur: nec Galeni dictis quæ sequũtur. Est autem huiusmodi: Signa quadrata uel opposita contrarias habent qualitates: Quadrata uel utrasq; uel agentes saltem: ut aries qdẽ a cancro dissidet utraq; qualitate quando aries signum calidũ & siccũ: cancer humidũ & frigidũ: taurus a leone nõ utraque: nam sicco conueniunt: sed agẽte qualitate discordat/frigido tauro/calido leone. Discordant item signa opposita semper altera qualitate saltem: tũ decantatum dicunt ab astrologis quadrangulis & dyametras radiatões contrarias esse atque pugnantes: his positis ita colligunt/cũ peruenerit luna ad loca illis quæ tenuit inuadente morbo inimica/consequi ut inter morbum atque naturam pugna exoriatur: At nos suppositis quæ dicunt ita eos alloquemur: cur creticos dies luna faciat hanc esse putatis causam: quoniam si in tauro/uerbi gratia/fuit cũ naturam morbus occupauit/debet cum ad locum contrarium uenerit contrarium effectum facere faciet: igitur ut natura contra morbũ assurgat: unde pugna & inditiũ ad alterutrã partem uictoriæ declinãtis: erit aũt in loco contrario cum peruenerit ad leonem uel ad scorpium: sed ad leonem die septimo ueniet: ad scorpiũ quarto decimo. Per hos igitur dies bellicum canet morbo atque naturæ. Sed cur nõ idẽ faciet die tertia ueniens ad geminos plus a tauro leone discrepantes? Cur non duodecima aut decimatertia ueniens ad libram/cum qua rursus taurus minus consentit q̃ cum scorpione? Cur non decima quinta subiens sagittarium dissidentẽ a tauro/sicut scorpius dissidet atque leo? Scio quid respondebunt/nõ esse ĩter hæc signa aspectus colligationem. sed non alio aduci ego eos uolebam: non ut istã aspectuũ rationem nullam esse obiicerem quod libro sexto sumus facturi. Sed ut ostenderemus etiam si sit aliqua/nõ tamen deseruire proposite quæstioni. Nam illa quidem inter duos planetas obseruatur: quorum radios non putant ad complendum eum posse conuenire/siue concordent siue discordent: nisi talibus inuicem sibi interuallis configurentur/exagono/trigono/quadrangulari/atque diametro. At uero hic lunam planetis aliis non configuramus: sed id solum aduertimus ut ad locum con/

Rõ Neoteri.

trarium deferatur illi quem prius occupabat. Quãq̃ autem positam stellam in geminis stellæ positæ in tauro negabunt astrologi per aspectum colligari: non tamen hunc locum esse illi contrarium denegabunt. Quod si facit effectum primo contrarium luna quia ad locum contrariæ deuenit qualitatis: cur si in signo frigido & sicco morbum excitauit, in calidis humidisque collocata naturam aduersus morbum non excitauit? siue illud signum sextum siue secundum, siue alio numero quẽ malueris computetur? Ridiculum hoc omnino, nec quod ab homine dici possit ueritatem potius spectante q̃ defendente positionem. Quod si contendant in his aspectibus uim cōsistere: debent ex consequenti illud quoque concedere, lunam cum ad trigona signa peruenerit morbum confirmaturam: quoniam sicut quadrata signa discordant, ita trigona concordant. Cur igitur si trigona signa suscitant naturam ex contraria qualitate ad signum ægritudinis, eadem ratione trigona ex concordi morbum non excitabũt? Adde ꝙ cum luna undecima die fere deferatur erit undecima noxia statuenda: quæ tamen a medicis inter salutares creticas numeratur. Denique erit manifestissimum consideranti traditas creticorum dierum obseruationes a medicis ex lunæ motu rationem habere non posse: nam malas quidem cōmotiones his fieri diebus dicunt: sexta: octaua: duodecima: decima: decima sexta. decima octaua. Reddant horum rationem ex luna si possunt: nam sexta quidem & octaua sæpius fieri bonas conueniret ut dicebamus, proueniète per hos dies ad tetragona luna. Sed cur non male decima uel duodecima: quibus non fit luna in locis aspectu aliquo cum ægritudinis signo colligatis? Cur salutaribus ānumerantur decima septima, atque trigesima? Sed & quæ ratio penes lunam quæ ternos quosq; dies uim habere citra uigesimum: ultra uigesimum septenos nō quaternos ut uigesimum septimum: trigesimum quartum: & quadragesimum primum, quẽ cum excesseris, uigesimi cretici inueniantur: ut sexagesimus & octuagesimus tum centesimus ac uigesimus: cur inde circuitum mensium & annorum: quæ omnia sicuti non habent a luna causam ita nec habere possunt a sole, nec ab alia quāq̃ cōstellatione: cũ non ille statis diebus statæ quoq; uel similes, uel concordes inueniantur: sed uariant mirum in modum. nec ordinem ullum seruant qui possit huic ordini respondere in morborum commotionibus a natura maxima ex parte custodita, ut demirari liceat apponensem qui malitiam sextæ diei quam Galenus comparat tyrãno, sicut septimam regi redigi ait posse, ad hoc ꝙ luna cursu uelociori ueniat ad tetragonum: sui nimis īmemor qui fieri salutares in septima die ægrotationes dixerat ob quadrati naturam: quæ. s. morbi signo aduersaretur. Quomodo igitur nunc ex quadrato quoq; malitiæ sexte reddit rationem? Patet igitur hæc omnia causas habere alias: sed fefellit eos ꝙ in septima die & quartadecima uidebatur cōuenire: quāq̃ nec ibi ut diximus conuenit. Sed hũc per septēnarios progressum, uidemus alibi quoq; in naturæ operibus obseruatum, ubi nulla suspicio de lunæ motu uel solis: ut ī ipsis quoque morborum periculis: cum sicuti septimo die acute ita

Vide pudendum errorem Petri Appon. cōciliatoris.

Processus naturæ ꝑ septēnarios

Auicenna

diuturnæ: ut scribit Auicenna: sæpe septimo mense: septimo ãno: quartodecimo: uigesimo primo/solent terminari. Nec probo tamẽ qui superstitiose numeros hic obseruant: sed ita naturæ dico cursus impleri plerunq; in rebus/non ob cõstellatiões ad hæc tempora comparẽtes(neque enim reperiuntur)sed ob occultam proprietatem cõditionemq; rerũ illarũ quibus ita plerunq; usu uenit. Sic enĩ natura cõparatũ uidemus: ut quod scribit ipse Galenus per dies impares acuti morbi moueantur.

Galenus.

Qui uero lentiores diurnioresque per pares. Redige hæc ad lunã: redige ad solem stellasque si potes? Cur igitur cõmotionem septima dies in acutis morbis ad tetragona signa per quæ luna feratur referamus? cũ nec illud præsertim sit perpetuum: sed & quidam ex iunioribus contra Galeni aliorũque opinionẽ ad lunam confugientium hoc loquuntur. Siquis luna posita in ariete/decumbat creticã habere diem octauam debet: quare tunc ad cancrũ quadratum luna deueniat. Respondentque ita quidẽ fieri debere habita ratione motus lunaris: sed in septima fieri cõmotionẽ ꝓpter naturam morbi qui acutus cum est/per ĩpares mouetur usq; ad diem quartumdecimum. Postremo quæ de creticis diebꝰ uere sunt obseruata a medicina/nõ solum res astrologica firmat: sed ĩfirmat: ut sit maximo argumẽto corporũ affectiones a causis non dependere quas astrologi introducunt. Nam si status in his diebꝰ ordo nõ esset: sed nũc hæc qdem: nũc illa cretica: rursusq; inter creticas alia alio tẽpore noxia/salutaris ĩueniretur: nulla nos ad ĩuestigandũ cãm admiratio suscitaret sola materiæ diuersitate mutabili nobis satisfaciẽte: sed cũ certi dies nõ semp sed plerunq; tamẽ cretici: & qdã plerũq; ad uitã: quidã ad mortẽ: uidetur hic ordo causã desiderare certã raroq; mutabilẽ. Galenus hinc cõsequi in cælestibus esse causam quæ sunt corpora rato stabilique ordine se mouẽtia: quare possunt effectũ ratum stabilẽq; producere. Mihi contra uidetur hinc patere de cælestibꝰ cãm huiusmodi etiã nõ posse: quoniã si inde esset alias alii cretici forent. nec q̃ apparet ĩ eis ordo seruaretur. Nam si luna marti soliue iungeretur citaret ĩfluxus cõmotionem: si saturno tardaret. Sed & coitus luminarium diẽ morbi ꝓxime antecedẽs foret inspiciendus: tũq; si dominus eius loci in quo coisset orientẽ teneret/cito fieret cõmotio: sero si occidentem: sed & sydera recto motu ꝓcedentia uel ĩ mobilibꝰ signis posita uelocius: cõtra uel retrocedentia uel ĩ fixis locata tardius morbo naturæq; bellicũ canerent: quæ nec cuiq; ægrotanti: quãq̃ hisdem cõstellationibꝰ similiter cõuenirẽt: sed aliter aliis pro genituræ ipsorũ cõditione. Mitto figuram

Galenus: Dies creticos si fiãt a cælo non esse ĩmutabiles.

cuius angulos obseruaudos præcipit Ptolemæus fœlicibus/an infœlicibꝰ radiis deriuentur: ut inde de morbo prænunciemus: quod quidem ignorantissimi credũt ad creticos dies pertinere. Quæ si omnia medici ab astrologis haberent/nõ plerunque quos uoluit ars medica: sed alias alii forent cretici dies: Nec illud esset statum: ut sexta dies tyranna crudulitate perimeret: septima regia benignitate liberaret. Sed & constellationibus noxiis septima: & salutaribꝰ etiã sexta numeraretur. Quod si eueniat interdum non a cælo esse dici debet ubi causam quærunt eius quod cum

ordine :& fere semper contingit: si ĩ materia potius redigi debet particularemque aliquam laborantis hominis proprietatem.

Caput XVII Periodos humorꝶ ad syderum motus nõ esse referendos.

Sed nec periodos humorum in febribus credat quispiã ad sydeꝶ motus referendos : uti gratia exempli bilis atra diebus duobus cesset/quarto suscitetur quoniam sub saturno sit cuius motus aliis tardior. Nam qua rõne sanguis ad Iouem relatus ab astrologis iugiter putrescit nulla pausa: cum non iuppiter tamen tamen omniũ uellocissimus:/quin potius si tempus restitutionis extimeť omnium tardissimus post saturnũ. Cur item motus rubræ bilis ascriptus marti :/paulo segnior atræ motu: cessat enĩ sex horis minus: cũ ille horis octo & quadraginta: ipse sex & triginta sopiatur: multo aũt saturno uelocior stella martis. Præterea decretum est astrologoꝶ opera stellaꝶ tardi motus quo tardiora sunt eo magis eẽ diuturna cũ igitur si pituite motus citius redit q̃ rubræ bilis: nam ille post sex horas : hic post sex atque triginta: quoniam luna motus excitans pituitam uelocior motu martis coleram excitante. Cur inquã si hoc ueꝶ nõ diuturnius afficit agitatio colere q̃ pituitæ:/seu illa horis tantum duodecĩ: hic autẽ decẽ & octo. Debent enim(si stamus in præceptis astrologorum)diuturniora esse opera martis q̃ lunæ : siquidẽ huius uelociora q̃ illius. Quod si rursus hos omnes periodos ad lunam solam uolumus referre: ut pote prædominantem in omnes hũores hæsitabit nihil minus astrologica ratio cui nitũtur. Nam pituita inquiunt quoniam lunæ aquæq; cognatione aquarum fere motum imitatur ille fluunt & refluunt mora media intercidente : sed exigua/qualis inter rectos motus necessario cadit. Sic pituita sex tantum horas integras relinquit. Verum potuit sanguini magis hæc conuenire/cuius sicut aquæ continuus æstus inuenitur in qua morula accessum dirimens a recessu nõ bene sex horarum respondet interuallo: quo totus ipẽ uel fluxus agitur uel refluxus. At in sanguine maior poterit esse similitudo cuius motũ intercipi in sensibilibus morulis ipsi nõ pernegant assertores huius opinionis. Sed reliqua prosequamur Atra inquiunt bilis quoniam a natura plurimũ aquæ discordat/ita contrario pituitæ mõ mouetur: plurimum.s.cessans ad dierum usq; duorum integritatẽ. Sed mihi quidem uidetur plus aquam habere cũ terra communiõis q̃ cum igne siue locum aduertas siue qualitatem siue motum: quibus nulla alia potest conditio præponderare. Erit igitur idem iudicium de humoribus ad elementa relatis: ut magis a pituite motu diuersus esse debeat motus rubræ q̃ atræ bilis . Verum nec illustrium ueterumq; medicorum quisquam ad has causas circuitum febrium retulit. Primus hoc tentauit Petrus Apponensis homo congerere plura natus q̃ digerere: quẽ quidẽ ĩdoctiores ubi nugatur magis ibi soliti impensius admirari.

Primus modus.

Secundus

Qualis Petrus Appon.

Caput XVIII. Infoelicitatem octimestris partus saturno non esse ascribendam.

d Vm tractamus hæc uenit in mentẽ ſolere aſtrologos infœlicitatem octimeſtris partus aſcribere ſaturno: de quo dicẽdũ hoc loco: ſed breuiter ẽ: ne nõ redarguta uideatur nos cogere: ut uel inuiti concedamus hoſtiliſſimorꝫ ſyderũ radiis nos apprehendi. Quod ut uolens concedo: ita non illud uolens ideo apprehendi nos ab illis ut teneamur: quippe illabi de cælo ita ſentiam ut non putem ab eo noxium quicquam prouenire. Sũma igitur hæc eſt/fallũtur aſtrologi ſi credunt ideo natos octauo menſe non uiuere: quia ſingulis uteri gerendi menſibꝯ/ſinguli planetæ præſint. & ꝑpterea qui primo/idem octauo menſi ſaturnus dominetur/planeta frigidus & ſiccus hoc eſt qualitatibꝯ uitæ contrarius. primũ enim & illæ per manus traditæ planetarꝫ dominandi uices rationẽ non habẽt: ut alibi ſuo loco dicetur: & ꝙ octimeſtris partus non uiuat omnino rationem aliam habet.

Hyppocrates Sunt qui opinentur fœtum ſeptimo menſe conari ut egrediatur/& in conatu ledi: qui ſi octauo exit: ut pote nondum reſtitutum ſue incolumitati/uiuacem eſſe non ſolere: ſed Hyppocrati potius accedo qui tractatu quem ſcribit de octimeſtri partu causam cur plerunqꝫ nõ uiuat/hanc eſſe ait ꝙ eo menſe difficilis ſit uteri geſtatio. Tunc enim grauius ſe habere pregnantes: & in matrice neſcio quæ pati grauia & incomoda: & ſi pariant duplici labore oppreſſas & partus & ægritudinis/īfirmiſſimas fieri: unde neceſſario ipſe quoqꝫ fœtus imbecillior factus/raro diu uiuat. Atteſtatur huic ſententiæ ꝙ ſi quæ inueniũtur uegetiores ualidioreſque fœminæ ſolẽt octauo etiam menſe parere uicturos quales in hiſpania inueniri ſcribit Auicẽna & Ariſtoteles in ægypto. Verba ipſa Hyppocratis ſuper hac re græca ſubieci: ne quoniam liber hic uulgo nõ habetur fictum credderetur a nobis περι οκτα μηνιου γενεσιν φημι: & quæ ſequuntur.

Caput XIX Cur nautæ/medici/agricolæ/uera ſæpius ꝑdicãt ꝗ aſtrologi.

e Ria fere erant in illa ſecunda aſtrologorum ratiocinatione obiectamenta: primum a mutationibꝯ inferiorum ex ſolis lunæqꝫ curſibꝯ: unde colligebãt: & actionem in nos ſyderum aliorum: & mutationem rerum aliarum ab illis eſſe conectandam. Secũdum teſtimonio bonarum artium medicinæ/agriculturæ/nauigatoriæ: que ſuis operibus aſtrologicas adhibent obſeruationes. Et horũ

ita utrūq; reiecimus ut hisdem tellis eos repungeremus/ostendentes ut pauloāte dicebamus :ex operibꝫ solis & lunæ:& ex illarū artium obseruatiōibꝫ/potius colli/gi qđ negāt:q̄ ꝙ affirmāt. Restat tertiū ꝙ ab earundē artificū uulgi ipsius pdictio/nibꝫ sumebatur:quasi nimis essemus iniqui:qui nullam futurorꝫ præcognitionem concederemus astrologis totius cæli peritis q̄ rudia magisteria:& de populo quiuis interdum ēt assequatᷣ:ita multa de pluuiis/de ægritudibꝫ/de peccoribꝫ/de ānona quotidie p̄dici uulgo cū euentus fide uidemus. Cur nō igitur iqunt q cælestes ca/usas exploratius norunt:& illa rectius:& alia poterunt secretiora p̄dicere : hoc est ꝙ in præsentia nobis diluendum est:imo ut consueuimus reiiciendum ī eos quod aperte nullo negocio breuiter expediemus. Nā si uera prædicuntur ab illis nulla ha bita tamen ratione præceptorum astrologiæ:quis non dixerit aut leuem esse conie cturam:esse illa quæ omittunt/quæ ignorant:non necessaria:sed superflua:nō se/cretiora/sed falsiora:non dogmata/sed figmenta. At falluntur aliquando inqt Pto lemæus qui astrologica nesciunt:quid ꝙ astrologi sæpius. Cōficitur igitur ut astro/logi minus astrologica teneant/q̄ qui astrologi non sunt. Neque enim potest hoc denegari/magis ad fidem respondere quæ dicunt medici de ægris:agricolæ de āno/na:nautici de tempestatibꝫ:pastores de pecoribus:q̄ quæ de hisdem rebus ab astro logis prædicuntur. Ratio statim in promptu est/quandoquidem astrologus signa respicit quæ non sunt signa:causas speculatur quæ non sunt causæ:ꝑpterea fallitur Respicit enim cælestem dispositionem quæ causa tantū uniuersalis non efficit ua/rietatem inferiorum/nisi pro materiæ conditione causarūque efficientium inferio/rum. Tamen nec cælestis illa dispositio quam respicit:sed ficta ab eo in cælo dispo/sitio per uanissimas regulas & cōmentitias:non natura/sed arbitrio cōstans astro logorum:siquidem ut demonstrabimus/non hominum ille pater & deorum deus in cælo fecit imagines/signa/partes/antisia/dodecathemoria/domus/& huiusmo/di/alia quibus utuntur:Sed in cælo mentitus hæc est hominum deceptor/& deorū infamator astrologus. Proptereaq; nihil mirum si nullā rem futuram certa ratione prænoscere ista ars potest. Artifices autem quos memorauimus ueris & naturalibꝫ propriisque ac proximis causis indiciisq; nituntur:& ideo raro excidunt a ueritate sed ueris presensionibus futurorum:& fidem suis methodis faciunt:& cum prouē/tu bonaque fœlicitate suas artes exercent:Lege libros pronosticorum Hyppocratis nūquā illum inuenies ægri statum futurum inter sydera quærere:ut qui sciret hæc magis ex lotio queri q̄ ex astro & de pulsu uenarum/q̄ de motu spherarū certius præcognosci Periti gubernatores non ex ioue/saturno/uenere/marte/mercurio/p̄/uident tempestates:sed de nube:de uentis:de omni aeris conditione:atque eorum hæc solers disciplīa expimētis ubiq; cōfirmata:de spiraculo tenuissimi flatus:de nu becula uix conspicua tempestatē ītelligit īminentē/cuius nullū presagium/nullum signum adhuc patebat oculis aliorum. Nec solum uenturam intelligant :sed qua parte futurꝫ ut excitetur:quomodo declinari:quō superari possit ad quæ sapīa oīs

astrologorum prorsus caligabit. Sic pastores agricolæ: & ipm sæpe uulgus inerudi tum/statum aeris præcognoscunt: nõ a stellis sed ab aeris ipsius dispõne: atq; his quæ i sublimi ĩpressiõibꝰ fiunt. quare raro fallunt: aerem .s. ex aere: sicut medici ægrum ex ægro præiudicantes: hoc est ex propriis principiis: nõ quod faciunt astro logi ex remotis & cõmunibus uniuersalibus: imo/quod peius ẽ/fictis/imaginariis fabulosis. Quare nemo putet futurã agricolationem meliorem/medicinã efficatio rẽ/nauigationẽ tutiorẽ: si tractentur hæc ab hominibus astrologica percallentibus & obseruantibus. Quin hæc potius tabes & abolitio foret illarum artium: dum a certis regulis ad incertas: a ueris ad cõmentitias euocarẽtur: & permixtionẽ falsoꝝ dogmatum/omnis iam comperti experimenti soliditas/ueritasq; labefactaretur. id quod nõdum rationibus intellectis quibus astrologiæ uanitas ĩnotescit/ex eo psua deri satis potest, quod inter initia operis diximus: sũmos earum artium magistros & in illis tractandis apprime fœlices/non modo adhibuisse suis operibus astrologi cas obseruationes: sed eas uel contempsisse/uel etiam confutasse. Columella quem alibi quoq; citauĩus ille rei rusticæ scriptor exactissimus/quo loco tradıturus ẽ pce pta temporum obseruandorum/meminit suæ lucubrationis aduersus astrologos: & uera inquit hæc quæ nos pingui minerua tractauimus: falsa uero quæ imprudẽ tissime chaldei pollicentur: alibi quoq; a nobis confutata: quare colligenti sic Ptole mæo multa præuident de statu aeris agricultores: igitur nos plura certioraq; quan to illis cælestium rerum cognitione præstamus: negabit Columella esse in consecu/ tione ueritatem: quoniam .s. hoc astrologicum sapere quo agricolis præstant/non est sapere/sed desipere: hoc est non plura q̃ illi sciunt: sed plura fingunt magnitudi/ ne rerum circa quæ mentiuntur professionis ludibrium prætegentes: quam indu/ bie cum aliis honestissimo loco uita recepisset/si tam bonas artes/tam necessarias: agricolationem: medicinam: nauigatoriam redderet meliores: sed deprehensa sæ/ pius uanitas & fallacia a prudentissimis legum latoribus/eos coegit ut seuerissimis interdictionibus illam ciuitatibus eliminarent: ut primo libro declaratum a nobis: ne simul & bonas & mentes & artes: occultissimis suis uenenis inficeret: quæ quã/ tum ab gregariis his quas dictabamus artibus in futurorum presensione uincatur: uel hinc innotescat: ꝙ inter nauticos & agricolas/& pastores/de eorum pronosticis mire conuenit: inter astrologos nihil: adeo ut nihil dubitet Aboasar iter capere nõ petasatus: quo die Ptol. aquarum eluuiem denunciauerit.

Columella.

Cuput XX Non omnia que ab astrologis p̃dicuntur de primis qualitati/ bus dependere.

e Xcutere iam uolumus quæ de primis possint qualitatibus dependere: quo niam id tertia astrologorum ratio exposcere uidebatur: & Ptol. nõ alia uia quæcũq; fiũt fieri ꝓbat a syderibꝰ qđ apotelesmatici eius libri declarant: & astrologi oẽs huc se semp recipiunt quotiens aut nihil supstitiose dici a se defendũt quodq; per naturæ uestigia non procedat: aut nihil rursus cuius reddi manifesta

ratio non possit Fere enim ad has confugiunt qualitates quotiens cur hæc iuppiter/ illa saturnus ; alia alius faciat planetaꝝ/interrogant̄ : in quo illos & sibi & ueritati parum consona loqui parte operis ea mōstrabitur qua rōnes astrologici dogmatis refellūt̄/frustra uero ꝑfugiū hoc illos sibi parare ꝑter ea quæ diximus/multa quoqꝫ declarant : Inter quæ illud primum occurrit/futurum ut in fati sortitione plus anni tempus faciat quo quis nascatur : q̄ quæuis alia diuersitas constellationis/siquidem plus quoque facit ad intentionem remissionemque primarum qualitatū : q̄ quæ/uis alia uel positio syderum/uel mixtura radiorum : A deo semper æstiui dies hy/bernis calidiores/etiā si quantū uis æstate rigeat/torpeatque saturnus. Cōtra sem per æstiuis hyberni frigidiores etiam cum ardet mars medioque furit flammatus olympo. Quod si fati differētia oritur frigore & calore siccitate & humiditate plus minusque uigentibꝫ Sequitur omnino damnatos etiam semper frigido fato qui/cunque nati hyeme fuerint præ his qui nati fuerint per æstatem/præsertim si(quod illis est necessario defendendum)plus hanc aeris sic affecti cælitus qualitatem q̄ se/minis & materiæ proximæ conditionem sequuntur. Præterea si tuetur hoc Ptole/mæus quod est illi pro fundo naturalis astrologiæ/ut per primas qualitates rel qua faciant radii planetarum : non debet in hominum genituris aut mores aut fortu/nam aliunde uaticinari/q̄ ex ea constellatione quæ corporis habitum facit atqꝫ de/monstrat : quando hinc omnia consequantur. Et pariter in uniuersalibus uatici/niis una erit res inspicienda / quis futurus aeris status : hoc inspecto reliqua pate/fient. Siquidem pro caloris & frigoris/pro siccitatis humiditatisque modo cætera disponuntur. At non ita uel alii uel ipē Ptolæmeus/cum sæpe quæ de moribus in priuata genesi : quæ de fortuitis casibus dicunt/minime corporis temperamēto res/pondent ea rōne qua solent ad hos cetera referri Nec quæ de tempestatibus ān̄i to/tius his congruent : quæ de moribus/de pestilentia/de annona de bellis pronuncia bunt : quare. s. a diuersissimis ista constellationibus inuestigant : quod legenti tum astrologicos libros : tum astrologorum uaticinia haud difficile constabit. Non igi/tur suæ superstitioni faciem hanc prætendāt honestamentumque methodi natura/lis : ut eatenus se subiicere res humanas syderibus dicant : quatenus aeris corporisqꝫ dispositio in qualitatibus primis a cælo dependet. Nam hoc quidem ingrediens ar tem asserenique eam quasi possibilem dixit Ptolemæus : sed in processu explicatuqꝫ dogmatum nec obseruauit/nec potuit saluis professionis iuribꝫ obseruare. Alioqn quod dicebam paucis constaret astrologia : cui tantum de aeris dispositione & ha/bitu corporum foret dicendum. Reliqua ex his paucissimis datis regulis quis e me dio sibi coniectaret. Sed & innumera sunt ī Ptolemæi libris & aliorum quæ de ma teriæ qualitatibus primis originem ducere nullo modo possunt.

Prima ratio.

Secūda ratio

Caput XXI Nec noxas elementoꝝ : nec dāna n̄roꝝ corpoꝝ esse a cælo.

X his quæ mō dixius illud facile reiici pōt qđ tertio loco ad astrologiæ asser tionē supra ī mediū afferebat̄ : Nā cum dicitur si mutatōes aeris a sydenbꝫ :

igitur & pestilentiæ catadismi / & exustiones / & caritas anonæ. Negamus: neque enim sequitur: immo hæc qui dicit: quid sit cælum ignorat: nam quid aliud ipsum in natura tota corporea / q̄ in particulari quolibet corpore ipsa uis continens totum ne diffluat / ne dissoluatur. Quod cor ĩ animali fons uirtutis illius / qua seruatur integritas ordoque mixturæ / & membrorum inuadentium iniuria propulsatur: sciat igitur q excessus elementorum unde incendia & cathaclismus contingit: Vnde caritas morbi ac pestilentiæ / cælo refert accepta: non aliter errare / q̄ qui nostri corporis morbos / uicia / causationes / in ipsam regentem corpus naturæ refert potestatem cuius est illa curare / non facere / sopire non excitare. Quæ si sunt uera patet aliud. Item esse qualitates primas / aliud qualitatum primarum recessus & detrimenta cælitus fieri / nisi negemus aliud esse iura & magistratus omnes ciuitatis / aliud qđ in illis delinquitur opere boni principis originem trahere. Vt igitur philosophus dederit quicquid est in elementis ordinarium & naturale auctorem habere cælum: nescio tamen qua ratione sit concessurus etiam inde esse ꝙ deficiunt / ꝙ nature præscripto & legibus uariant / cum sit potius illud philosophorum dogma ꝙ elementa maneant intra fines / & suo iure contenta negocium mundo non facessant a cælesti esse natura regente & moderante fluxibilem & erraticum numerum rerum corruptibilium. Sed ĩquies quando mihi concesseris alias stellas facere frigiditaté / alias caliditatem: nonne sequitur illud? Vt frigidis stellis prædominantibus / eleméta frigida inualescant: calidis calida. Quod si dicitur non eueniat etiam: ut cócursu magno frigidarum constellationum frigiditas ita aquarum exuberet: ut eluuionibus terra mergatur. Contra calidis ualde potentibus / fiant exustiones. Facilis responsio nec una tantum primum de dominatu planetarum atque signorum quæ finxere astrologi: ut falsa sint postea demonstrabitur. Quid inquā ita planeta quisq̄ imperabit cælo: ut in hoc mundo prodigiosa producat præsertim mala? Cum cæli opus ex omnium luminum conspiratione dissultet: ita tota illa superior semper temperatur armonia: ut sicut in ipsa omnia consonant: ita per eam nihil dissonet unquā in inferiori mundo: in quo quotiens in concinnum asperum / discors auditur / ad tactum cæli ne referatur: sed ad quatuor istas cordas citharæ sublunaris quæ de inordinata materia: impuraque contactæ cælesti plectro ad numerum illas semper concordiamque mouente / contumaces interdum inueniuntur. Post hæc subtilius considerandum est: si præfecta uariis elementis uaria sydera sunt: ideo esse præfecta ut perficiantur elementa ipsa. Quare erit quodlibet elementum tacto perfectius: quanto p̄ses stella fuerit potentior: ꝙ si perfectio partium perfectioni totius non repugnat: ĩmo cum toto partes labefactantur: non pertinebit ad elementi perfectionem: ut natura transgrediens ordinem occupet cætera. Sed tunc erit perfectum cum ab ordine cursuq; naturæ nihil deflexerit: a quo certe deflectere tā pōt excedendo q̄ deficiendo. Quo circa si p̄sit igni mars / quādoq dē in subiectā q̄litatem fieri nihil conuenit a stella: qđ ordini bono naturæq; legibꝫ nō cōsentiat: nō

Obiectio.

Prima respō / sio.

Secunda.

Tertia.

minus compescere tumultuantem / q̃ suscitare torpentem cælestis præfecturæ officium fuerit. Potest igitur id concedi ut sint quatuor primæ qualitates a cælo: nec tamen horum delicta / transgressiones / tumultus a cælo sint: sed a materiæ motibꝰ inordinatis / cælestis disciplinæ legibus usquequaq; non obsequentis: Vt propterea credam nec Platonem / nec Aristotelem in Timeo: uel in Metheoris istas elementorum tyrannides temporarias / ad constellationum uim ullam unquam rettulisse. Constat autem & dictis non modo noxas elementorum: sed & eadem ratione damna corporum nostrorum / cæterorũque animantiũ in cælo causas non habere. Quod quidem & potissimũ inter omnia corpora / & ordinis & beneficentiæ titulis insigne / nec ea debet efficere / quæ sunt opera potius tumultuãtis materiæ uel deficientis: quare quod de elementis diximus: licet de humoribꝰ itidem dicere ĩ nostro corpore illis respõdentibus: si preest atræ bili saturnus: mars rubræ: alius sanguini / pituitæ alius: nõ aliud magis horum planetaꝝ opus / q̃ frenare has qualitates & cõtinere sub concinnã uitæ dispositioné. Nec cum præpotens erit saturnus suscitabitur atra bilis: ut reliquos perdat / totũque labefactet: sed ordinatius / compositius / melius se habebit. Idem de rubra dicendum / cum regnauerit mars: quãdo / quidem illorum radii / & natura sua benefici sint / ac salutares / nec agunt ĩstar ignis sed quemadmodum calor insitus nobis uegetalis / animæ manu recte operatur ad finem certum pro salute uiuentis: ita lumina illa uitalia intimæ mentis suæ animi organa / non ad pernitiem unq̃: sed ad cõmodum corporum subditorum & beneficentiã agunt / saturnus in atram bilé (siquidem illi preest) nihil unq̃ non ordinatũ: non uiuificũ influet: quare non excitabit illam ad exitiũ aĩalis: sed moderabitur ad cõseruationé. Nec habebunt a stellis suis humores / cũ illæ præualuerĩt / quo magis & uiolentius agant: sed quo moderatius atque uiuatius. Non q̃ mors a cælo: sed a materia cum uitio proprio / quæque qualitas ita degenerauerit: ut præfecti syderis disciplinam non sustineat: sed uel euagetur in modica / uel remissa deficiat. At nostri diuinatores / qui se cæli sicut interp̃tes ita patronos & defensores faciunt: non tã morbos irritatu nimio primarum qualitatũ: sed & uitia ip̃a cæcitatem / surditatem referunt ad stellas: & quod est detestabilius etiam ip̃a monstra: quo nihil dici / nihil cogitari potest absurdius. nam quid aliud monstra q̃ peccata naturæ? Hæc aũt nemo unquã philosophus rettulit ad efficientem causam / præsertim indeficientem omnes ad materiam. Nec ita quisq̃ delirauit / ut diceret monstrificos partus culpa fieri uirtutis informantis. Quæ. s. dei acta manu nihil delinquat / sed accusant materiam situ uel quantitate / uel qualitate / male formabilem & opifici suo cõtumacẽ atque rebellem. At longe maior insania cæli uirtutem damnare q̃ seminis. Quæ tanto minus errare potest atque deficere / quanto ipsa natura potẽtior / & domina & artifici iunctior / a quo nõ aliter q̃ per ipsum ista seminaria uirtus ĩferior regitur atque formatur. Nimis igitur q̃ absurdum putare cælestium motus & configurationes (si modo uariant istæ configurationes efficientiã planetaꝝ aliter unq̃ ire atq; cõponi: q̃ naturalis tenor & cursus exigit ordinatus reꝝ inferioꝝ. alioquin naturæ

Plato.
Aristoteles.
Dãna nr̃orũ corpoꝝ ĩ cælo cãs nõ haberẽ
Mors nõ est a cælo.

iste ordo cuius trāsgressio monstrū ubinā sedet? ubinā habet originem? si non hæc in cælo? aut quomodo suā satis uocē audiunt? quo rē malā, inordinatā nō naturalem, cuius origo uitiū & īfirmitas, primis ascribūt naturæ causis, oīum optimis, ordinatissimis, & potētissimis. Vere ergo dixit Auerrois, q crediderit martem aut sydus aliud quoquomō dispositū nocere corporibꝰ, aliena credere ab omni philosophia. Sed ita est certe nulla ꝓfessio cælo magis iniuria astrologica supstitione: quæ quicquid a nobis fit p̄ter rōnem culpa uolūtatis, qcquid in materia euenit præter ordinem uicio temeritatis, labilisq; materiæ: id totū syderibꝰ ambit īputare: nec putat illorum saluā dignitatē: si nō illis īdignissima quæq; accepta referātur.

Auerrois

Caput XXII Ingeniorum & morum uarietatem non omnino pendere a primis qualitatibus.

u Erum enīuero si nō faciūt sydera malas corpoꝝ affectiōes ipas saltē corporū faciūt diuersitates: nō morbosas: nō uiciosas: nō causarias: sed ītra fines integritatisq; naturæ media inter se tēperamenti rōne distantes. Sequēs. n. hoc uidetur oīno ut si primaꝝ quatuor qualitatū sydera sunt auctores: ut. s. a saturno nascantur siue cōcipiātur corpora sicciora & frigidiora, calidiora sub marte: humidiora sub uenere: atque ita de reliquis: quā tēperamēti diuersitatem solet diuersitas ingenioꝝ & affectionū animi cōsequi: nō quibꝰ cogamus: sed quibꝰ irritemur. Sed hic postea locus latius ptractabitur. Illud aūt uideamus: an ingenioꝝ & moꝝ hinc nasci dissimilitudo possit. Nā ut aliquo modo ueꝝ, falsum tamē aliqua ex pte. Cōsequit̄. n. qlitatū in corpore ꝑpotentiū modus quoq; nōnihil affectionū, ut ꝓniores ad iram bilis efferuescens segnes pituita: sanguis hylariores: tristes atra bilis efficiat. Sed hoc oppido q̄ generale nec euidētiæ semp respōdet: nec satisfacit occultioribꝰ quibusdā, & maxime ꝓpriis ingenioꝝ cōditionibꝰ. Dixi nō semp euidentiæ respōdere, quoniā est interdū inuenire hoīes temperamento corporis q̄ simillimos studiis tamen nō quæ fecit electio: sed naturæ ꝓpensio dissimillimos. Vidi ego sub uirginea facie ferinam īmanitatem: sub truci uultu & aspernabili: mitem & amabilem mansuetudinē: Alios frontis gratia, orisque uenustate: lætitiā ꝑpetuam ꝑseferentes, ītus æstuare mœroribꝰ: & sibi eē fastidio. Alios quos tu iudices plane saturni esse mancipia, hilaritatibꝰ atque facetiis omnia serenare, quæ possunt alias a primis qualitatibꝰ uires germina cōsequi cōsensu fere philosophoꝝ: hoc ē quæ nec primæ illæ quatuor: aut filiæ aut apendices sunt. Ad quas etiā multa referri plane non posse quæ de moꝝ diuersitate uaticinātur astrologi paulo post declarabimus.

Caput XXIII Neq; bella neq; externa a primis qualitatibꝰ pendere.

i Llud uero nimis ridiculū si possunt sydera facere frigus æstū aliasq; qualitates: posse etiā bella, seditiones: posse urbes euertere, imperiaq; pmutare. Nec minus positioni ridicula ratio. Nā excitata inquiunt bili in corporibus regū & prīcipū æstu animi flagrantiore fiant auidiores iniuriæ uel reponendæ uel inferendæ. O beatam Italiam & ꝑpetua pace florentē: si pituitosos habere tibi prīcipes liceat, magnū hoc bonū atq; diuinū paruo cōstare potest: unctiola una lecti phar-

maci bilem educentis si rite pricipibus diuidatur his q magis belicosi totum nobis pacabit orbem. Hæc quis cōfutet potiusq̄ irrideat? quasi hæc demum belloꝵ causa quasi ne magis auaritia q̄ ira: nō cupido: nō occasio spesue potiundi. Nō simultates & odia quæ sunt apud astroolgos a saturno potiusq̄ a marte. Nō interdū amor ip̄e iustitiæ bella suscitent atque tumultus: quasi nō sæpius sit aīus regum pro bile deus. nunc bonos exercens ad uirtutem: nūc puniens malos ministerio sæpe malorum quos ille carnifices in mundanda repu. & quasi uisibiles demones habet. Veꝵ hic quāuis deridicula dicunt astrologi uidentur tamē aliquid dicere. At externa q̄ pro nostris humoribꝰ nihilo uariantur: quomodo referent ad istas quatuor qualitates? exilia: dignitates: diuitias: ægestatem: liberos: uxorem: amicos: inimicos? habent inquit Ptol. affinitatem cū animo & corpore: ut cū animo quidē: honor & dignitas: cū corpore, uxor atque diuitiæ, Quæ ista affinitas o Ptolemæe? ut fortuita hæc animi corporisue cōditionem sequantur? An qđ soletis dicere: si quē martis influxus efficit biliosum, eidem & uulnera & uiolentam mortē infligit: quoniam bilis ardor ad rixas incitet atq; ad arma, inter quæ mors ipsa famliariter habitat. Verum solet a nobis id maxime sydeꝵ opus existimari, cū homo mitis: in ocio degens nulli contumeliosus: in pericula tamen: in gladios: in inimicitias: fatali ui quadam trahitur quasi nolens: pariter bellicosus homo crabonūque ut dicitur irritator: plenus dieꝵ: illesus domi obeat inter suos. Cur igitur ille martio calore destitutus gladio tamē oppetit, quod est opus martis: hic in pace moritur: q̄q̄ marte fere ipse calidior? Præterea possint huiusmodi quædā nōnihil p̄seferre cōmercii cū his quæ ītra nos sunt: quare ad habitū corporis referātur: illa qua rōne differentiā corporis animiq; consequentur: uxor: diuitiæ: dignitates: & quæ hoc genere alia sunt profecto ne somniare quidē hoc licet. Quapropter & ip̄e Ptol. primo capite libri apotelesmaton: ubi suā struit rōnem de sydeꝵ efficientia: nō aliud colligit q̄ ꝙ aliquo mō consequens erit corporis. s. atq; animi quatenus hæret corpori, diuersitatem ab astris ꝓuenire: De fortuitis rebꝰ nihil adicit eo loco: ita enim scribit: poterit igitur dicere qs quocūq; tp̄e status ambientis nos aeris sit futurus. Sed & ꝓprium cuiuslibet hominis habitū & temperamentū intelliget ducto de statu aeris argumēto cū formabatur. Quare dicere poterit quale corpus, & qualem animū sortiretur. Tum quomō successu tempoꝵ se habebit ꝓuidens. s. futuram aeris dispōnem tali tēperatura corpori cōuenientem, facere ad eius incolumitatē, uel dissonantē occasionē dare morbi & egritudinis. Hæc ibi Ptol. in quibus quemadmodū apparet nulla mentio sup externis. Mox uero proximo capite ubi iterat dicta nectitque sequentibꝰ, exteriora etiam adiicit quasi de illis quoq; ꝓbasset, forte falli putans posse lectorem cui iam ratio excidisset ex qua illud deduci comprobariq; dicebatur. Quare si dederimus Ptolemæo mutari materiæ primas affectiones, humiditatis & siccitatis, frigoris, & caloris, pro conditione statuque syderum: minime tamen concessuri sumus esse sydera diuersos hominum uariantia casus.

Belloꝵ cāe.

Externa.

Ptolemæus

Quæstio.

Solutio.

Confutatio.

Caput XXIIII Occultas uires celestib9 nō inesse p quas occultas inferiorum re℞ proprietates producant: sed calorē tm̄ lumenq; uiuificum.

Estat discutiendū an p̄ter effectricē uim qualitatū ista℞ occultiores ī syderibus uires eminētioresq; sint p quas facere multa possint que p primas illas qualitates facere nō possunt: sicut sua quadā proprietate magnes ferrū trahit: peonia caducis opitulatur: & aliis rebus īsunt aliæ potestates ipis materiæ primis affectionib9 & nobiliores & efficatiores Hoc ratio quarta cōtendebat asserēs nullo modo posse uirtutib9 huiusmodi nō abundare stellas: si (quod ab omnib9 fere philosophis dicitur) beneficio stella℞ tales dotes terrena sortiuntur: tū cū nobilissima corpora sint, nobilissimisq; dotib9 p̄dita esse necessario. Sed neq; nobilitas horum corpo℞: nec q ab illis occultæ mirabilesq; terreno℞ corpo℞ uires esse dicātur: argumentum est quo cogamur uirtutes tales, hoc est esse aliquā præter eā quam diximus cū calore uiuifico potestatē, in natura cælesti sitas oppinari. Nam ut postremū hic primitus exequamur, nō accipiūt recte quod dicitur, sortiti cælitus uires inferiora corpora quib9 ea faciunt quæ per quatuor primas qualitates effici nō possunt. Fluunt illæ dotes & potestates a principiis intimis ipo℞ corpo℞: hoc ē ab eo℞ formis siue dicere mauis essentiis: porro cælū sicut formā dedit quā motus ille cōsequitur: sic dare illis tales uirtutes dicitur. Quarū tamē diuersitas a diuersitate fit, nō cōstellationis sed mixtionis: ex cuius uaria ꝓportione alia atque alia forma dissultat. Atque hocip̄m ad cælo℞ pertinet dignitatē siquidē quæ diuidūtur ī multitudinē apud ordinē inferiorē, ea simplici actu & eminētiore collecta, possidet ordo superior. Proinde si ista sublunaris tā multiformis, tā numerosa turba corporū caduco℞: infirma, tumultuaria: particularis: angusta: ad cæleste corpus æternum indefectibile: simplex: amplū. uniuersale refertur. Ita rationi maxime cōsentaneū quicquid uiriū: qcquid perfectionis in partes sectū & distributum inferiorib9 est, a corpore illo primo ꝓuenire Omnes aūt pariter licet tā uarias tā multiplices unica sua dote luminis & caloris cælestia largiūtur. Quæ plus minus ex serie syderib9 cōmunicata, facit illo℞ inter se ordinē potius q̄ diuersitatem. Nec remotius inquirendum quæ dos ista: quæ sit ista proprietas: diximus sæpius illā nec indigere demonstrante quæ seipām, & alia cum se omnia ipa demonstrat: lux. s. omnib9 euidens: quæ de moto corpore profluens afflansq; calorē indicat fere nobis occultū mysterium diuinitatis, & potestatem in motu: ī luce sapiām. in calore figurat amorē: qbus mouet: illustrat: creat: perficit: seruat omnia: primus ille deus: primus oīum: inquā sicuti primū est inter omnia corpora cælū: p̄ter hanc triplicis ab uno corpore ordine quodā pendentis efficaciæ prærogatiuā, qd in cælo desideramus? aut qd illi deesse nobis uidetur ad sūmam perfectionē naturæ corporalis & principatū inferioris mundi. Multiplicib9 insigniri distinguiq; proprietatib9 arrogat dignitatem imperfectæ naturæ: perfecte uero derogat: cui propriū: ut dixi, simul collectum ī uno possidere quod partiario posiident inferiora diuisim: quod utiq; priuilegium si perpetuo motui corporis & calorifico lumini nō cōueniret utiq; p̄ter ipsum inq

Confutatio:

Magna lucis dignitas.

Deus lux uera:

rendũ esset aliud in cælo qđ actu simplici ambiret/cõplectereturꝗ uirtutem corporum quorũcũq; corruptibiliũ. Sed in eo si plene hoc reperitur/alia cõminiscendi nõ est necessarius labor. Repitur aũt indubie/ siquidẽ sine illo res ulla corporea nec generare/nec genita exercere suas opatões põt. Tolle enĩ ipm cũ suo calore: nec pæonia caducis opitulabitur: nec iacynthus sanguinẽ sistet: nec reubarbaꝝ bilem educet. Et sicut reꝝ quæcũq; agunt in nos cessaret efficacia/si caloris ĩtimi nostri somẽto nõ excitaretur: ita cessaret & uirtus corpoꝝ illoꝝ: & calor ipe uiuentium: nisi cælesti calore & souerentur seorsum: & inuicem copularentur. Actus igitur & perfectio uiriũ quæcũque rebꝫ terrenis inditæ sunt: hocipm lumen calorificũ est/quatenus quidẽ calet: sicut oĩum calor rursus perfectio est/quatenus lucet. Et quẽadmodũ nec uideri colores/nec oculi uidere p̃terq̃ lucis istius beneficio possunt. Ita nec dotes corpoꝝ/quorũcũq; aut cõsistere ipe: aut se afficere inuicẽ possunt si motus illius atque caloris ope destituãtur. Quare sicut ad dignitatẽ decorẽq; pertinet cæli: qui ꝓ tãta coloꝝ diuersitate uno ipsius natiuæ lucis splendore coruscent: ita fuerit suæ perfectiõis/ꝓ multiplici materialiũ uirtutũ numero unã possedisse uirtutem: & illis oĩbꝫ nobiliorẽ: sicut oẽs colores lux antecedit: & perfectã illaꝝ cõstitutionẽ sicut lux oĩum colorum perfecta constitutio est: nec plus detrahi putemus dignitati cæli si particulares istas dotes stellis abnegamus: q̃ qđ ipm quoq; cælũ nec flauũ credimus/nec ceruleũ/neq; prassinũ/nec purpureũ: quæ sicut ĩ terrenis speciosa & necessaria uarietas: ita nec possibilis in syderibꝫ/nec decora.

Caput XXV Si sua cuiq; syderi & propria uis cõcedatur: esse tamen illam uniuersalem.

i Am si contendat aliquis ut p̃ter hanc omnibꝫ cõem ꝓprietatem motus luminis atque caloris/suã habeat quæque stella ꝓpriam influentiã: nõ magnopere q̃q̃ possim/illi resistam. Sed admonebo diuersas istas uirtutes: quibus inter se differunt/hoc tamen cõuenire/ꝙ omnes uirtutes cælestes sũt. Quicquid aũt in cælo est/& si comparatũ uniuersitati cælestiũ particulare aliqđ est: idẽ tamen ad sublimaria si referatur (ut maxime sit angustũ) uniuersale est. uniuersale cum dico/ita intelligi uolo/ut totã corruptibilis mũdi pfectionẽ claudat in seipso. alioquin celeste non erit/ut parte iam declaratũ: mox quoq; latius explicabitur. Quod si cõcedatur/nihil iuuabunt rem astrologicã sydeꝝ iste dotes peculiares: sed erit quidem iouis alia q̃ saturni ꝓprietas: ueꝝ non ꝓpterea efficiet apud nos aliud iuppiter q̃ saturnus: quare pariter omnia per hanc suam proprietatẽ uterq; facere poterit. Iouia uirtus differt a saturnia nõ negabo. Sed nulla uirtus corpoꝝ inferiorum/quã & iouia æque atque saturnia: & saturnia æque atque iouia nõ cõtineat: generet: seruet: efficacem reddat/atque perfectum. Dicam primum cur ita sit. Dehinc quomodo stet/cũ ista cõmunione diuersitas in utroque & ꝓprietatis & actionis. Cæli natura nõ uidetur aptius simul & breuius explicari posse/q̃ si dixeris cælum unitatem esse omnium corporum: sane nulla est multitudo quæ nõ a sua unitate dependeat: nihil in uniuerso/quod non ab uno quasi fontali capite deriuetur.

Et quemadmodum in exercitu legio qualibet ad prefectum suum: totus exercitus ad unum refertur imperatorem: ita quæuis series rerum generis cõmunione sibi cõsentiens: habet suum principium a quo deducitur: a quo fouetur: regitur: & continetur. Quæ cũ sint multa principia, quasi multiplex unitas ad simplicissimam unitatem primi principii postremo redigitur. Est autem quemadmodũ omnis numerus quodãmodo in unitate: tota ciuitas in rege: totus exercitus in imperatore: ita suo in principio sui quasi gregis uirtus omnis atque perfectio. Verum quod in illa gregaria (ut ita dixerim) conditione: diuisum: mancum: infectum: ĩterminatũ est. Viget in capite interminate cuiusdam unitatis singulari cõplexu: purũ: efficax atq; perfectum. Quo fit ut nihil consequentis corporis esse in capite: & rursus in capite totum corpus esse dicatur. Ita quod est primum inter ea quæ sunt ineffabilis deus & nihil eorum est quæ sunt: & rursus omnia est eminentia quadam principalis naturæ, & omnimodæ potestatis: Corporeum ergo genus a quo principio dependebit, potius q̃ a primo corpore loco & dignitate, hoc autem est cælum. Vere igitur quod dicebamus, cælum unitas erit oĩum corporum, de quo negari possint omnia quæ sint corporum aliorum: & omnia etiam possint affirmari: negari quidẽ. quoniam quod in illis formatum uarios habet fines: quod discretum multiplex imperfectum, in cælo nec characteres eos formæ: nec eam pariter habet diuersitatem. Affirmari q; omnia illa simul, non potestate materiæ: sed uirtutis amplitudine, & originalis naturæ sublimitate concludit. Quæ si cæli natura est, certe nulli nõ cælestium uenit: nec ita existimandũ, ut totum quidem cælum totam contineat perfectionem corporum inferiorum: pars uero partem. Nullum id foret cæli priuilegiũ sed pars qualibet cæli totus est mũdus inferior: exceptis quæ in mũdo sunt: sed nõ ex mundo. Hoc pythagorici significasse uidentur allegorica quadam sua sententia qua soliti affirmare, totam hanc regionem sublunarem unam esse stellam: & ĩ q̃libet cæli stella omnia esse quæ hac nostra regione uisuntur: sic ĩ luna: tum quatuor elementorum: tum uallium esse montiumque discrimina: sed & stirpes & animantia quæcunq; apud nos sunt: ita in uenere: mercurio: reliquisq; syderibus: quo typo certe non aliud nobis declarant: q̃ quod astruere uolebamus, nullam esse in cælo stellam quæ non ambiat totum quod est sub luna: alioquin illæ cælesti natura non erunt, si non false suppositum atque probatum: nihil uerius dici naturam cælestem, q̃ unitatem naturæ corporeæ. Tum q; hoc fuerit cælo dignum priuilegium: q; tanta uastitate & numero luminum inumerabili, sublunaris demum angustiæ bona complectatur. Est igitur in uirtute cuiuslibet stellæ, uirtus omnis corporum caducorum. nec hoc differunt diuersarum stellarum uirtutes, q; aliis aliæ rebꝰ præsint: cum præsint omnibus omnes. Nec quæ fuerit altior præstat inferiori latiore cõplexu: hoc est plurium rerum: sed nobiliore, eadem continens & quæ continet inferior, sed unitius longe q̃ illa & eminentius. Videri potest hoc idem in mentibus separatis & animantium cognitione. Nam sicut omne corpus a cælo ita uis omnis cognitionis particeps pendet ab intellectu. Intellectum uoco nõ nostrum, qui ratio

Allegorica pythagoricorũ sñia.

dicitur: sed angelorum/quos philosophi mentes & intellectus uocant. Hic sibi su/ perest ad intelligendum/nec aliquid infra se: nec in aliquo infra se inspicit quod in/ telligit. Non fallitur/non laborat. Et quod in omni genere cognitionis potestatibus uariis distributum excellit/id unica potestate excellentius longe q̃ sit in illis/ possi/ det: in seipso ueritatem conspicit/tangitque præsentem certitudine sensus. Habet apud se illam dilabentibus rebus imaginaria facultate: puidet causas & species re/ rum tam corporeas q̃ incorporeas perspicatia rationali/non rationalis ille/ uel sen/ sualis/uel imaginarius: sed per intellectualem proprietatem nobiliore conditione: quod in illis perfectum est colligens: reiicit quod imperfectum. Est enim in nobis cognitio physica aliud a mathematica: mathematica aliud a diuina. Nam physicā ratio cum sensu cōsequitur: mathematicam cum fantasia: diuinam cum mente & intellectu. Porro mentium nulla est etiam despicatissima quæ non omnem uerita/ tem in suo lumine uideat/quam nos illis scientiis artibusque/uel attingimus certe uel anhelamus. Eia igitur comparemus ista corporeis sunt in nobis hæ artes atque scientiæ: sunt in tota cognoscente natura uaria genera cognitionum/id quod in cor porum turba diuersarum uirtutum uaria priuilegia. Est omnis cognitio participa tio quædam luminis ītellectualis: est corporea omnis uirtus participatio quædam facultatis cælestis. Quāq̃ sicut illa euidentius in ratione: ita perfectius hæc elucet ī spiritu cordis. His ita positis agite uideamus an recte dixerit quispiam si de menti/ bus illis defluant intellectuales radii/alios fore qui physicos faciant non mathema ticos: alios mathematicos non diuinos: alios diuinos potius q̃ physicos/ uel mathe maticos: atque ita hæc lux erit/ut ista studia/penes naturæ diuersitatem mentium spirantium/non a radiorum ab eadem mente suo ita consilio uoluntateque profici scētium: puto rectius sentiet qui nihil esse credat huiusmodi: quod & largiter dare quæuis illarum non possit: & quæ non sua quidem/more syderum/libertate donet sed natura: & si contingit ut hoc potius inde/q̃ illud munus excipiatur/ nō ad dan tem in omnia æque liberalem: sed ad captum accipientis conditionemque dicat eē referendum. Quod si quemadmodum diximus ita se habet stella ad corruptibile corpus: quod ad nostrum attinet hoc propositum: sicut mens ad defectibilē cogni/ tionem: pariter erit dicendum posse stellam quālibet ex se dare quicq̃d corpus sub ditum/quodcunq; sit illud/accipere natum est: ut iam afflatus occulti diuersitatē non afflantis stellæ/quod astrologus putat/sed afflatæ materiæ diuersitas faciat.

Dixi afflatum occultum/quoniam syderis actio p lumen atq; calorem/pro intētio ne remissioneq; radii potest esse diuersa: quod superius explicauimus: sed in occul/ tis istis proprietatibus per quas ipsa se quasi stella propagat/effunditq; suas/ut ita dixerim/species & imagines: sicut illa non apparet intentio atque remissio: ita nec ullam agendi diuersitatem ponere persuademur. At inquies uirtus iouis & species ista diffusa/diuersa est certe a uirtute saturni? Fateor: sed non propterea diuersam rem effecturam: cū nulla sit res in sublunari mūdo/quā non utrauis facere possit.

Quænam igitur actiõis diuersitas? facit utraq; idẽ: sed alia idem facit alio mõ: nobiliore nobilior, & eminentiore. Quãq̃ nescio si de istis uirtutibus ita statuamus: an efficacior forsitan in nos uirtus iferior: nõ quia loco proximior: sed quia naturæ cognatior: sed alterius operis hæc inqsitio. Hic tñ asserimus, si pter lumẽ atq; calorem sua cuiq; syderi proprietas cõcedatur. Ita defendi posse oẽs uniuersales: ut nullam faciãt ex se diuersitatem inferiorꝶ. Possemus tamen cõcedere uim aliquã particularem illis, cõtrahentes. s. sydeream potestatem. Atq; ita concedere, ut nihil hoc tamen adiuuaret astrologos: ut si oẽs quidem stellas in oĩbus semp idem operari: sed non omnia in omnibus cõcedamus: uerũ aliud aliam ad hoc exemplum. Constant corpora quælibet ex materia & forma: putet igitur aliquis ita se rem habere: ut quæ attinẽt ad materiã tria minora sydera faciãt, luna, uenus, atq; mercurius: diuisis officiis: ut materiam ipsam luna regat: ad formam uero disponatur a uenere & mercurio: a uenere p quantitatẽ, dũ fit ordo, figura, cõpositio, decor debitus in partibꝫ: a mercurio per qualitatẽ, dũ formabili mobilitate suscipiendæ formæ cõgruas induit affectiones: atq; sunt formæ manẽtis a supioribꝫ tribꝫ stellis ĩ hũc modum: ut q; forma sit habeat a saturno: q; det esse & uitã his quæ uiuunt a ioue: q; moueat intus excitetq; ad operandũ a marte. Quod aũt se res quælibet ipa diffundat: & per diffusionẽ notificet atque ppaget, ad solẽ potissimũ referetur, cuius esse uideatur opa, tã materiã uincere de qua sibi simile parit: q̃ & generatio ipa & manifestatio. Quid si igitur differrent opa planetarum, quod & ultro cõcedimus: nõ ratione, non fide experimentorum: non auctoritate Platonis Aristotelisue coacti: esset tamen tunc quoq; omnis diuersitas rerum inferiorꝶ, nõ a cælo, sed a causis iferioribꝫ, agente illo quod est suũ semper ĩ oĩbus, eodem mõ, sed opere uariato: tum a pximis causis, tũ a dispõne materiæ: particulares magis q̃ uirtutes ĩ syderibꝫ ponere: quãdo nec istas uniuersales nulla ratio psuadet: posset de qbusdã aliter suspicari sine piaculo, & cũ doctorꝶ etiã auctoritate nõ nego: sed qđ sequens liber ostendet, siquæ huiusmodi nec sunt ille quas astrologi dicunt, nec illis afficimur eo modo quo credunt.

Caput XXVI Epilogus huius libri cum reiectione quarũdã rõnũ astrologorum in ipsos argumentantes.

e Xaminauimus naturales omnes mutationes rerum iferiorum quæcũque cæli opa esse uidẽtur: nã de fortuitis hoĩum casibꝫ in qntæ rõnis solutione dicemus, nec repertũ in illis quod faueret astrologis, sed occasio data potius multa obiiciẽdi, ut sit quod eos anagyrin istã cõmouisse pœniteat. Et. n. quid colligimus ĩde aliud q̃ radus luminariũ affici corpa sublunaria? Sed nec alia affectiõe q̃ caloris, nec alterius caloris q̃ uitalis, nec cuius actio aliter ĩmutaretur, q̃ pro situ syderis, uel ex ppinquo, uel e directo nos magis irradiantis. Ex his principiis oĩum effectuũ reddidimus rõnem: quoscũque fide experientiæ in testimoniũ sui dogma

tis afferebãt: ĩ qua reddẽda nõ cõfirmari astrologiã ex illis obseruatõibꝫ sed ĩfirmari patebat: & qd illi uel fallerent/uel fallerẽtur/ubiq; detegebatur. Sic falso apparuit credi ab illis uim solis exsiccatricẽ/aut lunæ paꝝ salubriter humectatricẽ & frigidam: falso fingi in luna uĩ occultã ꝑter motũ & lumẽ quæ mare reuocet & effundat: falso noxa partus octimestris reum fieri saturnũ: falso signis ascribi/quasi uirtutis potestatisq; diuersæ: qđ ꝑ situs tm̃modo uarietate solis radius opatur falso crisimos dies & piodos febriũ/ad lunæ motus/uel alioꝝ syderũ referri. Deniq; tm̃ abfuit/ut ex istis a sole lunaq; mutationibꝫ argumentũ sũmeretur ad fidem decretoꝝ astrologiæ/ut inde in suspitionẽ falsitatis nõ mediocriter adducatur. ita. n. argumẽtabatur sub luna si quis cubet: mẽbra occupat torpor/& cu ea echini simul implentur: frigefacit igiť & humefacit. Solem torridũ sensus attestatur: igitur siccũ. Nos e diuerso sic instamus/luna implet echinos: igitur calida est: demonstrauimus hæc ex Aristo. stupent frigore dormientes sub ea: igitur calida est. Declarauimus hoc aperta rõe/quo pacto. s. id eueniat: In plenilunio fauet cõceptibꝫ alit corpora/crescens roborat/uegetat: igitur calida est. Probauimus ex Hyppocrate/ex euidentia ipsa. De sole pariter appellamus ad experientiã/qua patet illius radiis spiritum. Vitæ omnem uiuificari: id uero non est siccæ potestatis/sed salubriter calidæ. Nec difficile fuit declarare/quo pacto uel ex accidenti uel siccet uel exurat/imo frigefaciat etiam sol: luna frigoris & humoris causa esse dicatur: licet sydus utrũq; uiuifici tm̃ luminis & caloris sua natura sit auctor. Sic item colligebant: uidemus a sole & luna manifesto nostra corpora ꝑmutari: nec igitur de alioꝝ syderum influxibus dubitandum est. At hoc ipsum de aliis nos in dubium trahit: qđ de sole lunaq; uidemus: q. s. ab eis ita corporum dispositiones uariari deꝑhendimus: ut reliquas stellas asymbolas potius iudicemus/q̃ in partes operis aduocatas siquidem lunæ lumine decrescente semper humiditas in corporibus attenuatur/augescit semper illa crescente. Cur igitur si quod putant astrologi/de aliorum syderum efficientia ueꝝ est. Cur inq̃ non interdum humili planetæ cum dominantur iacturam luminis lunaris sarcientes/humiditates non augent: ut liceat nobis aliquando syderum beneficio: etiam in nouilunio succulentas ostreas cenitare: Cur inuicem illa plena nũq̃ saturni siccitas atque martis ius cæli pro legibus astrologicis/usurpantium corpora desiccat: & cesa ligna defendit a carie: potius ergo fauent obseruationes istæ tollentibus potestatem planetarum/q̃ astruentibus: sicut & his potius/qui signis efficaciam nullam tribuunt/q̃ qui plurimam: alioquin eum a luna mouetur mare: sicut uolunt nec ipsi negamus: cur in aquaticis signis posita/non plus mouet q̃ in igneis nec minus in siccis deniq; q̃ in humidis: aut cur luna nõ facit uberiores accessius humidis iuncta planetis/q̃ exsiccantibus. Et quomodo si uera quæ prædicũt de duodecim locis: quas appellant domos: quomodo illud consonat: quod ab ortu scandens luna/quo plus summo propinquat fortius agit in oceanum atq; ita fortius ex. xii. loco/q̃ ex horoscopo: quo tam loco languere fieriq; ĩbecillimã oĩum syderum

Argumẽtum astrologorũ

Aliud argumentum

Retorquet primũ Arist.

Hyppocrates

Solutio secũdi.

Alia ratio astrologorũ.

potestatem affirmant: potius igitur stant nobis contra illos ista experimenta/q̃ ut contra fidem astrologorum opinionibus arrogent: nisi quemadmodũ dicebat Phauorinus/ut supra etiam tetigimus: quia oceanus quasi lunæ comes cum ea simul senescit adolescitque/putant argumentum eẽ ad persuadendum omnium rerũ humanarum & parua & maxima tãq̃ stellis atque syderibus euincta duci atque regi Sed longe dispar/atq; ut idem astrologos ludens iactabat/nimisq; ineptum & absurdum est: ut quantum æstus oceani cum lunæ curriculo cõgruit/negociũ quoq; alicuius quod ei forte de aquæ ductu cum riualibꝫ apud iudicem ẽ. Existimemus ipm quoq; quasi habena quadam de cælo uinctum gubernari.

Caput XXVII

r Eliquum ut postremam argumentationem dissoluamus petitam ab euentis humanis: in quibus alia ita uires nostras excedant: aut præter meritum & rationem eueniant: ut decreti fatalis/& cælestis potentiæ uim astruere uideantur: hoc nos ita soluemus ad p̃sens ut ostendamus habere suas causas hæc omnia satis apud nos: nec a pparere quicq̃ in omnibus/quod auctorem cælum desideret: hoc est nihil in cursu rerum esse humanarum: unde suspicio nasci debeat facta hominum fatis regi & gubernari. Nam per initia quidem libri sequentis non soluẽtes iam/sed arguentes/hæc imprimis cælitus nullo modo fieri posse docebimus: in quibus istam uim fati agnoscere sibi isti uidentur. Ea uero denique duo sunt magna/uidelicet atq; mala. Dicamus primũ de magnis: uel ad aĩum ptinẽt ista: uel ad externa. Sic.n. nobis & Alexãdri fœlicitatẽ/ & p̃ceptoris ingeniũ ac doctrinã obiectabant. Incipiamus igitur ab his quæ ad animum pertinent: Admiraris in Aristotele consumatam scientiam rerum naturalium: ego tecum pariter admiror. Causa cælum est inquis/& constellatio sub qua natus est: non accedo: non tã uulgata ratione/q; nati eodem astro multi non fuerunt Aristoteles: q̃ q; præter cælum sub quo tanquã causa uniuersali/& boetiæ sues: & philosophi actici pariter germinant: causæ proximæ sunt Aristoteli ꝓpriæ & peculiares: ad quas singularem eius profectum referamus. Primum utique ut ille inquit sortitus est animam bonam: & hanc utique non a cælo/siquidem immortalis: & incorporeus animus/quod ipe demonstrauit: nec astrologi negãt: tum sortitus est corpus idoneum ut tali animæ famularetur: nec hoc etiam a cælo nisi tanquã a cõmuni causa: sed a parentibꝫ. Elegit philosophari. Hoc & principiorum opus quæ diximus: hoc est animi & corporis: & sui arbitrii fuit/profecit in philosophia: hic arrepti propositi & suæ industriæ fructus. At plusq̃ philosophantes multi/pari studio atque labore. Fuit in causa doctrina præceptoris; & fœlicitas seculi in quo æditus ueterum pleni monumentis: sed nõ exactis ne & labor nõ adesset incohãdi & pficiẽdi bonas artes materia non deesset. At profecit plus longe q̃ coetanei & q̃ discipuli. Sortitus erat nõ astrũ melius: sed ingenium melius. Nec ingenium ab astro/siquidem incorporale: sed a deo sicut corpus a patre: nõ a cælo. De quo nos tãto loqmur/q̃ astrologi honorificẽtius

Quare Ari. consumatus philosophus.

quāto causa uniuersalis particularibꝫ causis diuinior & eminētior. Quod si captus excessit ingenii humani uel Aristo. uel phūs alius: erit causæ hoc nō oīo deterioris quale corpus oē ꝓptereaq; celeste est: sed melioris hoc est diuinæ: sicuti Socrates maior mea sñia oīum philosophorum sapientiam suam non syderibus natalitiis: sed assistenti numini rettulit acceptam. Quare plus cælo damus q̄ oporteat: si diuinitatem animoꝝ a corporeis illis radiis demittimus: minus si corporeas differētias quæ de priuatis rebus accipiuntur illi quasi particulari causæ tribuimus. Minus āt oīno q̄ deceat. cū deformitates ip̄as nostras / & labes mentium ascribimus stellis: quod est unum ex illis quibus maxime mouebantur ad astra cōfugere / ꝙ apparēt in hominibꝫ multis absonæ quædā appetitiones p̄ter leges humanitatis: quæ non intrinsecam hoc est humanā: sed extrinsecā habere cām uideātur: & qa potentem ideo sydeream. Ego uero ab illis quæsierim / cur p̄gnans mulier terram comedat libentius & carbones / q̄ exquisitū omne genus edulioꝝ? Et si monstrifici desiderii non astrum sed fœtum causam iuenerint: Admonebo causam pariter eorum quæ demirantur / in corporis tēperatura potiusq̄ in cælo esse quærendam. Dicerem apud improbos quoq; demones: sed a corporeis eos abducerem. Certe p̄ter corporis habitum quantū faciat ad huiusmodi portentosas affectiones consuetudo uetissimo possum exemplo declarare. Viuit adhuc homo mihi notus prodigiosæ libidinis & inauditæ Nam ad uenerem nunq̄ accenditur / nisi uapulet: & tamen scælus id ita cogitat: scæuientes ita plagas desiderat / ut increpet uerberantē / si cū eo lentius egerit: haud compos plene uoti / nisi eruperit sanguis: & īnocentis artus hominis nocētissimi / uiolentior scutica disseruerit: Efflagitat ille miser hanc operam sūmis præcibus ab ea semp fœmina quam aduiuit: præbetque flagellum pridie sibi ad id officii āceti infusione duratum: & supplex a meretrice uerberari postulat: a qua quanto ceditur durius / eo feruentius incalescit: & pari passu ad uoluptatem doloremq; cōtendit: unus inuentus homo / q corporeas delicias inter cruciatum inueniat. Is cū non alioquin pessimus sit / morbum suum agnoscit & odit / quoniāq; mihi familiaris multis iam retro ānis / quid pateretur libere patefecit. A quo diligenter tam insolitæ pestis causam / cum sciscitarer / a puero inquit sic assueui. Et me rursus consuetudinis causam interrogante: educatum se cum pueris scælestissimis / inter quos cōuenisset / hac cedendi licentia quasi prætio quodam / mutuum sibi uendere flagitiosa alternatione pudorem. Hoc ego factum licet graue auribus liberalibus: ideo nō suppressi / ut cognosceremus euidentia ipsa quantum illis affectibus ualeat consuetudo: ne quasi causam habere terrenam nullam possint: cælum statim accusemus Nam id quidem astrologus si audiat / damnatam dicet fuisse uenerem in hominis genitura: & aduersus fortasse: aut alio mō minitantibꝫ radiis martis flagellatam.

Vide portentosum exemplum libidis.

Veniamus ad res externas / in qbꝫ Alexāder p̄ponebat cuius tāta / tā repētina fœlicitas: unde nā ortū haberet quærebat nisi haberet a cælo: Facilis respōsio: a uirtutibꝫ Alexādri quales habuit multas necessarias imperatori: fortitudinē: liberalitatē: laborū tolerantiā: peritiā rei militaris: ægregiā litteraturā: & q̄s alias enūerare nō est

Alexādro unde tāta fortuna in bellicis rebus.

necesse: ab exercitu quē nactus est: & sub patre Philippo exercitatissimū: & beneficio regionis bellicosissimū: & ob liberalitatē exemplūque uirtutum amantissimū sui. Ab ignauia populorum quos superauit: unde dictus a patruo pugnasse cum fœminis. A fortuna quæ in rebus bellicis plurimū dominatur. Fortunam uero cū dico / cælum non dico: sed eam causam cuius meminit Aristoteles secundo lib. physicæ auscultationis: & quam uulgo fortunam dicimus / atque his uerbis solemus exprimere: ita sors tulit / ita euenit: ita res cecidit: per quam fit ut ludētes asseris: aut iaciant quod uolunt: aut quod non uolunt: hæc est illa cæca nuncupata / quæ pter illas quas diximus / & similes causas: Cæsares: Syllas: Augustos: Alexandros: fecit: quā per se nec dependere de cælo: nec idem esse quod fatum: nec prouidentiæ derogare diuinæ: & quid demum / aut esse: aut nō esse possit: quoniā proximo lib. late differendum est: hic dicere nō oportet: ubi astrologus nō aliis magis q̄ Aquinatis Thomæ quē hi sūme sibi fauore putant / armis opprimemus: qd uero ad id attinet quod pricipaliter hic tractatur: Nego quicq̄ in terris adeo magnū fieri uel uideri: ut auctorem cælū mereatur. Nā miracula qdē animi / ut diximus / cælo maiora sunt: fortunæ uero & corporis (ut q̄ maxima sint) cælo collata minima deprehendūtur: ut qđ recte dixit Phauorinus Nihil magnū ī terra pter hoīem: nihil magnū in homine pter mentem & aīum: huc si ascendis cælū transcendis: si ad corpus inclinas & cælum suspicis: muscam te uides / & musca aliquid minus. At quemadmodū quidem in illo nigro agmine formicarum: sunt quæ aliis præstent robore / magnitudine: sunt uictoriæ: bella: paces: officia: labores: ægestas diuitiæ. Quæ contemplantibus nobis omnia exigua & nullo discrimine nihil sunt ita nostra ista corpuscula: nostræ fortunæ: nostri reges: nostræ prouinciæ: bella: fœdera: nuptiæ: cælo si cōparentur nihil sunt penitus: cui tota terra collata / cuius unā portiunculā inter se homines igne ferroque partiūtur: indiuiduum punctum est. Non ergo ea est magnitudo rerum terrenaꝝ ut alterius esse q̄ cæli opus non possit. Quo si digna nō sunt / quæ inter nos digna sunt: quanto magis erunt īdigna: quæ indigne etiam fiunt a nobis? ut flagitiosos euehi ad dignitatem: Socratem pire iudicio stellicatoris: & enormia id genus / quæ quotidie multa & uidemus & patimur. In quibus imprimis elucescere fatum: & cælestis decreti necessitatem ait Maternus. Quem ego cum astrologis aliis libenter interrogauerim: cur errata nostra tantopere ambiant stellis imputare: & cū ipsi peccamus libentius inde cælū / q̄ nos accusare? quasi aut mirabile esset nos errare / pronos & malos ab adolescentia: aut errare illa possint aliquando iussis optimi dei incōmutabili semper ordine famulantia. Damnantur inquiunt innocentes / facinorosi premiis afficiuntur a quibꝰ quæso principibꝰ. iustis an iniustis? si a iustis nec cælum satis erit tāto miraculo: si ab iniustis / qd cælo opus est / ubi despectrix cæli malicia satis est. Quærit Aristo. ī pblematis: cur fere idē semp boni & paupes: cūque multas afferrat cās & ueras & facetas: nullā tam̄ affert a cælo: ut q. s. sciret sētes & tribulos. nō cælū germinare: sed terrā. At cautus hō & prudens: quod maxime fugiebat discrimē incurrit: euadit

Fortuna.

Thomas.

Phauorinus.

Aristoteles.

Obiectio.

alius periculũ/cui se temere sæpius exposuerat? Quid est qđ admiremur? cum nõ minus hæc nunq̃ euenire: q̃ si eueniant sæpe/pro miraculo sit habendũ: horum cũ plerunq; fiunt causa quærenda est/prius quidem proxima: Hæc si deest/remotior & occulta: cum de raro & fortuito non est alia causa inuestiganda: si eo℞ satis meminimus quæ sapientissimus Aristoteles & secundo libro physicæ auscultatiõis: & sexto primæ philosophiæ scriptum nobis reliquit. Responsio

Ioannis pici Mirandulæ disputationũ aduersus astrologos libri tertii finis:

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER QVARTVS.

Caput primum Qui mos in disputãdo seruatus & deinceps seruãdus: Tum si detur astrologis qđ maximum dant theologi astrologiã tamen nihil esse.

Oster hic fere ĩ disputãdo mos/ut siqd & põat aduersarius qđ & dari sine piaculo & cõtra rõnabiliter negari possit/negemus id potius nos q̃ demus/ẽt si sit tale quo cõcesso nihil magis cõficiat ille qđ cõtendit: atq; ista serie peruenientes ad id qđ maximũ postulare põt/ostendamus etiã id si deẽ qđ iure negari posse declaratũ est: minime tam̃ colligi qđ arbitratur. Sic.n. & res ipa quæ uenit ĩ disputationẽ tota p sua mẽbra pticularius explorat̃: & q̃ multa gratis accipiat aduersarius ĩtelligit q̃q; pa℞ certã & absurdã opiõnẽ tueat̃. Quæ tam multis uel noĩbꝫ falsa/uel certe dubia/tũ utcũq; oĩa se habeant ipa oĩo nõ esse falsa nõ possit hũc morẽ seruãtes cũ astrologis primum defendebamus tm̃ solis & lunæ radios efficaciã habere pmutãdi res inferiores. Cætera sydera nihil nobis ĩfluere ob radiorum uel distantiã uel imbecillitatẽ: Secũdo loco si dabatur eis.id.s. nõ extorquentibꝫ/sed impetrãtibꝫ defluere ab oĩbꝫ aliqd in nos/ostẽdebamus id tũ ab oibꝫ intẽtione tantum remissioneq; diuersum effluere: hoc est lucẽ cum calore uiuifico: frigus aũt humiditatẽ siccitatẽq; ab illis nõ emanare. Tertio si facerent q̃tuor primas q̃litates nõ sequi ut impressionũ quæ fiunt in sublimi diuersitas esset ab eis: aut si hoc foret nõ tamẽ ab illis uel pestilentias esse uel cathaclismos uel exustiões: multo minus uirtute prima℞ illa℞ quatuor q̃litatũ res esternas & casui fortunæq; subiectas a syderibꝫ gubernari. Quarto si prima℞ affectionũ auctores sydera crederẽtur: hoc ẽ calefaciẽdi: frigefaciẽdiq;: tũ humectãdi & exsiccãdi potestatem habere nõ alias præterea illis dotes attribuendas per quas efficiant multa quæ per uim q̃litatum illarum fieri non possunt. Denique quales/quales haberent stellæ uirtutes & proprietates eas uniuersales ita esse ut nulla esset quæ nõ ueram ĩferiorum corpo℞ cõditionẽ potestatẽq; cõplecteret̃. Quare agere illa oĩa cũ oibꝫ qđ ẽ causæ ulis ꝓpriũ. Diuersitatẽ ãt eo℞ q̃ fiãt & q̃ cõtingãt oẽm a ꝓximis cãis uel liberis uel naturalibꝫ uel fortuitis originẽ ducere. Quæ nos oĩa eo cõsilio defẽdẽda suscepius

Mos disputãdi auctoris mire cõuicẽs

Ille mos quõ obseruatus ĩ hac disputatione

ut intelligerent astrologi cum aliter sentiunt & asseuerant/nō confessa se dicere & manifesta: sed quæ nec certis ullis rationibus/nec euidentibꝫ experimentis/nec au/ctoritate Platonis Aristotelisue cōfirmentur. Sed in ambiguo posita sicuti ꝓpugnā tur a quibusdam/ita opugnentur a multis. Quibꝫ si tota niteretur astrologia/nec infideliora sibi fundamenta locaret: nō esset apud me penitus ruinosa/sed nutabū da: hoc est tā caderet illa mea sententia/q̄ uacillaret. Veꝝ ut astrologis demus q̄tū illis Aquinas Thomas theologiq; ꝑmulti atq; philosophi dare posse contendunt: nō magnopere.s.refragante rōne/longe tamen minus accipent/q̄ accipere illos sit necessarium: ut aliqua astrologia nō solum apud nos sed sua natura/& apud ip̄as angelicas mentes esse defendatur. Dabit enī illis Thomas id quod maximum dari potest citra apertā calūniā ueritatis: ut.s.oīum planetaꝝ ad nos defluuia cum uir/tute ꝓueniant: & aliis alias stellis esse ꝓprietates nō modo calefaciēdi/frigefaciēdi humectandi & exsiccandi: sed occultiores: Vnde uaria munera terrenorū turba sor tiatur: ut nō oēm ꝓprietatē quā habent hoīes cæteraq; natura corporalis inferior a suis causis ꝓximis habeat: sed aliquā etiā a cælestibꝫ: hoc totū & nos p̄cario conce/dentes astrologis ostendemus: nullā tamē iccirco futurā hanc artē: quin de his ma xime uaticinetur ex astris quæ fieri ab illis uel indicari possunt: etiā si fiant illa cun/cta quæ diximus: atque ita cōcussam uel ad interitū priore libro astrologiā nulla iā pacis uel indulgentiæ spe relicta disputatio præsens funditus euertet.

Quid det tho mas astrolo.

Nullā esse a/strologiā ēt si illđ cōcedaī.

Caput II Fortuita a cælo non esse.

FOrtuitæ res ꝑ quaꝝ bono uel malo euentu fortunatos uocamus homines & infortunatos hæ præcipue sunt quæ sicuti fatales ī primis putantur & a cæle sti decreto pendētes: ita p̄dictionū astrologicaꝝ pars maxima & potissima materia sunt. Nā quæ per se causas proximas habent/ut cōditiones animi & cor/poris nō exigere adeo superiorem cām occultioréque uidentur/q̄ quæ temere fieri casuque dicimus: quū fieri sine proxima causa uideantur: talia sunt fœliciter uel ī/fœliciter nauigare: ꝑegrinari: mercaturā facere: fodientem terrā thesaurum inueni re: latronibus: bestiis occurrere: regi placere: periculū euadere: bona seruitia/ma/laue sortiri: domū īgredi mox ruiturā: & quæ alia hoc genere p̄ter cōsiliū p̄ter opini onem miseris & uere ægris mortalibus accidunt: de quibus ut quæ ꝓrsus extra no/stram manum sint & extrinsecus ueniant in nos/optamus maxime astrologorum audire sententiam. Alioquin quo quis corporis habitu/sit uel a speculo uel a medi co sciat: sicuti & qualē mentem sciat a seipso: si modo mentē habet: At quæ fortui/ta nuncupamus/ea sunt quæ potissimū ꝑ artes diuinatrices humana curiositas ex/petit. Hæc igitur ante alia nullo modo de cælo p̄uideri posse probabimus: nec alia ratione q̄ qua utitur Thomas Aquinas: eo maxime loco quo fauere sn̄iæ astrolo/gorum uidetur: hoc est tertio libro contra gentes/ubi fortunatos a cælo & fieri ho/mines & infortunatos dicere uidetur: ea ratio talis est. Virtus cælestis corporis non agit intellectu uel electione: sed quēadmodum natura agit/naturæ proprium est ad unum tendere. Effectus igitur qui non est unus a naturali causa per se esse non

Rō.s.Tho.

potest: at quæ ex accidenti concurrunt inuicéq; cõueniunt: ea uere unum non sũt: sed dumtaxat unũ per accidens. Cõcursus igitur huiusmodi qué solemus fortuitũ nũcupare/nulla esse põt p se causa naturalis: sed cælestis causa naturalis causa ut dicebamus. Ea igitur rerũ huiusmodi fortuitarũ causa per se esse non potest. Adiicit his exemplum/quo simul declaratur quomõ nõ ẽ causa p se cælũ huiusmodi euẽtorum: sed tm̃modo ex accidẽti: instigatur inquit aliquis a cælo ad sepulchrũ fodiẽdum/accidit ei ut in sepulchro thesaurus sit. Quare fodiens sepulchrum thesaurũ inuenit: nõ fuit hoc a cælo ut inueniret thesaurum p̃terq̃ ex accidenti: quin ex accidenti est eundem esse & sepulchrum & thesauri locum: nam instigare hominem ad sepulchri fossionem in quo latet thesaurus ut thesaurum inueniat causæ rationalis est & intelligentis: cuius proprium est rem unam ad aliã referre & ordinare: naturalis causæ non est qua dũtaxat ad unum fertur ut diximus qualem esse cælestẽ radium nemo diffitebit. Exẽplũ eiusdẽ

Caput III Quomõ rerum fortuitarũ causa sit deus: quomõ angeli: quomodo cælum: quomodo nos: quomodo fortuna.

C Vm de fortuitis rebus mentio fiat/operep̃ttum fuerit altius explicare quæ sint illarũ causæ apud philosophos atq; theologos: nam ex his quidẽ quæ hactenus diximus extimari posset in casũ nos illã dũtaxat temeritatéq; referre nec improbandos esse astrologos qui seruare in his quoq; extraordinariis ordinem & certas causas conarentur/ut nihil temere in natura/nihil sine causa legitima fieret. Quæ si qua cogitanda est/illa uidetur potissimũ eligenda quam astrologi accipiunt/cælum. s. cũ nec infra cælũ talis ulla iudicetur potẽs. s. rerum omnium quæ sub cælo fiunt: nec supra cælũ dicunt: uidelicet cum multa indigne præter meritum & rationem fieri uideantur/quæ potius corporalis causæ quandã necessitatẽ q̃ ꝓuidentiam arguãt eligentis. Quare ut hos scrupulos extrudamus disserere quædam latius super his rebus utile fuerit/ut postq̃ a cælo gubernari hæc nõ posse monstrauimus: nec unde & quomõ gubernẽtur aperiamus: fortuita fieri dicimus quæ p̃ter intentionẽ opantis eueniunt. Quare tm̃ in rebꝰ humanis fortuna dicitur: ut quæ solæ consilio rationeq; fiunt. Exemplum tale quo superius etiam usi/ꝓposuit agricultor terram fodere culturam soli cogitans nõ thesaurum. Accidit ut thesaurũ inueniat/fortuito factum dicimus/nec reperti thesauri causam aliã damus q̃ fortunã Fortunam uero nõ intelligimus aut numẽ aut naturã: aut rem oĩno aliquam causam talis euentus: sed potius excludimus tantum fortuna factum dicentes/ac si dicamus ita euenit forte non ex aliqua causa. nã fossio quidem terræ causa dici nõ potest/non sit terra/quatenus terra est locus. Sed accidit eundem locum terrã simul esse latebraq; thesauri. Quapropter si quæras qua causa factum ut eruerit iste thesaurum/nullam est afferte: cũ non una causa/sed fortuitus cõcursus plurium hoc causarum effecerit. Propterea errabãt qui fortunam in rebꝰ esse negabant: quã opinionem secũdo physicæ auscultationis: & sexto primæ philosophiæ libro conuellit Aristoteles: Errabant autem nõ quia putarent quæ nobis improuisa fortuitaq; sũt

Fortuita quæ dicantur.

Exemplum.

ea nota ꝓuisaque esse posse supioribꝫ mentibꝫ: quare nihil absolute simpliciterque esse fortunam: sed ꝙ arbitrarẽtur huiusmodi euenta necessario habere ꝓximam p se cãm/nõ itelligentes quo pacto quod est unum per accidẽs/cãm minime exigat per se unã/ut hoiem eũdem musicũ esse & bellatorẽ causam nullã habet: alioquin si simul essent ꝑpter aliquã causam ordinẽ iuicem haberẽt ex illa causa: quæ autẽ sibi temere accidũt: ut bellatori esse musicũ/musico esse bellatorem: patet ea inuicẽ ordinẽ nõ habere: quare nullã habet per se agẽtem cãm: sed ex accidenti tm̃: sic recte Peripatetici casum & fortunã defendũt in rebꝫ necessitatẽ exterminãtes: sed errãt ex eis qdã detestabilius q̃ qui auferũt casum ꝑnegãtes.s.aliter ista fieri q̃ fortuito hoc ẽ nullo cõsilio supioris causæ/nulla ꝓuidẽtia: pullulat.n.pestilentissimus hic error ex ĩpietatis radice qua creditur aut nõ cognosci/aut si cognoscũtur nõ curari a superis res hũanas qui alibi rõnibꝫ reuincetur: ubi cõtra philosophos impios erit disputatio: nũc ueluti ꝓ iudicato falsus abiiciatur/auctoritate oĩum theologorum totiusque philosophoꝝ familiæ & Aristo.peripateticoꝝ princ:pis ĩ moralibus libris/tã ubi de fœlicitate q̃ ubi de bona fortuna disseruit/nã illic cura esse homines deis p̃cipueq; sapientes: & hic nota esse deo sensibilia oĩa p̃terita atq; futura & ĩ his dirigi nos ab eo clarissime asseuerauit quod ĩ libro quoq; de mũdo/libro utiq; Aristotelis sapiẽa digno cõfirmauit quẽ platonica illa de diuĩa iustitia snĩa quasi oraculi cuiusdam coronide terminauit. Si igitur curãt humana dei: sic enim loquimur: ut custodes angelos: & intelligentiũ causaꝝ serũ ordinẽ cõplectamur dei ueri consilio ꝓuidentiæq; famulantẽ: Si inq̃ hoc uerũ est nemo dubitauerit ĩstigatos ab illis homines ea sæpe facere quæ sunt homini nõ ꝓuisa nõ p̃cognita illis uero sapientissima p̃cognitione disposita. Vulgatissimũ est exemplũ de seruis eodem missis a domino ut cõuenirent ignaris tamẽ domini uoluntatis: quoꝝ cõuentus atque cõcursus ipis seruis inopinatus atq; fortuitus/domino ꝓuisus & p̃ordinatus est: sic ꝓcurãs utilitatem paupis agricolæ custos angelus põt ad eũ locũ effodiẽdũ ĩuitare motibus occultis: ubi nouit angelus esse thesaurum: ut quod pauperi fuit fortuna cõsilium tam̃ angelo fuerit/hoc respiciens Aurelius Augustinus qnto de ciuitate dei libro nõ ĩquit cãs quæ dicũtur fortuitæ: unde & fortuna nomẽ accepit nullas esse dicimus: sed latentes easq; tribuimus uel ueri dei uel quorũlibet spirituũ uoluntati. Dixit quorũlibet spũum: quoniã tã a bonis hoc fieri põt q̃ ãgelis malis/licet nõ omnia possint mali quæ boni: nec idẽ utrisq; finis: sed bonis quidẽ cõe hoĩum bonũ: malis uero malũ: frustrãte illoꝝ tam̃ malitiã bonitate diuina dũ ĩ bonũ ordinat redigitque qcqd ab illis mala fuerit uolũtate patratũ. Sed hæc alibi latius Proclus platonicus ĩ cõmentariis ĩ Thimeũ eadẽ rõne pro qua & Augustinus fortunã definiuit esse dẽmonicã ptãtem cõgregantẽ inuicẽ cãs ĩter se diuulsas: nec differt a peripathetica determĩatõe qua dicitur fortunã esse ĩ electiõe humana cãm aliqd efficiẽtẽ ex accidenti: sed altera cãm remotiorẽ occultiorẽque: altera proximã notãque respexit. Dixit.n.Proclus demonicã ptãtem ꝙ ita uocent platonici quascũq; mẽtes ĩter hoĩes positas & ĩtellectus supiores a particulari & proxima reꝝ nostraꝝ

Alius error detestabilis

Liber de mũdo Ari. sapiẽa dignus.

Augustinus

Definitio fortunæ a Proclo assignata.

cognitione semotas. Declaremus exẽplis hæc quõo fiãt ubi & cælũ i his qd agat stel ligamus. Domi erat Lucius & fons qdẽ qd agere nõ hẽbat, uer sedit aĩo tam exeũ di sñia simulatq; egressus domo ẽ, ruit domus, fortunatũ dices q piculũ imĩnẽs sic euitauerit: cuius rei cãm a male pio philosopho si quæsiens: sed & male philoso pho respõdebit casu ita factũ, nec aliã cãm requirendã: si quæras ab astrologo i be nignã hoc aliquã radiationẽ refert fortunãtis planetæ, cuius ope defensus ille sit a ruina. Fallitur aũt ratione superius enarrata: qm̃ icitare Luciũ ad egressũ ne sub ru ina pereat causæ est itelligẽtis agẽtisq; cõsilio & rõne: Qualis nec iouis nec alterius stellæ radius: tm̃ esse hoc de cælo potuit ut ad egressũ Lucii aĩus eẽt ꝓpensior q̃ ad qetẽ: sicut hoc quoq; ab ipo corpis habitu esse potuit, ex quo alii sedentarii magis alii ambulatores hoĩes sũt, ut si qua fuerit huius boni cõstellatio cã, fuerit ex his po tius quæ uegetes nos reddũt & melius appetẽtes, q̃les martias dicũt, non benefica quæpiã & defensatrix a malis quãdo ut sæpius idẽ iuehamus. Sic. n. expedit ordi nare illa iuicẽ radius nõ põt egressum. s. tuitionẽq; a ruina: sed quẽadmodũ eligẽ ti egressionẽ Lucio spaciãdi gratia fortuitũ ẽst: ut egrediens mortis discrimen eua dat: ita cõstellationi siquã mõ talẽ esse cẽsemus, iuuãti illũ ad motũ, fortuitum est prorsusq; accidẽtale, ut liberet a ruina: quõ fit ut nec cognoscẽs astrologus qd tunc ĩfluat cælũ Lucio aliud sit quod cognoscat, q̃ auidũ illũ futurũ motus ambulatio nisq;: sed futur ut simul domũ & periculũ fugiat ꝑcegnosci ab eo posse nec thema tis nec ratio ulla cõsentit. Vna igitur supest cã cui ꝓuisũ hoc nec fortuitum esse po tuit diuina. s. uellicãs ĩtus aĩum Lucii instigansq; ad egressum, ne sub domo mox casura dispereat; quã. s. & casurã idẽ numen itelligit: & ad eũ finẽ ordinare Lucii exitũ põt. De radio corporali neutrũ dici põt: quare nec philosophus ullus fortu nã definiuit cælestis decreti cõstitutionẽ, aut genituræ factũ, aut tale quippiam du ctũ a dogmate astrologor: sed aut ad ipm casum iopinatũque cõcursũ causarum se rettulerũt: aut ad ĩtellectuales cãs inuicẽ conciliãtes suo cõsilio: quæ nostre ꝓui dentiæ fines effugerunt: sic magnus ille philosophor dux Aristo. qd sit bona fortu na, qd mala, qd fortunatũ esse, qd infortunatum latissime disserẽs, ne dum decer nẽdo cælestiũ meminit cõstellationũ: sed nec inqrendo disputãdoque: quia istã ge nethliacor opinionem nec dignã putabat, de qua philosopus homo dubitaret: sed uelut alia circulator deliramẽta potius ĩter fabulas & ꝑstigia q̃ ĩter controuersias philosophiæ deberet ãnumerari: ipe igitur Aristo. in eo tractatu post diligentẽ to tius quæstionis examinationẽ ita definit cũ nobis bene ita fortuito euenit dupliciter fieri solere: aut incidentibꝫ nobis prorsus iprudenter in id qd bonũ facit euẽtũ: aut q̃uis nõ cõsilio deliberationeq; ĩpetu tam̃ ad id animi ductis: cuius ita rõnem igno ramus: ut qũo ille se fert obstinatissime tm̃ themo ueloq; descẽdamus: illud primũ ad casum putat referendũ: hoc ad diuinã motionẽ qua penitus ipa uoluntas occul tis impulsionibꝫ inclinetur: quod passi solent illa dicere, ꝑsagit animus nescio quid: nõ possum aliter uelle huc rapior, alia cogitãti mens nõ accedit: & ita cum sui con silii rõnem nullam reddere possint: ita tamen libitũ sibi, ita ꝓiudicatum aĩo ꝓtina

Exẽplum su pradictorum

Aristoteles.

Aristo. q̄ ter/ ete de deo & anima.

citer asseuerāt. Quo loco philosophus Aristoteles & deo nota esse omnia / ut supe rius diximus: & nihil esse sublimius deo unde possit uolūtas nostra moueri: quod magnum esse īmortalitatis argumentum affirmat: Ex quibus omnibus ita colligi potest rerum humanarum q̄sdā fieri casu / q̄sdā natura / q̄sdā electiōe / q̄sdā diuino consilio: nam licet nihil fiat præter dei consilium / ita tamen partimur ut fieri diuini tus ea dicamus quæ relictæ sibi hominum mentes non efficerent: sed peculiari nu/ minis impulsu commotæ faciunt: præter illam generalem sūmæ potestatis omnibꝰ assistentiam / sine qua nihil esse / nihil fieri / licet minimum potest. Sic quāuis pro/ priū hominis sit agere electione: regitur tamen interdum natura cūm motibꝰ affe/ ctionum corporalium mancipatus iudicium rationis non expectat. Declarantur hæc uno exēplo: indicit rex bellum finitimis forsitā in cā natura regis est bellicosa / cu pida / irrequieta. forsitan nō tam passione ducitur q̄ ratione uel iure uendicādi qđ suum est / uel iniuriæ reponendæ uel aliis de causis. Potest præter hæc omnia specia le dei consilium interuenire / semper iustum / semper rationale: licet non eius semp uel iustitia uel ratio omnibus pateat: Dei inq̄ / consilium / & animātis ad bellum ca pescendum / & cum ita libet / armantis ad uictoriam: quo pacto loquitur apđ Hye remiam prophetam. Ecce ego mittam & assumam uniuersas cognationes aquilo/ nis / & Nabuchodonosor regem babilonis seruum meum: & adducam eos sup ter/ ram istam / & super habitatores eius / & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt. Et apud Esaiam: Assur uirga furoris mei & baculus ipse est: in manu eius ī/ dignatio mea: ad gentem fallacem mittam eum: & cōtra populum furoris mei mā dabo illum / ut auferat spolia / & diripiat p̄dam / & ponat illū in conculcationē q̄si lutum platearū: ipse aūt nō sic arbitrabitur / & cor eius nō ita extimabit.

Caput IIII Ad cælum non esse referendum / si quid a nobis fit q̄ nostras ui res excedere uideatur: sed potius uel ad angelos uel ad deū. Atq; inibi de fato mul ta ut q; diuina p̄uidentia nostram libertatem non tollat.

CVm quid uero ab homine fit q̄ eius uires excedere uideatur: insolitis solet euentis admirabilibusq; mortalitas nostra concuti: uictaque rerum ma/ gnitudine / suspicari uim causæ potentioris / id agentis in homine atque per hominem: quod humanæ uires facultatis excedat. Et hac quidem suspicione / qui carneos tantum oculos habent / rapiuntur ad cælum / quo nihil ipi maius uident: aut potentius sentiunt: malæ ita compotes mentis / ut ad causam amentem exper/ temq; cognitionis id referant. Cui nec omne mētis humanæ consiliū satis esse cre/ dunt. Quod si respondeant illa quidem a deo disponi & ordinari: sed a deo per cæ lum syderaque compleri: quorum uirtus & efficacia tanta sit: nimis q̄ absurde di/ cere reuincentur: siquidem intercedentes istæ causæ inter deum & nos: sicuti humi liores deo: ita sublimiores hominibus esse debent: nec quæ ratione cōsilioque per/ aguntur / qualia nostra sunt per irrationalia corpora / decet ab auctore primo dispo

ni: sed quemadmodum ille elementariam molem / ut pote deteriorem / per cæleste quæ melior est / regit & moderatur: ita res humanas nō corporum sed angelorum mysterio: qui natura dignitateq; mediant inter nos & deum / conuenit gubernari: quare cum a deo descendis ad terram / descende per cælum: cum a deo descēdis ad homines / descende per angelos. Sic angelum: persarū: græcorum: hæbreorum: legis apud prophetas suis populis prouidentes: & apud Platonem / omnesque platonicos locales deos: urbibus: regnis: hominibusq; præpositos: quorum mentionem quoque factam ab Aristotele: & antiquior Isidorus: & post Isidorum Clemens alexandrinus in stromatis meminerunt. Neque nos turbet q̄ indigne quædam interdum / iniusteque fieri nobis uidentur: ut propterea ad causam naturali necessitate nō consilio agentē / libentius recurramus Nā ridicula sane fuerint urbis uiliora mācipia: si de consiliis principis iudicare presumpserint: multo nostra uel ridicula / uel sacrilega potius temeritas: arbitrium sibi uendicans primi ordinis sapientiæque diuinæ: quæ nō in unius hominis: unius familiæ: unius urbis: sed orbis totius utilitatem: nō ad seculum instans: sed ad omnia pariter secula / oculum prouidentiæ / radiumque sue bonitatis extendit. Nos hæc homunculi / īmo noctuæ talpæ: uere asini: uere boues: & quidem septimi diiudicantes: & deum reuocabimus ad examen? Qui sæpius nec in illo / quantulūcunque est quod habemus iudicium: sed animi potius morbo iudicātes: iniuste factum quærimur quicquid fieri ipsi nollemus: Et quis non asseueranter exclamasset dormitare deum cum iustus Ioseph uenūdabatur a fratribus? Quis nō etiam nullū esse cum idem carcerem præmium castitatis accipiebat? Vide mox eum in ægypto regem uel a rege secundum. Vide patrem cū tota familia a fame redimentem. Vide prophetia nobilem: nec negabis a deo facta illa priora / per quæ ad ista deinceps / ordine suo peruentum est. Sed & altius si suspexeris ut ab illa tam impia mercatura rem eo perductam intelligas / ut descendens totus populus in ægyptum / diuque ibi attritus ab ægyptiis regibus / tā gloriose in libertatem asseratur a Moyse: tot prodigiis confirmata potestate dei: tot oraculis manifestata: in pharaone: in ægypto: in hæbreorū populo: per legem: per tot miracula diuinæ maiestatis: nunc per beneficentiam: nunc per iustitiam quæ figurarent futura sub Iesu diuinæ corporationis ieffabilia illa mysteria. Profecto uel insanus adduci eo non poteris / ut sine ratione fieri quicq̄ suspiceris in rebus humanis: propterea q; non a deo optimo sapiente: sed uel a demone malo cum manicheis uel a corpore syderalis reuolutionis necessitate cum astrologis: uel a casu fortuito temeritateque gubernari cum non multis male philosophantibus credas: Sed & quotiens suscitari bella & cedes: & urbium uastationes: & euersiones regnorum intelliges: non mixturam duorum radiorum / aut interpositum naturali cursu suo lumen inter solem & lunam cum præstigiatoribus istis causam cogitabis: sed cōsiliū dei / uel punientis malos uel exercentis bonos: Vnde ille dictus dei flagellum: & alter satis proximus seculo nostro: non hominem esse se dixit: sed iram dei orbisq;

Prophetæ
Plato.
Isidorus antiquior.
Clemēs alexandrinus
Manichei.

Herodotus. uastitatem. Sapiens ille persarum apud Herodotum qui discũbente apud se in cõuiuio Thebano: cui futuram siue gentis cladem, nescio qua presensione sibi praecognitam reserauit recte locutus est. Nam cum suaderet Thebanus: ut idem imperatori exercitus denunciaret: dehortareturque ab incepto cuius esset futurus exitus tam infœlix: respondit id homini esse ineuitabile: quod fieri deus ordinauerit. Quare nec suis uerbis, scilicet imperatorem admoneret, fidem futuram: quando ita deo decretum esset: proindeque se etiam Maridonium (ita erat principi nomẽ) sequi alligatos necessitate: placetque q necessitatem non astrorum: sed diuini consilii dixit: quam & fatum si quis uocet: rectius inquit Augustinus sentiet q̃ loquatur. Est autem hoc fati nomen quantum ex ueterum colligi monumentis potest in quadruplicem significationem acceptum: ut fatum uel ipsa natura sit: uel causarũ series ordoque nexu necessario cuncta producens, uel syderum constitutio: cũ qd aut nascitur, aut concipitur aut incohatur: uel diuini consilii executio certa ineuitabilisque successus, in primam significationem accipitur ab Alexandro ex afrodisiade in libro de fato ad principes Seuerum & Antoninũ: ita enim fata esse concedit, ut fatum ipsa natura sit quae principium aliud est ab electiõe, quare fato ignis calefacit: aqua humida est: sol illuminat: sed & cum quis dissoluto corporis temperamento moritur, fato moritur. Si uero uel ex equo praecipitatur, uel gladiis occidit, fato non moritur: in quem modum de Didone Virgilius mortem sibi per uim praeparãte dicat: Sed quia nec fato debita nec morte peribat. Astrologi uero id maxime genus mortis in fatũ reiecissent, sic Demostenes.

De fato. Augustinus. Fatũ q̃drifariã accipi. Prius modus. Alexander. Virgilius.

Et ita quidem fatum nemo esse negauerit sicuti nec naturam: Quo pacto & Aristoteles quinto libro physicae auscultationis fatales dixit generationes: hoc est quae secũdum naturam fiunt. Nec dubium cum sic fatum intelligamus multa fieri p̃ter fatum: sicuti & multa fiunt praeter naturam uel casu uel electione nostra: uel ut ĩquit eodem loco Alexander ipse Afrodiseus consilio deorum. Qui uero secundam inuexerunt opinionem, cogitarunt in ipsa natura nihil non fieri necessario: si quis omnes simul causas cõplecterẽt. Nã qui multa fieri dicũt extra necessitatẽ: hoc ita defendũt ĩ naturalib⁹ reb⁹ & arbitrariis. In naturalib⁹, quia nõ omne quod fit naturaliter necessario fit, cũ naturae opus ĩpediri possit, ĩ arbitrariis qa electio nostra & arbitrium liberũ est: illi contra sic instãt: in naturalibus quidẽ si quid impeditur necessario ĩpediri: quia & illud impedimentũ a naturali causa est: quae tandem ad supremã naturã, hoc est caelum redigatur. Ea uero necessario agit: sed fallũtur: nã ut ĩpedimẽto qdem fuerit causa naturalis: fuit ea tam̃ quae & ipa potuit & nõ esse & ĩpediri cũ agebat: quare cõtingens illud impedimentũ non necessario fuit. Et si de illo rursus impedimento nos urgeas futurum. s. causam naturalẽ: quae & ipsa sicuti naturaliter: ita necessario aut impedietur, aut nõ impedietur. Respondeo te si mundum credis eternũ, aut in infinitum p̃gressurum a causa contingente in con

Aristoteles. Secũdus modus fati. Alexander. Cõfutatio secundi modi.

tingentem causam: iter quas ordo sit semper accidentalis: nec unq̄ ad unam causā primam necessariam peruenturum: Vnde sequentibus necessitas inuehatur: cum nulla sit talis intra naturales: quando nec cælestis cuius operibus & materia & cōcurrentes inferiores causæ facile obstant: Si uero de mundi creatione cum theologica ueritate cōsentis: Deuenies per importunum illum regressum ad primam rerum contingentem institutionem unde tolletur necessitas: non confirmabitur electionibus nostris multo irrationabilius inferunt necessitatem: quoniam uolūtas nihil eligat/non præiudicatū a ratione nec ī nostra sit manu/ita uelle iudicare: sed falsis nituntur assumptionibus/ut ab aliis alias: & a nobis alibi declarabitur. Nam peculiares hæc seorsum tractatus exigunt. Nec magnopere pertinent ad confutandos astrologos: quorum illa tertia est acceptio fati toto opere confutanda/differēs a prima opinione/ꝙ naturam ipsam cælestem non solum naturalium: sed & fortuitarum ut uidimus rerum originē facit: maleque de causis inferioribus in hac parte maxime sentit: pessime de cælestibus: quando licet natura cælum sit: constellationes tamen illæ quas fingunt ex syderum positura per loca/signa/domos/aliaq; id genus: causæ naturales non sunt/sed fictitie: nec ex uno illo momento initiali dependet operatio cælestium: nec ad ea quæ propria sunt inferiorum causarum referuntur/ut iam declarauimus/& sequentia magis declarabūt. Restat quarta fati significatio theologica/sicut illa prima physica magis: sed utraq; uera: ut pēdentem a diuino consilio seriem ordinemque causarum notet: sub quo nihil nostra libertas piclitetur: cū simus & nos īter has cās: nec ī hac chorea fati patiamur tm̄: sed agamus: siue igitur dei præuidentiā: siue ꝓuidētiā: hoc est siue mentem illius omnia præcognoscentē: siue uoluntatē ex suo placito oīa disponentē attēdas: nullū fit ꝑiudiciū liberis actiōib9 nostris. Nā si ꝓuidentiā cur non libere facio ꝙ ꝓuidit deus me facturū/nā si erit qđ ille ꝓuidit: utique libere faciam/quod libere me facturum ille præuidit. Sed & quia erit quod uoluit: uoluit autem me esse liberum/libere agā quicqd agā/nisi ipe mihi meā libertatē ademerit. & certe nō solum præcognouit deus uoluntates nostras: sed & præordinauit: nec cum id Gregorius nisenus Damascenusque negaret/uidentur aliter negare quā ut admoneant. Cætera quidem per uoluntatem diuinam: electiōes nostras per illam cum nostra etiā uoluntate disponi: ita tamen ut non modo cogitationum nostrarum euentus: sed & ipsæ cogitationes: ipsa consilia: ipsa proposita: nec regum tantum/ut scriptum ē: sed omniū corda ī manu dei sunt/q solus oīa moderaē: nūc ī his quæ nec ad uitiū attinēt/nec ad uirtutē īclinās uoluntatē quo libitū illi: si sic decreti alicuius sui exigat absolutio: nūc uirtutes ī nobis: sed & nobiscū īcohans & pficiēs īcohatas/nūc a uirtutib9 ad uitiū motos/pmutās ad iustitiā/uel admouēs uirgā pedagogi ꝓ misericordia/uel cōminuēs q̄si hallucinatus ꝓ iustitia: oīa semp aut bona/aut occasiones certe faciēs bonoꝝ: tāta de fato de ꝓuidētia & hūanaꝝ reꝝ gubernatōe diximus cum per se cognitu utilia: tum ad conuellendam astrologicam uanitatem

Tertius modus fati toto ope cōfutandus.

Approbatio quartæ acceptiōis fati

Ex pſcientia dei non tolli nr̄am libertatē neq; ex ꝓuidentia.

Declaratur sn̄ia Damas. & Gre. niseni

necessaria: ut cum quid fieri contigereque uidemus q̄ aut maius uideatur aut ordinatius: q̄ ut ĩ casũ hoĩem ue referatur: non uim ibi corporaliũ radiorum: sed diuini consilii angelicique ministerii cum humana libertate curam potestatemque intelligamus. Liquet autem ex his quæ diximus & quo pacto tum præuideri futura: tũ præcaueri cum sint mala possint a nobis: nam si fortuito tantum fierent res humanæ, nulla presensio futurorum esse posset. Cum autem humano diuinoque consilio fiant, potest humana ratio de illis non nihil coniectare: soli uero numine afflati præuidere certissime: q̄ prophetarum prædictiones oraculaque confirmant: proximi licet longissimo proximi interuallo prophetis prudentes sunt. Vnde illud Euripidis: Qui bene coniectauerit is uates optimus esto: Sic in procurando fœlici rerum successu infortuniis quæ uitandis illud potissimum est, deum sibi conciliare propitium animi puritate: piis operibus: uotisque sanctissimis post hoc ipse sibi homo consulat sua prudentia: nam licet in plerisque rebus multum fortuna possit: plurimum ĩmo totum in omnibus dispositio certæ diuine uoluntatis: ipsam tamẽ rectam uiuendi rationem magnum in his habere momentum necesse est: nisi frustra collatum hoc nobis munus a deo dicamus. Quare recte dixit ille nullum abesse numen si sit prudentia: sed nos facere fortunam deam cæloque locare. Propterea Plato in epistola ad Syracusanos: cum Homerici illius dicti meminisset: Dii mentem abstulerunt: quia homines potius adiectam ipsi mentem abstulerunt: qđ Euripidis ille sententia confirmat: qui sortem animæ filiam esse dixit. Prudenter igitur uitam instituentes rationę naturali: tum pia religione diuinam nobis beniuolentiam parantes: uitemus omnem superstitiosam uanitatem: alioquin qui uel futura præuidere: uel cum sint mala præcauere per astrologicas sperauerit obseruationes, audiet Esaiam sibi dicentẽ: Veniet sup te malũ & nescies ortũ eius: & irruet super te calamitas quã nõ poteris expiare.

Plato

Esaias

Caput V Nec præterita nec quæ ad alios attinent posse ex aliqua constellatione præuideri.

Vod si habeant forte de fortuitis rebus aliquid quod respondeant: Quãq̄ habere nihil possunt aut uerum aut uerisimile: De his quæ genituræ horam antecedunt quæso quid respondebunt? hoc est quonam pacto putabunt efficientem causam suis effectibus esse posteriorem? Quid de his item quæ non solum priora: sed etiam aliena: ideoque suas causas non huius geniture constellatione: sed alibi possidentia: ut cum ex hora qua filius nascitur de parentum auorumque, & fratrum natu maiorum naturis fortunisque pronunciant.

Hæc enim & priora illa sunt constellatione: & ab ea itidem aliena: ut quæ a præteritis iam diu propriis constellationibus sui habeant fati ordinem & dependentiam (Si quod scilicet eẽ fatũ a cælo existimemus) ĩ eo itẽ qui nascitur quomõ

illud efficit natalitia constellatio: qd' multis ille diebus ante dié natalẽ accepit. p̄di cunt.n.ex themate geniturae/mas ne an foemina sit qui nascitur: mancus an itegeꝝ pulcher an deformis: deq; aliis huiusmodi corpis cõditiõibꝫ de qbꝫ oibꝫ iacta alea erat priusquam e matris ut ait Lucilius bulga infans committeretur. horum omnium praedictionem qua sibi ratione astrologi uendicant: sed nec effectu causa posterior: nec praeuidentur ex caelo aliter quae inde p̄uidentur: q̄ quo pacto effectus ex causa praecognoscitur. Haly auenrodã apotelesmaticos Ptolemaei libros enarrãs quasi nostram hanc soluens quaestionem/ostendere uoluit quonam pacto/ ex fratris fratrũ: ex filiorum geniturs parentũ fata p̄uiderentur. Nõ quotiés inquit mulier cõgredit̃ uiro totiens cõcipit: sed tũc solũ cũ ea incidit hora cuius cõstellatio/ cũ parẽtum cõstellatione cõcordet: & quoniam quae cũ alio pariter cõueniũt inter se quoq; cõuenire necesse est: si conueniũt cum parẽtum cõstellationibus filioꝝ oĩum genituræ/erunt ipe quoq; inter se cõcordes: quare & mutuo etiã sua inuicẽ fata significabũt: sic ex fratris fratrũ: ex filii genitura parentũ naturæ fortunæq; demonstrãtur. Ego uero i hac astrologica subtilitate nescio quid primum coarguã uel irrideã. Nõ cõcipit inquit mulier nisi qua hora syderum positio cum parentũ syderibus cõuenit. Nõ igitur ex ea hora qua nascitur: sed qua concipitur puer parentum debét facta p̄uideri: Sed & cũ alio itẽ caelo pater/alio genitrix nata sit eius qui cõcipitur/quomodo una poterit cõstellatio tam diuersis cõstellationibꝫ respõdere: aut si hoc fieri posse putent aliqua syderum diuersitate/quomodo tot filiorum themata thematis patris/matrisq; simul respondebunt: Cum ab hisdẽ syderibus/ab hisdem caeli regionibꝫ peti in oibꝫ debeat parentũ significatio. A quarto & decimo caeli loco sors patris & matris ab illis inuestigatur: a sole item saturno/uenere/& lũa. Hoꝝ dispositio in thematis geniturarum uaria fere semp & multiplex p̄ uarietate filiorum: tu istam omnem uarietatem putas posse non uariare a constellationibus genitorum: quasi possit ab alio non dissentire/quod a se ipso prius dissentit/aut nõ sit futurum/ut idem pater necessario & fortunatus sit & infortunatus: quoniam eius.s.alter filius quartum habeat locum foelicibus radiis illustratum: alter uero infoelicibus obsessum. Quod ut uitaret uulgus astrologorum soliti dicere non ab omnium filiorum geniturs: sed ab eius qui esset maximus natu parentum fata p̄uideri. Sed adimitur statim eis illud perfugium/de fratrum geniturs: quas ostendebant iccirco inter se conuenire: q; cum genitorum constellationibus omnes pariter consonarent: Sed quid oportet rem operosius confutare euidentissime friuolam: Qua enim ratione defenditur: non concipere mulierem nisi qui tunc concipitur ea sit deinde hora nasciturus cuius constellatio eius modi sit futura quae parentum eius qui nascitur sortem atque naturam astrologo possit significare.s. illis caelum & tota natura deseruit: nec potest aliquid fieri in uniuerso nisi eo fiat mõ p̄ quẽ possit de eo astrologus diuinare. Praeterea illud quõ soluũt i quo erat tota uis nr̃æ argumentatiõis: non posse effici ab hora qua infans nascitur: qd' in fratribus

Haly auẽro. Bella imaginatio

Redargutio.

Prima ratio. Secunda. Tertia.

Respõsio uulgi astrologorum.

in parentibꝰ dudum ante precessit. Nā eorꝫ opinionem qui non effici hac re sed significari tm̄ ab astris dixerūt: postea coarguemus. Nūc aduersus eos disputamus qui eorꝫ quæ cælitus ꝑdicuntur causam esse cælum opinātur: quod & Ptol. & principes omnes istius artis opinati sunt.

Caput VI Futura multo post tpe a præsenti constellatione effici nō posse.

Vid ꝙ nō solum ꝑterita: sed si recte cōsideremus: nec quæ multo post tempore sunt futura effici possunt a ꝑsenti cōstellatione: quod est tamen familiare frequentissimūque in astrologorū prædictionibꝰ. Vbi. n. nō illud legitur apud eos: planetam orientalem in prima uitæ parte præstare quod pollicetur: occidétalem ī postrema: qui horoscopum occupauerit uel horoscopi fuerit dominator cito dare quæ sua sunt: paulopost cum qui decimi loci iura possideat: qui occidéti uel æfluerit uel ꝑfuerit sero: serius qui imo cælo fuerit collocatus: atque alia hoc genus īnumerà: hoc denique attestantia: non fieri a cōstellationibꝰ quod sunt facturæ cū ipsæ sunt cōstellationes: sed multis potius ānis postq̄ fuerunt: huius uero mirādi exemplū in nulla uirtute uel actione naturali qualem esse cælestem cōfitentur: apparet ut. s tunc efficax magis existimetur cū nō est q̄ cum est: non remanet aūt cælestis influxus in corpore instat medicinæ.

Responsio

Sed respondebunt fortasse etiam si præterit ille sydeꝝ positus, durare tamen uirtutem ide nobis īfusam quæ suo tpe ꝑ natura agentis materieqꝫ habilitate, suos tandē effectus ī lucē sit editura

Confutatio

Ego uero quod attinet ad naturā agentis obiicio illis quod prius obiiciebā, uariari quidem ꝑ agentiū cōditione uariaque uirtute effectus quoque naturā & cōditionem: Sed hoc eē omnibꝰ causis pariter cōe ut quod sint effecturæ, tūc magis efficiant quādo sunt, q̄ cū multo iam tpe desierunt: Quod spectat ad materiā si forte dicant nō statī fieri regem & philosophū eū qui nascitur: licet cælo id ꝑmittente: qa ætas repugnat: poterit uideri nō absurdū esse quod dicitur: sed cū ætas eorꝫ munerum capax est quæ natalitiæ stellæ pollicebātur: cur tam̄ nō fit: cuius & cā sufficiens iam ꝑcessit: & materia habilis idoneaque ꝑsto est. Sed aut cessare aiunt effectum tot ānis quot signorꝫ partibus a tali loco planeta distabat: aut quia talem in themate cæli locum obtinuit, nisi sero præstare sua beneficia suis nō posse hoc rōnalis potius naturæ, pro electione arbitrioque sua munera quo uoluerit tpe dispēsantis: naturalis causæ, nec est: nec esse pót. Præterea si ex se quidē daret statim cælum quod promittit: sed materiæ dispositio est ī mora: nō erit astrologi euentus tpa ꝑcognoscere qui cælū cōsiderat: sed eius potius qui materiæ statum cōditionēque cognoscit: ut quid futuꝝ sit ab astrologo audiat. Quādo futurum astrologo ipe demonstret. Quod item respōdebāt seruari uim a cælo deriuatū ꝑtereunte cōstellatione scire ab eis uelim: ubi nā conseruetur, utique aut ī materia: aut in causis inferioribꝰ & secūdariis: quorꝫ siue utrunque siue alteꝝ eis placet: sciāt nec ī æstu fluētis refluentisque materiæ: nec in tam uaria atque mutabili particularium causarū multitudine, uirtutem cælestē posse eandē & stabilem tā diuturno tpe ꝑmanere.

Caput VII De auſpicationibus quas electiones dicunt/q̄ uana & impoſſibilis ſit aſtrologorum ſententia.

Ibet itē ab eis ſciſcitari de ea parte qua maxime utilis uitæ putatur aſtrologia: quæ eſt de auſpicationibꝰ/uulgo electiones uocant: hoc eſt quonā pacto a cælo fieri ītelligāt: ut qd̄ hac quidem hora agredimur faciendū fœliciter: quod uero alia īfœliciter fiat a nobis. Nā ut facile oīa hæc dicūtur: & habet in prima frōte ſpē̄m ꝓbabilitatis: ita cū diligētius examinātur uana/īpoſſibiliaq; depͤhēdūtur: Si qs inqunt iter ſub tali cæli cōſtellatōe capeſcat/cōmodā habebit peꝛgrinationē: a rege benigne excipieť: rem ſuā familiarē adaugebit. Cōtra: ſi alia hora equū aſcendat/aut deſcēdat in naui/difficilia itinera/piculoſam nauigationem expietur. Nec efficiet tandē cuius rei gr̄a iter nauigationēue ſuſcepit. Hæc omnia fateor me nō perſpicere quonā pacto fiant a cælo: doceant ipi me ſi poſſunt. Eſto iuppiter de nona cæli regione radios ſuos in terrā iaculetur: fœlicē dicent conſtellationē ꝓ itinere capeſſendo. Quæro ego ex eis defluxus iſte afflatuſq; fortunatus: hoīes ne ipſos afflet atq; afficiat iter arrepturos: an ipſam potius iter agentiū hominū operationē: hoc eſt uel equi aſcenſum/uel e domo egreſſionē: uel huius aliquid eorum quæ ſunt neceſſario itineris incohamenta. Si primū reſpondeāt afflabūtur illi: etiam ſi tūc primū iter nō accipiāt ſyderis beneficio/quotiens arripiēdi itineris illis fuerit ꝓpoſitum: p̄ſertim cū ex eorum ſententia non p̄ſtet conſtellatio qđ polliceтur tunc maxime quādo eſt: ſed longo etiā poſt ſæpe temporis interuallo. Si ſecundum multa certe delirare cogentur ut poſitionem tueantur/dū nobis exponent quo pacto iouia ille equi aſcenſio/& mollē pedibus uiam ſubſternat. & latrōes abigat ex itinere & nubibus pulſis placatum efficiat diffuſo lumine cælum. Nec parū item illis negocii in retinendo illo defluxu/dum multoꝝ forte dierum iter plane cōficiatur: cum non parua iure ſuſpicio habenda ſit neque in illo equum aſcendente uirtus cælo deſcendit/reciproca ratione cum de equo ille deſcēderit/illa in cælū rurſus aſcendat: & nouo iſte uiator ioue ſemper indigeat/cum erit ei equus inſiliēdus Nam ſomniare uim aliquā primordialē nuſq̄ conſiſtentē/nullibi radicatam: quæ totum tibi iter molliter beateq; conficiat/hominum eſt inſomnis etiam delirantiū: qui quod loquuntur nihil perpendentes/futilem dant & ſine mente ſonum.

Videamus rurſus eoſdem ne ſcrupulos incidant in his rebus quæ ſunt opera potius noſtra q̄ operationes. Sententia eſt Ptolemæi: ſi in urbis conſtitutione mars cæli mediū obtinuerit/principes eius ciuitatis gladio plerunq; perituros. Exponat nobis Ptolemæus ubinam ſanguinolēta iſta martis radiatio recipiatur/quæ tot deinceps principes/ſit ſucceſſu temporum gladio necatura? Si ſuſcipi eā uelit in principe qui tunc urbē ædificat: rogabo quo pacto iacti illi defoſſiq; ī terrā iuſſu principis lapides/urbis.ſ.fundamenta/cæleſtes radios alioꝛſum uergentes ī principē iſtū flectant atq; deriuent. Quo pacto in eius poſteros regniq; ſucceſſores hereditario q̄ſi iure deueniat/noxia iſta uirtus/cuius & ſuſceptaculū periit: & origo præteriit. Ptolemeus.

Sane quid possit siue rubore interrogantibꝰ ita nobis respondere, equidem nõ pspi
cio. Dicet igitur forte non in principe ipso urbis institutore: sed in ipsa potius urbe:
in ipsis primis lapidibus super quos erigenda est: pestilentiã illã recipi: martis pesti
fero quasi quodam afflatu, omnes eius urbis principes afflaturã. Bellum utiq; fuerit
tum mosayco etiã testimonio confirmandũ: qui leprosæ nobis domus expiationem
prophetica olim inspiratõe monstrauit. Sed uereor ne cõgesta desuper humus, pri
misq; lapidibꝰ inculcata, exhalare mephitim illam martiã nõ prohibeat: aut si oĩno
exhalet, nõ egenos potius & pauperes pestilentiæ magis opportunos inuadat, q̃ pri
cipem ipm ciuitatis. Qui si in suburbana aliqua uilla forte habitauerit, credo gla
dio non peribit, psertim si pluribꝰ passuum milibus ea distat ab urbe, q̃ ut martius
ille uapor, calce, ruderibus, intertrimentis, interim undiq; suffocatus: integer illuc
possit, efficaxq; peruenire. Sed hæc philosophis penditabitur gloria Platonis acade
miæ & Aristotelis: qui in suis de republica libris, ubi de condenda regendaq; fœlici
ter urbe, ac ciuitate tã multa perceperũt: de tam utili tam obseruãdaque cautione
Haly nihil nobis scriptum reliquerũt: Quæ omnia si nõ per iocum serio pensitemus: ui
debimus iure Haly interptem Ptolemæi q̃q̃ sũmum astrologum, partẽ tamẽ hanc
astrologiæ quæ est de electionibꝰ friuolã inefficacẽque existimasse.

Caput VIII Astrologos mentem nostrã cælo subiicere quãq̃ ut sunt astuti id dissimulare conentur.

Hactenus demonstratum est nullã ex corpalibꝰ rebꝰ & tẽporariis, quarũ ma
xime ius habere cælũ putatur dependere a cælo quo. s. modo astrologi opi
nãtur. Nam neque ea quæ sunt fortuita: nec quæ ad alios attinẽt: nec quæ
aut pterita sunt, aut futura lõgo post tẽpore, tum eoꝝ maximã partẽ quæ ut fiant
fœliciter a certis horaꝝ obseruatõibꝰ auspicãtur. Quæ si non ita efficit cælũ: ut e cæ
lo præuideantur: quãto illa minus quæ sunt incorporea: de quibꝰ tam pnunciare
astrologica supstitio nihil erubescit. Continẽtur enim hoc genere morum ingenio
rũque diuersitates: & quæcũque animi nostri opera & pprietates: cõtinentur quæ
ad demones: ad mentes superiores: ad deũ: ad efficaciã supplicationum: ad archa
na cõscientiæ: ad statum futuræ uitæ: adque hoc genus alia pertinent. De quibus
omnibꝰ mille dogmata pdicendi nugiuendũ hoc hominũ genus arrogantissima te
meritate diuulgat. Et quidem a moribꝰ exordirer quos alios atque alios esse in ho
Astutia astrologorum. minibꝰ putant, p uarietate natalis cõstellationis. Sed solent cum hic urgẽtur dissi
mulare quod sentiũt: & de arbitrii libertate multa funditãtes, cauẽdũ pcipe, ne co
gi putemus a stellis nostrã libertatẽ: a quibꝰ solũ ppensiouem inuitamentũque ali
quod habeamus: quod uel sequi uel declinare nostræ sit electionis. Detegam igĩ
primum fraudem huius defensionis, plurima afferens dogmata ipsorum ex quibꝰ
pateat mentem ipam eos cælo subiicere, etiam ubi a corpore non depender. Postea
Astrologos mentẽ nr̃am cælo subiicere nec morum ingenioꝝque diuersitatẽ eo etiã quo dicũt, modo in cælestes causas re
ferri posse declarabimus. Ergo si non aliter putant humani animi differentias esse
de syderum habitu & positione: q̃ ut affecto aliter atque aliter corpore: animi etiã

opatio nō nihil īmutet: quomodo ex marte ī nona cæli regiōe fœliciter cōstituto tā tum p̄stari nobis posse cōtendunt, ut ab obsessis corporib᷒ sola p̄sentia demones ex pellamus? Quod nō animi solū est ad corpus inclinātis: sed sic uiuentis ī corpore: tū deo plenus: & mentes habitās penetralia, ī corpore uiuere se nō sentiat. Quō itē ex parte solis, de archanis cōscientiæ eius qui nascitur erga deos & hoīes, iudicatu ros se præsumūt? qb᷒ in manu animi & nostra magis libertate, nihil positum est: nec ita ut angelicæ pateant cognitioni, nec potestati subiiciātur. Denique si societas corporis cælo aīam sociat quomodo de statu eius cū extra corpus est posita, de cæle sti cōstellatione ꝓnunciāt? Vulgatū enī apud illos duos esse planetas auctores fœ licitatis, uenerē, & iouē: sed diuersis officiis: ut uenus p̄sentis uitæ fœlicitatē largia tur: iuppiter futuræ: Maternus postq̄ multa ex his cōmemorauit quæ a saturno p̄ stantur ī leone cōstituto: tum ita subiūgit: sed cum hæc omnia fuerint assecuti lon geui moriētur: & aīa eorum ad cælū diis applicata transibit. Saturnus. n. in leone positus aīas eoꝝ qui sic se habuerit ī terra, īnumeris angustiis liberatas ad cælū: & ad originis suæ primordia reuocat. Hæc ille. Vnde nō solū id intelligi uolo q̄ ad im pietatis usq; suspicionē astrologica ista supstitio se diffundat: sed quāta scriptorib᷒ huius artis fides adhiberi pōt, quasi nisi expta usuq; cōprobata litteris mādauerit: Quos ꝓculdubio scimus cū scribebāt. experimentū nō habuisse uitæ futuræ Nam si a suis cōsectaneis uita functis hæc forte intellexerunt, potius quæ ad īferos q̄ quæ ad supos mitteret cōstellatio poterāt intelligere. Quāq̄. n. putant se certa hora sup plicātes a deo īpetrare posse quod uolūt: non tamē facile credā, nisi dogma muta uerint, æternā se ab eo fœlicitatem impetraturos. Et certe putāt illi quod diximus Scribit. n. fabulosissimus ille Albumasar: qui luna ioui cōiuncta cū capite draco nis deo supplicauerit impetratuꝝ a deo q̄cquid petierit. Et erūt adhuc philosophi: erunt theologi qb᷒ hæc placent? putentq; se: & quos sequūtur astrologos, satis ad huc ītelligere quid sit deus: quid sit oratio? quæ mihi insania hoc loci nō tam est cō futanda q̄ execranda: cū ex his quæ de oratione aduersus īpios alibi disputauimus satis sit cōfutata. At Petrus apponensis cuius ego scripta quotiens lego: totiēs illud Heracliti uenit in mentē πολυμαθεια νοον ου φερει Ipse inq̄ scribit, illa se hora de qua dicebamus, a deo sciam petiisse: & post eā diem ī ea magnope ꝓmouisse. Mihi quantū nouus hic Solomon ī ea promouerit metiri nō uacat. Credo certe q̄c quid ꝓmouit, nō plus eo esse quod humanis passib᷒ cōfici possit. Sed utcunq; sese res habeat, cōsulerem Petro isti: ut totū q̄d profecit, suæ potius īdustriæ ingenioq; acceptū referret: q̄ iouiæ illi suæ supplicationi: sed ne pertinaciter illud defendat co gantur bona iudicia negare, eum potius quicq̄ in bonis litteris profecisse, q̄ ut tam uanæ superstitioni aliquando assentiret. Consulerem item in commune astrolo gis omnibus: ut postquā illis iuppiter ita fauens est, tantum sibi una fœlicis horæ supplicatione diuitiarum opumque compararent: ut nostris post hac pecuniis ni hil indigentes desinerent aliquando mentes imperitorum tot quotidie mendaciis: emungendæ pecuniæ gratia ludificare.

Secunda. Tertia. Maternus. Quarta. Albumasar. Petrus appo.

Caput IX Mores hominū a cælo non fieri.

u Ideamus de moribꝰ: an recta rōne possit defendi/esse horū quoq; aliquo/modo cām in cælo. Forte.n.si nec uim pati cæli/partē animi rōnalem. nec cogi nostrā libertatē existimemus. Nihil erit præterea cur aut philosophia aut pietas neget/uaria hoīum studia: multiplices īgeniorum ꝓprietates: a diuersis stellaꝝ afflatibꝰ ꝓuenire. Cū id etiā faciat habitus corporis/ salua animi dignitate & libertate electionis. Veꝝ fallitur longe qui ita putat. Nā ipam & solam partem sensualē ita affici a sole: ut ad flagitiū aliquod habeat ꝓpensionem: & rōni cōtra/riū: & pietati magnopere est aduersū. Quæcūq; enī a causis naturalibꝰ fiunt: his p̄sertim quæ sibi a cōditore naturæ p̄scriptas leges seruāt īmutabiliter: tā in auctorem naturæ sic instituētis: q̄ in naturā ipam sunt referenda: quacūque uel uirtute uel ꝓprietate sydera p̄dita sunt: q; philosophoꝝ & theologorum cōsensu/indidit illis naturæ principiū deus. Deū optimū & sapientissimū uix negāt insipientes: quæ uero hæc/aut bonitas aut sapiētia potentissima cæli manu hoīem: quāq̄ liberꝝ/ infirmū tamē: flectere ad eā partem/ad quā minime eum uelis declinare. Tum optimos seruos maloꝝ facere auctores & ministros: ut cū ipsi regis iussa nunq̄ transgrediantur: ipi tamen maxime sint/q alios ad trangressionē inuitent & īpellant. Postremo qui hic ordo naturæ: qui cōsensus: quæ sapiens institutio: ut quæ ratio naturæ fieri nollet: ab his tamen ut fiant sedulo procuretūr/quæ sunt partes naturæ magnæ/potentes/optime/prīcipales. Præterea nō facit qui peccat aliquid/ īmo deficit: quare q inuitat ad peccandū ad deficiendū inuitat: quod nō cōuenit causis supioribus efficientibꝰ semper/deficientibꝰ uero nunq̄. Absurdissimum igitur dogma astrologoꝝ putantium habere nos ab hac quidem sydeꝝ positione inclinationem ad furta: ab alia ad incestus: ad fraudes: ad homicidia: cum tota natura p̄sertim superior diuinæ menti proxime iuncta: naturalis & diuinæ legis obseruationi/possit forte fauere: obesse & aduersari nullo modo possit. Compescāt igitur os ꝓfanum: nec uenerem dicāt marti copulatam ad adulteria nos uocare: aut eosdē in signis maribus collocatos ad masculorum nepharios concubitus excitare: martē cæli nonā partem occupantem facere irreligiosos: atque alias omnino cōstellatiōes ad alia nos irritare flagitia. Imputent sibi nō cælo sua delicta/nec feculentæ materiæ: & iniqui animi sordes/a purissimis putent naturæ fontibus emanare. Verum solui ne forte ista obiectio poterit: si (quod quidā putant) dixerimus/ esse omnium syderum uires bonas & salutares: Sed cum in nobis suscipiūtur materiæ uitio degenerare: & qui benefici erant afflatus euadere interdum noxios atque maleficos. Sic a marte quidē præstari animi fortitudinem & herculeam efficatiam. Sed aut uitio corporis in quo nimium rubra bilis exæstuet: aut culpa animi abutentis munere cælesti: flecti quandoque impetus illos ad crudelitatem & iniustitiam: Sic a saturno altitudinem mentis: profunditatē consilii: inuestigationē rerum obstrusarum: amorem contemplationis infundi. Eadem tamen omnia quia torpidum inuenerunt susceptaculū: uel arbitrii culpa eius in quo recipitur dolosum facere ani/

Marginal notes: Opīo quorundam — Confutatio. — Secūda rō — Tertia. — Quarta — Solutio quorundam.

mum: sordidum: incultum: superstitiosum: & adusq; lymphationis periculũ ima-ginosum: sic a uenere fieri nos propensos ad ilaritatem: ad beniuolentiã: elegãtiãq; ciuilem: abuti nos isto instinctu ad nequitiam: ad luxum: ad improbitatem. Inci-tari a sole nos ad magnanimitatem: abuti impetu isto nos ad ambitionem: atq; ita de reliquis Verum enimuero dicet hæc aliquis potius astrologie defensor q̃ astro-logus. Est enim inter proloquia astrologorum illud omnium primum: maximeq; confessum: esse alios planetas bonos: alios malos: Quod si essent uera quæ dicebã tur: & omnes pariter boni sua natura: & omnes mali eadem ratione dicerẽtur. Cũ nullus sit afflatus adeo salutaris: quem & materia & conditio suscipientis, inficere ĩmutare: interturbare: non possit. Quod si & ipsi nullum esse uolunt planetã adeo malum: a quo non magna etiam bona: nullum adeo bonum: a quo non magna etiã mala possint prouenire. Hanc tamen efficiendi diuersitatem nõ ad materiam & radii referunt susceptaculum: sed ad uarium syderis eiusdem in cælo habitum & positionem. Quare dicunt saturnum si propriam domum: propriam altitudi-nem: proprios fines, tenuerit. Si bonis radiationibus cõmiscebitur: Si diurna fuerit genitura, contemplatores facere, pios, sapientes. At uero si minus cõmodo recepta culo suscipiatur in malam hanc degenerare conditione dicunt eundẽ ipsum plane tam: si male collocatus: si coniunctus marti: si malis ad solem schematismis: demo niacos facere sordidos: inuidos: & mendaces. Neque unq̃ cum ita in cælo habens se: sit saturnus boni quicquã ab eo expectari posse cõtendunt. Quare qui ita astro logiam defendit, ignorat plane quod defendit. Quod enim diximus de saturno di ctum de omnibus intelligatur: nam & martem non fœliciter dispositum dicere so-lent ad ambitionem: ad impotentiam: tyrãnidisque libidinem extimulare: nõ quo niam uitalis eius qui nascitur spiritus: plus nimio caleat uel frigescat: proptereaq; bonum cæli ignem uel torpidum faciat uel ædacem. Sed quia & saturnus & mars & sol cum ita in cælo se habuerint huiusmodi mala ex sua natura & proprietate, na scentibus influant: hoc est quod astrologi scribunt & opinantur. Nec si quis hoc ne get astrologiam secius defendit: q̃ qui spongia librum emendat: secum & dogma ut declarauimus: & ueritatem aufert omnis prædictionis: si & de cælestis influxus obseruatione non illa dependet: & cælestẽ influxũ materiæ dispositio non solũ mi-nuit uel adauget: uerũ aliũ facit penitus & ĩmutat. Reprobatio.

Caput X Malas leges sicuti nec bonas cælo non subiici.

h Inc eorum opinio confutatur qui bonas quidem leges negant subiici cælo: utque a diuina uirtute dependeant: de malis uero id cõcedunt: cum nihil habeant quod naturæ uires & facultatem excedat. At quantum obstat in bonis erroris sublimitas ne corporeis causis subiiciantur tantum obstat in malis ea-rum improbitas ne ad optimas causas deoque optimo obedientissimas referantur. In uniuersum uero tam bonas q̃ malas religiones, a cælo non dependere, ipsa satis experientia demonstratur. Alii enim religionum ortus & uarietatem ad sydera re-ferunt urbibus & prouinciis suo quodam, ut ipsi credunt, iure dominãtia. Alii ad

magnas quas uocant cõiunctiones planetarũ superiorum/saturni presertim atque iouis: & hanc quidem sniam sequũtur arabes & latini uestigiis arabum insistentes.
Ptolemæus. Illi accessisse uidetur Ptolemæus/qui(ut postea declarabimus)de magnis illis coniunctionibus nullam unq̃ habuit mentionem: Sed libro secũdo apotelesmatõ eos ait ex asiaticis qui ad orienté uergũt & meridié colere uenerẽ & saturnum: quoniã trigono subsint aridæ qualitatis: hoc est uirgini: tauro: & capricorno: quib9 ipse putat saturnũ ueneremq; dominari. Rursus qui inter meridiem habitãt & occasum: uenerem atque martem habere pro numinibus/quoniam humidæ triplicitati subiiciantur/cui cum marte mercurium & uenerẽ præficit. Vtraq; uero snia: ipsa/ut dicebamus/euidentia rei euentisq; refellitur. Nã si uirtute magnæ alicuius coniunctionis religio aliqua nascitur: abolita ea uirtute aboleri quoq; illa religio debet. Nulla aũt syderũ est coniunctio cuius uirtus durare per tot annos singatur/ etiã ab astrologis/quot annis & cultus idolorum/& mosaica religio/& christiana etiã pdurarunt: Circiter quinq; annorũ milia in idolorum cultura mundus caligauit. Quæ nam quæso coniunctio/qui maximi anni syderis alicuius/tot sibi annorum spacia uendicant/Mosaice legis ritus & obseruantiæ/apud hæbreos etiam hodie uigent: & iam ter millæ annis aut eo plus uiguerunt. Quæ ista tam fortis: tam diuturna é constellatio/quæ extincto imperio religioné extingui tamen non permittit. Dabit causas horum theologus & ueras: & suo dogmati consonas: de cælo dare astrologus nullas potest: unde si ista deriuaretur uarietas religionũ uariari illas quotidie atque imutari sæpius uideremus. Quod & astrologi ipsi putantes ex pricipiis suæ scientiæ id colligentes p̃finierunt terminos unicuiq; religioni quos ille transgresse ip̃a rei euidentia aliunde se dependere q̃ a syderibus demonstrarunt. Iam illam Ptolemæi opinionem quæ perinde atque uariis locis & gentib9 uaria sydera dominãtur: ita uarios etiam ritus religionum in illis locis existimat: longe magis ab ipsa experientia confutatur. Cum & illis prouinciis quæ inter orientem iacent & meridiem/præsint eadem sydera quæ olim illis pressidebant. Nec tamen ut olim ibi uenus saturnusq; colũtur. Cur enim hæc illis numina dominabãtur/utiq; ut ip̃e scribit Ptol. qm̃ terrena triplicitas quæ cõstat ex tauro: uirgine & capricorno: regiõib9 illis p̃est: illi uero triplicitati uenus & saturnus. Ita enim ipse existimauit. At partitio hæc mũdi & regionũ/sub aliis atque aliis triplicitatib9 distributarũ ppetua é nõ tẽporaria. quare eadem erit semp quæ aliquãdo fuit. Cur nõ igitur o Ptolemeæ eadẽ etiã in eisdẽ locis hodieq; religio durat/Deniq; totã istã disputatioñe ita concludamus Ptolemæũ ip̃m interrogantes/si a uaria syderũ p̃sidentia apud alias gentes olim alia sydera colebantur: cuiusnam syderis ui ac potestate efficitur: ut nulla sydera hodie aliqua fere totius mundi regione colantur.

Caput XI Corporeas dispõnes nõ effici a cælo:

Quæ omnia si sint satis cõfirmata: restabit sola corporis dispositio de qua pronunciare possit astrologus si de his talis tantum potest/quæ efficiuntur a cælo: Sed nec istam efficere potest natalitia constellatio: cum & corporis

habitum & figuram quam secum gerit ex aluo prius habeat puer q̃ aluum egrediatur. Quare erit hæc quoq; illis ãnumeranda de quib⁹ octauo capite dicebamus nõ posse prædici per natiuitatem qua utuntur: quia ista præcedunt natiuitatem quare potius per conceptionem uel seminis dispositionem. At semen tunc non fit. ergo erit constellatio qua semen factum est potius spectanda: sed hoc postea: si igitur p̃uideri corporis dispositio/prænunciarique poterit. Ex hora conceptõis poterit utiq; magis/q̃ ex hora natiuitatis ex qua nullo modo potest: sed an ex illa etiam possit sequentibus libris examinabitur. Nũc illud demonstratur/errare astrologos/qui breuiore corpore/an procero/obeso/ an macilento: firmo/an imbecillo: manco/an integro: legittimo/an monstroso: nascatur is qui nascitur: ex genituræ hora pronũciãt. Has enĩ ille omnes cõditiones longe prius adipiscitur/q̃ formatus iam & absolutus ex matris utero in publicũ emittatur. Quare sicuti non fiunt ab ea constellatione quã dudum. s. precesserunt: ita nec prædici ex eius obseruatõe a mathematico possunt: De conceptus tempore postea disputauimus/nunc illud scire lectorem uolumus/putasse sũmos astrologos/quæ ad corporis attinẽt temperaturã a ꝓximis causis & cælo inferioribus a deo dependere: ut quemadmodum scribit Haly ueniã dari sibi postulauerint: si in prædicenda corporis dispõne exciderẽt a ueritate. Nos igitur totam de cæli efficientia disputationem ita colligamus si cælum causa est uniuersalis/non esse ab eo rerum particularium uarietatem & distinctiõem: & si ĩ eo quoque particularium proprietatum effectrices uirtutes esse concedamus: non tamen huiusmodi quales de cælo astrologi uaticinantur: cum neque fortuita in causas naturales: Nec quæ sunt mala in optimos auctores: nec quæ a ratione cõsilioq; proficiscuntur/in principia naturali necessitate efficientia: nec ĩ corpora ĩcorporeos radio[illegible] nec quæ iam præterita/aut longe post tempore sunt futura in præsentem cõstellationẽ: nec quæ ad alios attinent/in nostram genituram referri nulla rõne posse uideantur. Tum esse perabsurdum & ab omni philosophia maxime alienum: quorum proprias uideres/& manifestas & sufficientes apud nos in uiribus corporum inferiorum: in animorum diuersitate: in affectu/consilio/occasione/consuetudine: inconcursu tam uario confluentium undique rerum atque causarum: eorum tamen originem quærere in syderibus/quæ neque sit ibi: neque ut esse possit: aut rerum quæ fiunt: aut cæli efficientis natura conditioue patiatur: factum(ut omnes philosophi quorum studium in perscrutandis rerum causis laborque uersatur) cum a medicina/aut mathematicis: ab omni arte atque sciẽtia rerum ueras causas mutuetur: Astrologicis tamen causis nusq̃ utantur. Quod ut Phauorinum: Carneadem: Possidonium: Timeum: Pytagoram pretermittam: a ipso Aristo. a Platone: a Plotino: ab Aueroe: ab Auicenna: a bonis utriusque familiæ sectatoribus factum/inter initia operis declarauimus.

Haly

Epilogus

Phauo. Car. Possid. Tim. Pyt. Aristo. Plato. Ploti. Auer. Auic.

Caput XII Nõ posse cælũ eius rei signum esse/cuius causa non sit.

u Erum dicet aliquis forte/etiam si concedatur non fieri a syderibus istas ua

rietates euentaque rerum humanarum: non tamen statim id colligi: ut præuideri/ista de cælo prædicique non possint. Quandoquidem quæ sydera minime faciunt/possunt tamen significare atque portendere. Sunt enim qui ita sint opinati: non fieri .s. potestate cælestium res inferiores pterq̃ in re cõmunis efficientiæ: Sed cum a proximis causis propriisque dependeant indicari tamen a cælo priusq̃ fiant

Confutatio. Atque ita per planetarum transitum/statiõem/recessum/futura cognosci: ut aues seu pter uolando seu stando futura pennis uel uoce significant nec scientes. At uero

Prima ratio. nec ipsa hoc unq̃ insignes astrologi crediderunt: nec ut credamus ratio ulla consentit. Quod enim natura non hominum instituto signum est alicuius rei/& corpus est: aut causa est rei quam significat: aut effectus: aut tam signum q̃ id quod signatur/ab eadem causa proueniunt. Quod si quis putat addendum: quasi diuersũ ab his quæ diximus: ut sit causæ necessario inseparabiliterque connexum: is plurimũ longeque fallitur: quoniam ista cõnexio: & cõcomitantia fieri alia ratione non potest: q̃ q̧ uel causa id pariat prius ex se q̃ efficiat aliud: aut qđ tam causam excitat ad agendum hoc quoque suscitet simul: quod sicut utrunq̧ ad cõmunem causam referri concedimus. Age igitur uideamus quod natura magis ex his cælo cõueniat si cælo futura significantur: Cælorum utique motus & dispositiones effectus non sunt rerum inferiorum: causas esse negant. Restat ut cæli habitus & dispositio: & quod per eam creditur indicari ab eadem causa dicantur prouenire: quemadmodũ iris portendit interdum serenitatem/non quia faciat serenitatem: sed quoniam iridis causa/causa etiam ẽ serenitatis. At corporea causa nulla reputabitur quæ sit cælo superior/ppterea que cæli inferiorumque simul dispositiones efficiat. An reliqua erit causa incorporalis: Forte enim dici posse uidebitur/fieri euenta re℞ humana℞ ab ipsis diuinis mentibꝫ cælestia corpora reuoluentibus: & dum fiũt ipõ cæli quod mouent habitu: quod & positione mouent quasi nutibus certis nobis indicari. Verum qui hæc dixerit sane proxima fabulis poetarum: incõmodum illud quomodo uitabit? fieri ea a diuinis mentibus quæ homines ipi sine flagitii culpa non faciunt ut hunc ad homicidia/illum ad adulteria: alium ad furta urgeant & impellant.

Diuinas mẽtes nõ eẽ cãs iferio℞ euentuũ absq̧ cæli efficiẽtia

Prima ratio Mitto q̃ omnis philosophia abominetur fieri res corporales ab incorporeis causis: corporea causa media nõ intercedente. Præterea cur nam alia atque alia hora nascentes/diuerso fato nascuntur: si non cæli positio quæ uariat in horas: sed cæli auctor imobilis sui par semper: suiq̧ similis: fati auctor & causa existimatur? Postremo ut Thomas argumentatur: Cum eiusdem causæ effectus/sese inuicem indicãt ab eodem principio/eodem etiam modo proueniunt: cæli uero motus & inferiorũ corporum/rerumq̧ dispositio: non eodem modo est a causis superioribus: sed illæ imutabili ordine/& necessario: hæc ordine uariabili: & quæ utrãq̧ in partem cadat contingenter: pro natura .s. rerum quæ mouentur/quæ gubernãtur: quam diuina principia non mutant/sed conseruant alioquin naturam non cogerent: sed destruerent. Non potest igitur cælum significare iferiora/nisi quatenus causa effectũ

Secũda rõ.

Tertia

Quarta

Thomas

indicat suum: quare qui causam quidem non esse uicti ratione fatentur: signum tamen esse contendunt: hi uocem suam ignorant: Quod & Thomas aquinas grauissimo uir iudicio: Quique nihil soleat temere asseuerare: in theologica summa asseuerate pronunciat. Thomas Posset hoc dici de cometis: de traiectionibus: deque aliis hoc genus, quæ fiunt in sublimi: ut excitata a stellis alicuius rei effectricibus: quod illorum causa factura est, non faciant: sed significent: De stellis ipsis dici nullo modo potest: cum illis, ut dicebamus, nulla corporea causa superior inueniatur. Sed & qui ita opinantur fati necessitatem, uel nolentes inducunt: quoniam si sint causæ sydera inferiorum potest non effici quod illorum influxu fieri procuratur: uel obstante materia: uel causa particulari communem influxum alio deducente. Secūda ratio capitalis Si uero sint signa, cum ex natura ad significandum fuerint instituta: q̄ eorum uera natura: tam erit eorum significatio uera. Alioquin cur instituta a deo ad significandū? cuius opera perfecta si fallunt, si mentiuntur? Quod si non mentiuntur, erit necessario quod futurum ab illis significatur. Tertia. Denique si inter causas numerantur, non repugnat eorum conditioni in eo ordine esse causarum quæ impediri, mutari, superari possint. Quæ si signa existimentur, inter mendacia haberi non possunt: ne aut fallax fuerit, aut ignorans: qui in cælesti uolumine, futurorum notas, ut dicunt, literasque descripsit. Quarta. Postremo si non indicat cælum faciendo: sed quod non facit: indicat tamen: restat ut quod aliæ faciunt causæ, indicetur ab eo. Aut igitur quod omnes faciunt: aut quod uel aliquæ tantum: si quod aliquæ tantum: cur quæso harum opera indicat, illarum non indicat? si quidem pariter omnes: nullæ erunt reliquæ causæ per quas quod demonstrabatur: quo minus eueniat possit impediri.

Necessario igitur fiet quod portendebatur. Hoc autem si dixerimus non modo ueritati, ut alibi demonstrauimus, sed ipsis etiam astrologis aduersabimur: cum & ægyptii: & Ptolemæus: & celeberrimus quisque astrologorum: fati necessitatem semper pernegauerit: quod in tractatu præcipue de quæstionibus sentire se declarant: Astrologos negasse fati necessitatem Cum non omnem quæstionem dicant esse legittimam: sed quæ ab impetu animi cælitus moto proficiscatur: quales cum multas minime esse concedant: quæ a ratione. s. nostra consilioque nascantur: aperte fati necessitatem non admittere se declarant: sed & ea introducta omnis astrologiæ utilitas perit in eo præcipue collocata: ut præuisa mala cauere, bona confirmare, augereque possimus. Quinta Postremo si sint sydera signa non causæ īferiorum: pars ea astrologiæ, quæ uulgo dicitur de electionibus, extra controuersiam tollitur: cum in illa fauor cælestis ad efficiendū: nō signorum indicia ad curiositatem inuestigentur.

Caput XIII Siue signa sint, sydera: siue causæ, partem tamē astrologiæ quæ est de īterogationibus nullam esse.

u Trāuis uero opinionem astrologi magis probauerint: hoc ē siue sidera cās inferiorꝶ: siue signa tantū nō cās esse uoluerint: necessario pars ea quæ de quæstionibꝰ, quaq; maxime utuntur, funditus auferretur. Est enim istius

Fundamētū qōnū astrol, partis hoc fundamentum moueri aīos nostros a cælesti cōstellatione saltem ex parte imaginaria: cūque animus illinc ad desideriū sciendæ rei alicuius instigatur: tū si astrologum cōsulat, ex ea quæ hora cōsultationis cæli configuratio) portēdi de re illa, quod scilcitator scire desiderabat. Quare posse astrologum de rebus omnibus de quibus quæstio fiat, interogantibus uera respondere. Quæramus igitur nos ab eis qui omnem quæstionē possunt dissoluere: signa ne tantū īferiorum sydera sint an sint etiā causæ significentq; faciendo: si sint signa solūmodo, nō est igitur a syderibus impetus nostri desiderii: sed quēadmodum alia, qui ex ea sunt opinione: ppriis aiunt fieri causis, licet indicētur ab astris: sic motus quoq; desiderii non cælestē constellationē, sed uim ipsam imaginariam: nostram electionem: uim animi appetentem: & quæ de foris sensum animumque lacessunt: pro origine causaque sortiētur; si causas esse respondent significarique ex illis inferiora: sicuti ex causa effectus demonstrantur: quonam pacto defendent cæli constellationē quæ hora consultationis apparet, causam earum esse rerum de quibus astrologus respondet interogāti. Quæ cum pridem sint facta, aut quoniam nunq̄ fient, causam habere nullam oportet. Sane mars erit in occidente qui responderi ab illis uera non permittet.

Cauillus p q̄ facetus. Quod si impetrare possint ab eo, ut uel audire eis liceat uera. Respondebo ego etiā non quærentibꝰ de istis quæstionibus oppido per q̄ uera. Visum fuit astrologis parum gloriæ sibi, & qui magis urgebat quæstus comparari: si de tempore tantū genituræ: uel anni: cōuersione sua cuique fata pronunciarent. Nam pro his quidem intelligendis, aut semel tota uita, aut singulis tantū annis adire eos fuit necesse.

Vnde pars hæc nata astrologiæ. Cum tamen multa quotidie curiositas nostra scire desideraret: de quibus illi nihil poterant respondere Vnde & arti apud idiotas multum auctoritatis: & professoribus multum pecuniæ detrahebatur. Hinc sibi, aut aliis saltem persuaserūt posse se quicquid quæreretur ex hora quæstiōis aperte præuidere: modo qui īterogaret naturali impetu motus: non propria electione esset ad interogandum: sic. s. se ab omni falsitatis infamia pulchre uendicantes. Nam si quod respondebant re ipsa refellebatur: non parum uerus astrologus; sed parum efficax quæstio fuisse dicebatur: si euentis responsa respondebant: quid iam obstaret, cur nō oracula in terris haberentur. His artibus & fallaciis nugiuendum hoc hominum genus ludificāt imperitos: cum nihil possit a ratione dissonum magis uel dici uel cogitari: q̄ quod de ista interogandi fallacia excogitarunt. Nam ut illis concedam esse a cælo desiderium illud meum sciendi de absente, gratia exempli, quonam pacto se habeat: quæ tandem ista cōsecutio ut statim illud etiam sit uerum futurum: qua hora desiderium hoc meum astrologo explicauero huiusmodi esse cæli constitutionem, quæ mihi statum absentis ostendat. Vnde hæc competentia aut fœderatio & nostri desiderii & rei quam scire desideramus.

Responsio Quod si forte respondeant uim eandem cælestem quæ rem illam procul efficiat a nobis uellicare simul animum nostrum

Confutatio, quasique admonere rei quæ fiat. Primo illud sequeretur tunc solum ista incessere

solū ista incessere nos desideria cum res ipsa fuerit. Et tamen de his quæ aut pridē facta: aut longo fient post tempore: aut quæ etiā nunq̄ fient: efficaces fieri putant posse interrogatiōes. Præterea id si dicamus nō erit spectanda cæli constitutio qua hora astrologum interogamus: sed quo primū momento interogādi cupiditas nos inuadit. Siquidem eadem similisue constellatio est/ quæ & parit euentum: & desideriū agnoscendi illius suscitat in nobis. Quod utique si rationabiliter insaniēdū: longe rationabilius diceretur: q̄ quod dicunt astrologi obseruandū. s. tempus sciscitationis/ nō quo nos primū sciscitandi cura sollicitauit. Tum quoniā ut dicebamus si qua inter hæc esse potest cognatio: siquis consensus: nō aliter esse potest/ q̄ & rei quæ facta est: & desiderii nostri quæ quoquomodo ad eandē aut similē cōstellationem referri posse uideantur: Tum ꝙ hora qua astrologum ipsi consulimus uariari potest mille de causis qbꝫ fiat ut serius aut citius astrologū cōueniamus: ut si eius domus remotior sit a nobis/ si euntem in uia quis remoretur: atque alia hoc genus temere intercurrētia/ quæ horā quæstionis ꝓptereaq; cæli cōfigurationem de qua ē responsurus aliam atque aliam faciunt. Sed hæc nihil curant astrologi/ quibus iā diu familiare est/ ea semper & dicere & sentire: quæ nullam habeant prorsus rationem & firmitatem.

Caput XIIII Diuina miracula a cælo nec fieri nec significari/ sed miracula miraculis/ sicut naturalia naturalibꝫ indicari.

u Erū utinā hactenus insanirent/ & nō diuina etiam miracula/ quæq; totius naturæ facultatē excedunt naturalibus tamē corpoꝝ superioꝝ radiis/ fieri existimarēt. In hoc enī eos errore uersari: supra mōstrauimus: declarātes diuinam ab eis religionē referri ad syderum potestatem: & quā olim deus ꝑ Mosem populo hebreoꝝ: & quā postea xp̄s per apostolos mūdo ꝓmulgauit. Sic & illam sub Noe totius orbis eluuionem: & quæ alia hoc genus diuina miracula sacra prodit historia/ suis oīa cōstellationibꝫ ascripserūt: ī qua re ꝓculdubio insanire magis uidētur: q̄ qui hæc potius fuisse aliquādo nō concedūt: q & fuisse credit qualia narrātur: & a naturalibus tamen causis effecta: cū nulla cogitari maior possit insania q̄ ut factum aliquid supra naturam/ naturæ uiribus putes. Esse aūt diuinam legē ex his quæ naturæ uires excedāt/ aduersus impios disputādo probauimus. De cathaclismo uniuersali facile pōt idē demōstrari: cū naturæ nihil magis repugnet: q̄ ut suū ipsa excidium moliatur. Quare eam sibi iniuriā nunq̄ inferret: de qua ipsa se sua asserere potestate non posset. Quod si non potuit fieri cursu naturali: ut cū aquæ montium omnium cacumina/ quindecim cubitis superarent: Noe cum sua familia cūque omni genere aīaliū/ intra unā archam duodeci menses inclusus naufragiū illud euaderet, nō fuit etiā naturæ ꝓpositū ad ꝑniciē oīum uiuentiū terram totā aquaꝝ inundatiōe submergere. Quod si a celo ista nō fiūt/ de cælo ꝑuideri ēt nō possunt. Cum quæ cælum nō facit/ ea etiam non significet: ut paulo ante ꝓbauimus. Quāq̄ ista propriā habēt rationē q̄re ab astris nō portēdātur ēt si cætera quæ facultatē naturæ non excedunt: uel fieri: uel indicari a cælo concedamus. Est enim

Maxima insania.

Liber aduersus impios

ut alibi declarauimus ordo rerum a deo pro naturali cursu institutarum ita suis finibus inclusus: seiunctusque ab his rebus quæ diuina uirtute & uolũtate fiunt pr̃ter naturam: ut hæc omnia si tollãtur: nihil sit i rerum natura quod desit: nihil qd̃ supersit: Est autẽ cælũ & quæcunque in cælo cõmuni cursu eueniunt ex his rebus quæ sunt secũdum naturam. Quare si quid syderum motus uel dispositio quæ ex naturali eorum conditione illis debetur futurum significant. Debet hæc significantia & indicatio inter res naturales haberi & narrari. Quod si aliqua ex his signis portendere ea dicamus quæ fient supra naturam: sequetur illud absurdum: ut si relinquat deus naturam suis conditionibus: nec faciat aliquid super eam: natura iã ipsa falsa & mendax inueniatur: in qua etiã deus aliquid frustra superfluoq; instituerit: quoniam erunt adhuc in syderibus signa rerum futurarum/quæ tamen nõ erunt/cum res quæ significantur res præter naturã quas auferri supponebamus. Signa ipsa res secundũ naturam sint: quæ ablatis supernaturalibꝰ nec auferri/nec aliqua sibi debita perfectione priuari dicendum est. Nõ igitur si ab æuo miraculũ aliquod facere deus disposuit: miraculi eius indicia naturalibꝰ rebꝰ inseruit: ita ut ad naturæ ipsaꝝ rationẽ significatio hæc pertineret: sed naturalia quidem signis naturalibus miraculis antecedẽtibus miracula uoluit significare: Cathaclismum diuinæ iustitiæ miraculo euenturũ: diuinitus inspiratus: diuinitusque seruandus Noe mũdo significauit: educẽdos hebreos ex ægypto: & dandam illis legẽ facta per diuinã uirgam a Mose miracula magis astrologisque ægyptiorum/testificata sũt: subiiciẽdam populo dei terram promissiõis: & quæ i ea supra leges naturæ mira deus erat opaturus: nõ naturalis aliqua cæli cõfiguratio: sed coercitus manu creatoris rapidissimus solis motus indicauit: ut traiectum sicco pede iordanem: & sonitu buccinaꝝ diruta urbis moenia p̃termittã: Ezechiæ uitã diuina uirtute ꝓrogatã: non benigna iouis irradiatio recto sua spacia ordine ꝑcurrentis: sed retrocedentis solis miraculũ demõstrauit. Prodigiũ uerbi corporati: & uirginis puerperii: quũ mẽtium supra mẽtis naturã diuinitus afflatuꝝ oracula ãnunciarũt: tũ in ipis corporibꝰ cælestibꝰ & terrenis prodigia mille testificata sunt/dũ imensum illud domino nouũ sydus exoritur: nũc cũ eodem in cruce deficiente/sol luna plena/cõtra naturæ ordinem deficit: his signis diuina miracula & demõstrãtur & cõfirmãtur: quæ a naturali reꝝ statu nec fieri possunt nec cõuenit indicari.

Caput XV Per stellã magoꝝ nõ posse cõstellationẽ aliquã itelligi: & declaratio quarũdã scripturaꝝ quæ ipertis possent uideri astrologiæ adstipulari.

Vnc qm̃ i mẽtionẽ stellæ deuenimus quæ magis natũ Iesũ demonstrauit: non ab re fuerit admonuisse lectorem/ne hanc forte stellam astrologorum opinioni fauere suspicetur: Quasi non ea aliud fuerit q̃ index nati prophetæ cælestis constellatio magis illis ab oriente cognita & explorata/qui essent cælestis scientiæ ut putatur oppido q̃ periti. Abducit autem ab hoc errore euidentissime nos/ipsa littera euangelii: quæ de hac stella loquens ait. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos usque dum ueniẽs staret supra ubi erat

puer. Quod nemo nisi insaniens existimabit de cæli syderibus cõfigurationibusq; esse intelligendũ. Erat igitur illa factitia & tẽporaria: nõ ppetua stella & naturalis condita ad id officii a creatore, per quam significari natum regem iudeorũ. Eo forte modo magi intellexerunt: quo & postea i somnis declinandũ Herodem: & alia q̃ uenerant uia in patriam esse reuertendũ. Sed & cauendum pariter est ne qbusdam scripturarum locutionibus perturbemur: ut cum in temporis plenitudine missum dei filiũ legimus apud Paulum: & in euãgelio dominũ dicentem. Nũc est hora uestra & potestas tenebrarum: & alibi nõdum uenit hora mea: putabit enim superstitiosus horarum & temporum cõstellationes significari. At tu illũ interroga: An cum famescit tempus putet cõmedendi? quæcũque tamen per id tempus fuerit cæli cõstitutio? & cum satis laborauit, corpus curandum? & cum satis obdormiuit, tempus euigilandi: Quæ si omnia habere suum dixerit tempus: nõ pro eius tẽporis cõstellatione: sed pro natura ipsius rei quæ fit: proque occasione opportunitateque faciendi: sic pariter alia quæ & deus facit supra naturam: & homines faciunt propria libertate. quãq̃ nullas desiderent ut fiant constellationes: necessario tamen aliquo tempore fieri, & congruentius hoc q̃ illo tempore fieri atque cõmodius. Decuit mitti filium dei eo tempore quo est missus: ante nõ decuit: causa i cælo non est: sed in proposito dei: & exigentia rerum de qua multa scribunt theologi: quantũ licuit eis per indicia scripturaꝝ ad diuini consilii secretum penetrare. Decuit item postquã est natus non statim occidi: sed quo tempore expediens fuit, ꝑmisit ipse se manibꝰ impiorum, atque ea hora fuit potestasque tenebraꝝ: Idem in reliquis intelligendum: quod ex uno nobis libri geneseos loco aperte declaratur. ibi enim cũ terram promissionis, sic ex re appellatam, Abrae deus promittit. Tum inquit scito peregrinum futurum semen tuum in terra nõ sua, ubi quadrigentis annis affligentur, generatione autem quarta huc reuertentur. Hactenus scriptum si fuisset, insultaret astrologus, non potuisse diuinam promissionem impleri, donec tot annorum spaciis euolutis ad certam perueniretur cæli dispositionem, quæ esset euentum illum paritura. Tu uero uide quid ex dei persona propheta subiiciat. nec dum enim inquit completæ sunt iniquitates ãmoreorum usq; ad præsens tempus Vide igitur quid expectaretur? non copulatio. s. Iouis & saturni, aut syderalis alia cõstellatio: sed plenitudo iniquitatis i ãmorreis, per quam diuina iustitia cuius legibus res humanæ, nõ fatali necessitate reguntur: & merito illos expelleret: & fidelis Abraæ semen illuc introduceret. Paulus.

Caput. XVI Quæ naturæ uires supgrediuntur quãtũ ad id etiã quod i se naturale cõtinent a cælo significari nõ posse.

Atis iam nisi fallor est demonstratum diuina miracula a cælo nec fieri nec significari: quãq̃ quod attinet ad efficientiam hoc ipsæ indicant uoces: nec nulla indiget probatione. Quærebat autem nuperrime Hieronymus Beniuenius acuto uir igenio & ꝑspicaci: cũ in his rebꝰ quæ fiũt supra naturam iter dũ aliqd sit ẽt naturale: nũ ex ea parte a stellis possent significari? ut si nõ potuerit

aliqua constellatio dei corporationẽ indicare: potuerit tamẽ legifer homo, & bonas leges ꝓmulgaturus ostendi: respondi neq; hoc modo posse illa a stellis significari: nec quod putauit Alliacẽsis: hoc modo ab illis fieri. Is.n. nõ alia putauit rõne defendi posse ab impietate, qui rerũ huiusmodi mirabiliũ & diuinaꝶ causas quærerent in syderibus, q̃ si dicant dependere hæc a cælo, nõ quatenus sunt supra naturã sed quatenus in eis est aliquid naturale: Hoc uero qui dicit, nihil dicit: sicut & nihil dicit qui fieri ab aliqua constellatione hominẽ dicit: non tamen fieri ab ea naturam rationalẽ: nã si non facit ea ĩ homine quod est rationale: non est cur dicat̃ magis facere hominem q̃ leonẽ. Si igitur demas ex diuinis miraculis quod eis est proprium: & ea tantum relinquas quæ sunt illis cõmunia, cum rebus ĩnumerabilibꝫ non est cur effectus singularem causam tam studiose quæras in cælo. Sed profecto qui iesu genesim ĩuestigãt, nõ illud scire cõtendũt, cur ĩ utero nouẽ mensibꝫ fuerit quemadmodum reliqui homines: cur bono corporis statu: cur prolixo capillo: cur pauper: cur iudeus: quoniam his conditionibus abundat omnis uita mortalium: Sed quæ in eo præcipua fuere & singularia, eorum maxime causam quærunt in syderibus: quam & præcipuam esse putant & singularem: ea uero iam supra naturã dei opera non cælorum: ꝙ natus ex uirgine: ꝙ homo & deus: ꝙ in patria dominus & peregrinus in carne: ꝙ mirabilium operum effector: ꝙ iure dominus orbis: ꝙ iudex uiuorum & mortuorũ, ꝙ diuinæ gratiæ auctor & dispensator: ꝙ expulsor ydolatriæ: demonum triumphator: auctor uirtutum: uiciorum expulsor: pax mundi: ueritatis manifestator. Hæc si non quæris nihil quæris: si quæris impie quæris.

Alliacensis.

Perfugium igitur nullum quod astrologis parat Alliacensis ut diuina miracula dicant fieri a cælo: sed non quatenus sunt miracula: quæ nec significari (ut ex nobis quærebat noster Hieronymus) ea ratione a syderibus possunt: quoniam si ordo rerum quæ a deo proueniunt supra naturam e medio auferatur: restabunt tamen ut superius diximus indicia hæc cæli, effectus illos aliqua ex parte (ut dicebamus) protendẽtia: sed effectus iã nullus erit: indicia illa igitur uana atque fallacia quale nihil eẽ in natura cælesti superius est demonstratum.

Ioannis pici Mirandulæ disputationum aduersus astrologos libri quarti finis:

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER QVINTVS.

Caput primũ Decreta aſtrologorum circa magnas coniunctiones utiliter cõfutari: & q̃ mendaces ſint deprehenſi qui de magnis inferiorum rerum mutationibus per eas uoluerunt iudicare.

Ed multos abducit ab iſta ueritate fallacia aſtrologorũ perſuadentiũ imperitis/nullam unq̃ fuiſſe legum mutationẽ: nullũ pphetarum aduentũ/nullũ in rebꝰ humanis euentũ admirabilẽ/quẽ magna aliqua ſyderũ ſuperiorũ ſaturni pſertĩ atq; iouis cõiunctio nõ præceſſerit De qua re illi cum corã uel cõſectaneis uel rudioribus quaſi de re certa atque confeſſa in tabulis diſſerunt: & per tot millenaria annorũ diſcurrentes hæc inquiũt/illa eſt conſtellatio quæ diluuiũ fecit/hæc Moſem peperit: illa Ieſu aduentũ/hæc Machometi legem anteceſſit: nemo eſt fere qui nõ moueatur/& uel deſcendere in eorũ ſñiam/uel addubitare aliqd ſaltẽ nõ cogatur. Quare quoniã hac parte maxime lædit religionẽ iſta pfeſſio/uolo occurrere iſti peſtilẽtiæ priuſq̃ ipſa totius artis fundamẽta cõuellamus: quoniã tm̃ hoc loco errãt aſtrologi: ut ſi etiam ĩ cæteris bene ſentirẽt/defendi hic tamẽ non poſſent: nõ ſolũ quia de rebꝰ pdicunt quæ indubium eſt cælo nõ ſubeſſe. Sed quia ipſæ quibus in pdicẽdo regulis utuntur errores cõtinent & in hiſtoria & in aſtrologia manifeſtiſſimos: quod priuſq̃ rationibus oſtendamus ipa ſatis põt experientia certũ his facere qui uim rõnũ minus perui debũt: quoniã omnes qui ex huius cõſtellationibꝰ de ſectarũ legũque mutatione ſiue ſucceſſu diuinare aliquid uoluerũt falſi atque mẽdaces ſunt deprehẽſi. Olim mathematici cũ cœpit chriſti fides pullulare nõ plus eã ãnis duraturã dixerunt/a cuius tamẽ initio iam milleſimus quadrigenteſimus nonageſimus quartus ãnus euoluitur. Albumaſar uel auctor uel inuentor huius erroris/eandẽ legẽ/hoc eſt noſtram permãſuram dixit ad ãnos. mcccclx. quia. ſ. tot ſunt ãni quos uocãt annos ſolis maximos. Præterierũt ãni illi nec ipa præteriit: quia. ſ. cælũ & terra præteribũt. Verba autem domini nõ præteribũt. Nec minus tamẽ uera de ſua hoc eſt Maumetis lege ueriora pdixit. Abraã iudeus ãno chriſti mileſimo quadrigẽteſimo ſexageſimo quarto Meſſiã eorũ uenturum dixit ex aſtrologica obſeruatõe: q tunc. ſ. ea primũ erat reditura ſyderum poſitio ſub qua olim Moſes ex ægypto populũ eduxerat: & eductis dederat legem.

Ego proximo ante eũ ãno natus/cũ iam trigeſimũ agã experimẽto didici pdictiõis iſtius falſitatem. Arnaldus hyſpanus nobilis quidem medicus ad ſuperſtitões paulonimis ppenſus ex aſtrologica uanitate/pleriſq; aliis adiectis antixp̃m nobis ãno gratiæ. mcccxlv. cominabatur. Fluxere ab eo tẽpore ãni iã ſupra centum quadragĩta octo: & nullus adhuc antixp̃s niſi quales etiã multi tẽpore apoſtolorũ: Iuniores quotiens nobis ex aliqua ſuperiorũ planetarũ cõiunctione fallacis prophetæ aduen

Opĩo aſtrologorum.

Quã utiliter opĩo iſta cõfutatur.

Cõfutatio p experiẽtiam

Albumaſar.

Error Abraã iudei.

Error Arnal.

tum ãnunciarunt/præsertim ex ea quæ in scorpione iouis & saturni abhinc decem annis coniunctio fuit: nullus tamen adhuc fallax propheta mundo p̃ter eos apparuit. Ip̃e Alliacensis scribit quo anno cõstãtiæ generale cõcilium celebratũ est p̃dixisse astrologos/nullã futurã ĩ ecclesia pacẽ: sed religiõis exitiũ/dissensionesq; in ea designari/ex ioue in prima domo in ãni figura retrocedẽte: & tam̃ scisma illud magnum quo nullum unq̃ maius fuit in ecclesia nec diuturnius/per quadraginta annos iam confirmatum/eo primũ anno extinctum est/solita pace & tranquilitate ecclesiæ reddita: quod satis certe potuit mouere ipsum Alliacensem/ne quã ultra isti uanitati fidẽ adhiberet: qui & ip̃e ab illis forte p̃suasus uerebatur ne illud nobis scisma paulopost antixp̃m apportaret. Erant aliæ quas narraremus istoꝵ de legibus sectisq; p̃dictiones ip̃o deinde euentu infitiatæ: sed puto istas satisfacere/cũ nõ sint alii in ista arte tãtæ auctoritatis quãtæ apud oẽs astrologos habẽtur: quoꝵ p̃dicta ip̃is expimentis cõfutata declarauimus: nunc ad rõnes descendamus.

Error Alliac. & astrologoꝵ sui tẽporis.

Caput II Quibus uiis astrologi de grandioribus rebꝫ iudiciũ ferãt: magnorumq; orbium reprobatio:

Quatuor uie qbꝫ astrologi res magnas inuestigant.

a Strologi quatuor maxime uiis magnas reꝵ inferioꝵ mutationes soliti uestigare per supiores planetas iouem p̃sertim & saturnũ cum simul sũt/quã magnam uocãt coniunctionẽ: per orbes magnos: per saturnias reuolutões per octaui orbis accessus atque recessus: Has oẽs uias & irrõnales & falsas & inuias ostendemus: unde non solũ id consequemur quod primo hic quærebamus: ut quæ de religione & legibus impia temeritate diuulgant/falsa conuincãtur. Sed omne etiã de magnis mũdi mutatõibꝫ iudiciũ infirmabitur. Exordiar autem a cõfutatione magnoꝵ orbium/reuolutionũq; quas saturnias uocãt/ ut his reiectis quibus ope minus tota deinde p̃sentis libri disputatio aduersus magnas cõiunctões libere euagetur. Fingunt quẽlibet ex planetis/& item unũquodq; signoꝵ mũdi imperiũ obtinere annis trecentis & sexaginta/quibus exactis tum nouũ aiunt incipe orbem magnum/cui & planeta priori proximus: & signum quod deinceps hæret signo priori pariter præsunt: atq; ita qualis dominantis signi atque syderis est natura/talia euenire in eo annorum spacio: & cũ orbis incohatur nouus/ nouari quoq; multa in rebus inferioribus & pro natura rectoris mutari semper rerum nostrarũ conditionem. Tum si quis quærat ab eis ubi nos aut in quo nunc orbe/hoc est sub quo rectore uiuamus: respõdent sub leone & luna: quod ita p̱bant. Scribit enim Aoniar in libro de natiuitatibus cœpisse nouum orbem magnum/quo tempore ea fuit iouis saturnique coniunctio/qua cathaclismum uolunt fuisse præsignatum. Ea uero precessit cathaclismum annis ut dicunt ducentis septuagintanouem: isti uero orbi præfuisse ait Aoniar ex planetis saturnum: ex signis cancrum quod dixit etiam Albumasar libro primo de magnis coniunctionibus/differentia prima. Hæc ergo supponentes quasi cardinem totius supputationis colligunt ex eo quod attulit ipse numero ãnorum natum esse Dominum Iesum: cum unus & quadragesimus supra centesimum ãnus uolueretur eius orbis: qui ab eo quem diximus sub

Ordo scd̃us.

Opĩo astrol. de magnis orbibus

Sub quo orbe uiuamus secũdũ astro:

Albumasar.

quo fuit diluuium quintus & decimus cui præsit ex signis leo/ex planetis luna ter/minadus āno gratiæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono. Hæc ē omnis astrologorū sententia: nec uidebis qui in publicis annorum uaticiniis/si magni orbis faciat mentionē/leonē & lunā rectores mundi gubernatoresq; nō constituat. Possem ego hic obiicere q̄ leuis eos moueret coniectura/ut tot annorum quot cæli partes finxerūt spaciū/magnū orbē uocarent. q̄ nullla rōne dicatur durare uī mūdi gubernatricem unius planetæ per tot annos præsertim planetæ inferioris. Tamē nec a Ptolemæo nec etiam ab ullo antiquorum tale aliquid unq̄ excogitatum: Sed arabum esse iuniorūque figmentum. Sed his omissis/necessarius eos primum rōnibus urgeamus: & quas uitare nō possunt si stare suis principiis uolunt/nec dogmati renunciare. Dicant igitur mihi si magni isti orbes sint statuendi/an in ipsa prima mundi cōstitutione cui omnes cōsentiunt/noui orbis exordium faciant: an nō faciant. Si dicant se nō facere/quid dicere possunt absurdius? Si facere iam mathematica deductione rescindam quicquid de magnis orbibus supra determinauerūt ostendens fieri nō posse ut si illa sunt uera quæ dicebant cū orbis constitutiōe noui orbis exordia cœperunt. Albumasar enim quo præcipue auctore nitūtur a mundi initio ad diluuium numerat ānos integros duo milia ducentos uiginti octo. Licet Eusebii supputatio hunc numerum annis sexdecim excedat: Sed nihil interest utrū dixerimus & cum astrologis disputantes eorum maxime opinionibus utamur. Statuatur igitur nūerus ānorum ab Adam ad diluuium ex sententia Albumasaris aduersus quem disputamus/patet a coniunctione/ea quæ diluuium ut dicunt præsignificauit: & cū qua simul nouus orbis cœpit relinqui ad mundi creationem ānos mille nongentos quadraginta septem/cum ipsa diluuiū præcesserit/ut dicebamus annis ducentis septuaginta nouem/diuidamus igitur eum numerum numero magni orbis: hoc est per trecentas & sexaginta partes erit planum conflari inde integros quinq; orbes magnos/tū ānos supare indiuisos supra centum septem & quadraginta: quia necessario initium magni orbis statuetur āno mundi centesimo q̄dringentesimo octauo: Qui numerus annorum si pars alterius antecedētis orbis ē necessario erit dicendum præteriisse orbis ānos ducētos & tredecim anteq̄ essēt anni/hoc est ante ipsius mundi primordia: quo satis patet nihil dici posse delirius: sed ita est certe nihil est isto hoīum genere inconsideratius/nihil ad mentiendū fallendumque natura uel ꝑfessione propēsius: fingūt ipsi sibi aliquid quo dogma colerēt & præstigias faciāt imperitis: quod est militiæ eorum & uanitatis: sed fit semper ui ueritatis ut cōsequatur īde aliquid ut falsum uel omnino impossibile uel sibi ipsi: hoc est eorum dictis saltem dogmatique repugnans. Quod hi minime aduertētes efficiūt/tamen & spargūt obliuiosi pariterque mēdaces: quod est ignorātiæ uitiū uidelicet & tarditatis. Exemplum est præ manibus in ea re de qua disputamus: Nam ut persuaderent quacūque possent ratione magnam illam per cathaclismū mundi inundatiōem a cælo profectam par puerilis figmenti magnæ cōiunctionis addiderūt nouum orbem cœpisse cum ea/sub quo. s orbis esset innouādus: & ut

Rōnes ꝑtermisse quæ adduci possent.
Prima.
Secunda.
Tertia

Albumasar
Eusebius

Quā deliri astrologi.

quod ē triū signorꝝ īteruallum & ī priore qdē distātia aiūt Saturnū Iouē exagona radiatiōe cōspicere/quā sextilē dicūt aspectum:qa spaciū ītenectum sexta ps Zodiaci est/ī altera ex quadrato se cōtueri:qm̄ quarta Zodiaci ab īuicē dirimuntur. Similiter alias eē utriusq; syderis ꝓprietates si alter ab altero centū & uiginti partibus absit. Vnde trigona radiatio/hoc est trinus aspectus emergit. Alias si simul ex diametro opponūtur/uel in eodē situ uel loco cōueniūt:& quod de Ioue diximus & Saturno idē de oibus dictum intelligatur/ut ꝑ uaria semp eorꝝ inter se distantia uirtus eorꝝ & efficiētia ꝑmutetur atq; adeo qdem ꝑmutetur/ut cum certis quibusdā distāt interuallis/hoc est trigono uel exagono sit eorꝝ defluxus oīs bonus & salutaris. Rursus ea quadā distātia cōstituti/hoc est uel quadrāgula uel opposita uires habeāt radiorꝝ maxime noxias/aut certe semp parꝝ beneficas mutariq; itē ex ista interualorꝝ diuersitate nō solū defluxus bonitatē & malitiā sed efficiēdi quoq; spēm & rōnem. Hæc sunt de aspectibus planetarꝝ astrologorꝝ deliramēta/que statim audita hō philosophus nullo etiā coarguente dānabit/cū nulla possit ratione deffendi ex sola distātiæ īterualliq; diuersitate/duarꝝ ad idem cōspirātium causarꝝ naturā & ꝓprietatē adeo cōmutari. Illud aūt quero primū ab eis/hæc quæ de aspectibus dicunt ad ipsos ne planetas/an ad planetarꝝ tantū effectus uelint referēda? hoc est cū radiis quadrangularibus lacessi Iouē a Marte/foueri Venerem trigona Iouis radiatiōe loquūtur/ipsa corpa intelligāt planetarꝝ huiusmodi aut bonis aut malis affectiōibus ꝑmoueri. an illa qdem nihil inuicē pati/nihil sentire huiusmodi mutationū. Sed qd erga nos faciāt/& quonā pacto subiecta corpora moueāt tali loquēdi genere significari. Siue .n. hoc potius siue illud respondeāt mille undiq; laqueos mille angustias incidunt. Nā si putant planetas inuicem moueri & quasi amicitias & odia exercētes nunc se amico fouere complexu:nunc mucronibus radiorum hostilem ī modum persequi atque inuadere. Reclamabit nō solū diuinus Iob apud quem legimus deum facere pacē in excelsis suis. Sed cū suo Aristotele peripateticorꝝ uniuersa familia apud quā/certū ē corpora superiora locorꝝ sola uarietate mutari. Qualitates illas sub luna exceptas nec accedere illuc ullas neq; decedere Quod si prorsus concedere illas uolūt certe quod ad noxias attinet qualitates si concedant explodendi ab omni philosophorꝝ cætu uidētur/cum ignorare omnino naturā cælestis patriæ uideātur qui in ea esse putant quod iniuriā facere possit uel substinere:quare si qua in syderibus passio est admittēda/non alia saltē q̄ quæ psectio potius est dicenda q̄ passio/ut cum a sole luna illuminatur/quæ non alia ratione ab eo tunc patitur/q̄ ab eo patitur aliquis a quo beneficium accipit. Ledi igitur stellā a stella uel obsideri uel infici uel debiliorē deteriorēue fieri:& ex benefica noxiā/ex potente infirmā reddi: tam est remotū ab omni ueritate/q̄ ab omni malo remota est oīs natura celestiū. Qđ si pati iniuriā sydera pūt certe quæ sunt nobiliora pfectioraq; ab ignobilioribꝫ pati eā nō debēt/ut illud saltem colligat nō oīa ab oibus affici mutuo posse atq; moueri/sed quædā a qbusdā ut alia qdē agāt tm̄:aliqua patiātur. alioquin illud quomō nō erubescūt/solē dominatorē regēq;

Bipartitum argumētum

Qđ planetæ se inuicē non ledant

Iob

Aristoteles

planetaꝝ/& sicuti luminis ita ptãtis sũmũ celestiũ fontẽ: sic tamẽ in numeꝝ ordi/neq; redigere/ut ipse quoq; alioꝝ radiis/aut uictus lãgueat/aut paꝝ salutaris eua/dat/& cũ oĩs ab eo planetaꝝ uirtus deriueẽ de proprio(ut dici solet) telo patiatur. Sed mittamus hæc oĩa quæ illis forte absurda nõ uidẽtur/& de planetis ut uolunt statuamus illos aflici atq; moueri. Illud respondeant quãnã hẽant rõnem ut quæ ꝓxima sydera sint nihil se moueãt eadẽ facta remotiora sentire se inuicẽ & pati mu tuo incipiãt: ita.n.de aspectibus cũ loquũtur solent deffinire. Nã si Cancrũ teneat Iuppiter Mars Leonẽ/inter quæ signa nihil interiacet asyndeta esse dicũt sydera Io uis & Martis/hoc est nulla radiorum siue aspectuũ copulatiõe cõiuncta: tum ue/ro cũ Mars ꝓcul magis factus a Ioue ad Virginẽ cõmeauerit/& Martis Iouem/& Iouis Martẽ participare putabũt: Quo quid absurdius dici põt aut magis remotũ ab oĩ philosophia: cum illud sit uulgatissimũ/oẽ quod agit in aliud q̃to ꝓximius est patienti tãto agere illud efficatius. Hoc igitur quod iuniores aspectũ uocãt cũ nõ sit aliud q̃ radiatio: sic etiã a ueteribus nuncupata/hoc est luminis sui atq; uir/tutis in aliũ ꝓpagatio(& ut sic dixerim elucidatio quædã)quomodo nulla in corpo ra quæ sunt ꝓxima/efficax uero erit ĩ remotissima: .ut quidnã illis ꝑsuadet ꝑinde atq; a remotiore ꝓpinquioreue distãtia radius extra fundaẽ/ita illũ euadere alteri/us alteriusq; naturæ: Cũ nõ possit(si uerã seqmur rõnem)alia inde diuersitas ꝓue/nire q̃ ut debilius fortiusue patiẽti planetæ radius ĩfigatur. Cur autẽ ꝓprietas etiã eius cõmutetur cã nec fingi nec excogitari põt. Nã & si ꝑ interualli diuersitate aut numerus partiũ interiacentiũ uarietur/aut ipsi inter se planetæ diuersam põnis fi/gurã sortiãtur: illa tamẽ inefficientia reꝝ naturaliũ ꝑ numeroꝝ & figuraꝝ diuersi/tate nõ uariatur: quoniã a numeris & figuris naturales uirtutes nõ ꝓueniunt/sed a naturalibus formis ꝑ quaꝝ diuersitate figuræ quoq; ipsæ statibiles & natiuæ nõ quales ex motu cõsurgunt aduẽtitiæ: mouentur & uariãtur. Neq; uero minores ĩ/cidunt difficultates si diuersitatẽ radiationis nõ in corporibus planetaꝝ/sed ĩ eorũ effectu putent cõsiderãdã/ut.s.nihil pati abinuicẽ sydera dicãt: sed uariã ĩter ea di stantiæ rõnem illud efficere ut radii ꝑfluentes aliter misceãtur/ꝑindeq; uarii ꝑ di uersitatibus mixturæ effectus inde ꝓueniant. Nã hæc si respõdeãt primũ obiicere illud possemus autoritate Plotini nõ posse radios cælitus diffluentes ita inuicẽ com misceri/ut noua uirtus aut forma ꝓuẽiat/cũ nõ sint illi aut corpora/aut liquores/aut affixæ corporibus qualitates: quaꝝ more nec ĩ corporibus suscipiũtur/ut.s.uel inde ĩficiãtur/uel ꝑ substãtiæ cõditiõe ex habitu suo aliquo modo ꝑmutentur: qꝛ philosopho illi sat uerisimile nõ accidere radiis qđ plurimis qualitatibus/ut ex ali qua cõcretione siue mixtura ĩ aliã formã ex oĩbus coalescentẽ aliquãdo cõmuten tur: quod etiã nõ sine interitu cõfluentiũ ad idẽ simpliciũ particulariũq; qualitatũ solet euenire/quoniã in radiis non facile quis cogitabit. Veꝝ demus nos illis radios cõmisceri modo nobis demõstrent quomõ ex eo radii aliter misceãtur qui a syderi bus confluunt aliter atque aliter ĩter se distantibus. Sola enim(quod supra dice/bamus)diuersitas inde hæc potest ꝓuenire/ut qui a proximis magis ĩuictioribusq;

Aspectũ ni/hil aliud esse q̃ radiationẽ

Quod diuer se radiatões diuersos effe ctus nõ ꝓdu cãt.

corporibꝫ emanabũt/hi melius intimiusque misceãt/cõtra difficilius cohereãt/qui a seiunctis magisque remotis ꝓficiscãtur: quod tamẽ illis nõ placet q inter radios planetarum in attiguis signis collocatoꝝ comertiũ nullum faciunt: faciũt aũt iter eos maximũ qui de syderibꝫ uasta imensaque cæli regiõe seiũctis emanauerunt: Præterea si rõ uel diametræ oppõnis/uel quadrãgularis/triãgularisue figuræ diuersitatẽ facit i ꝓprietate radioꝝ: nõ poterit hoc defendi nisi corpora planetaꝝ mutare cõditionẽ ex illa figurarum uarietate dicamus quoniã radii uirtus atque ꝓprietas nõ aliũde est q̃ a natura corporis irradiãtis. Nec ista uarietas figuraꝝ alibi est q̃ intra corpora ipsa de quibꝫ radii ad nos descendũt: qui quãto inde magis recedũt tãto illã minus habitudinẽ figuraꝝ iter se cõseruant donec terrã cõtingentes coeant in conũ: ut qui ab oppositis fontibꝫ ꝓfluxerunt in unitatẽ coalitus apud nos confluant: quare cũ miscẽtur nec triãgulis iã nec quadrãgulis inter se schematis cõplicãtur/ut possit ratio cõmixtionis de schematũ ista uarietate mutari. Sed erit astrologis eo diuertendũ/ut in radiis dicãt talẽ esse ꝓprietatẽ qua sydera a quibꝫ emanarunt tali inter se ipsa figuraꝝ habitudine cõponebãtur: atque ita postremo uel sydera ꝑ uarietate dicent configurationũ naturã uariare/qđ ẽ cõfutatũ/uel si ipsa nõ uariantur ꝓfluẽtium quoque ab ipis radiorum uirtutẽ eandem imutatamque esse inuiti confitebuntur.

Caput VI Variæ aspectuũ rationes recitantur & confutantur.

Veteres quos Maternus imitatur rõnem aspectuũ attulerũt ex numeris ut numero illo partiũ iter se/sydera sepata iuncta dicerentur/q in aliquẽ numeꝝ ductus uniuersas cæli partes numeraret. Centũ igitur & octuaginta partiũ interuallo diametrã fieri radiationẽ: qm̃ iste numerus duplicatus integrum numeꝝ trecentaꝝ & sexaginta partiũ efficit. Pariter trigonũ ex cẽtũ & uiginti partibꝫ cõstare: quoniã has ptes si triplicaueris rursus ꝑtes absolueris cæli oẽs. Quadrata radiatio partes exigit nonaginta/quas si duplicaueris sũmã colligas trecẽtaꝝ & sexaginta. Exagonus sexaginta partibꝫ cõputatur/quæ sunt sexta ps oĩum partium. Sed dormitans nimis hæc ratio nimisque supina. nã eadẽ ratione inter duos & septuaginta gradus aspectũ faciũt. qm̃ qnquies multiplicati tercẽtos & sexagita gradus absoluũt: faciãt idẽ in qnque & quadraginta cũ sit numerus hic omniũ graduũ cæli pars octaua. Sed habent inqt Aboasar numeri illi aliã prærogatiuam qm̃ nõ modo cæli ptes sed numeꝝ quoque signoꝝ numerãt multiplicati. nã in exagono duo signa: in trigono quattuor: i tetragono tria: i diametro sex cõputãtur. nã & bis sex/& ter quattuor/& quater tria/& sexies duo signoꝝ duodecim numerum conficiũt. Sed friuola quoq; ista cõfirmatio. nã simili rõne quæ distauerint partibꝫ trigita erunt iuicẽ sydera cõfigurata: qa partiũ numerum si respexeris duodecimã partium cæli/partem habebis: si signoꝝ eorũ quoque duodecimã portionẽ. Postremo causæ de geometricis a Ptolomeo figuris allatæ ꝓpositũ nõ concludũt/quãdoquidem & figuraꝝ istæ cõcinnitares diuersas in rebꝫ naturalibꝫ ꝓprietates nõ efficiũt. Sed qui eis utuntur errorẽ illum incurrunt ab Aristotele cõdẽnatũ/ut mathema

Confutatio

Reprobatio rõnis Ptolomei mathematicæ

Auẽrodan
Ratio natu/ ralis Ptolo.
Prima ratio/
Secũda rõ
Tertia
Quarta
Quinta
Alia ratio Aboasaris
Confutatio

te physicas res pertractent. Quod fortasse uidẽs Auẽrodan aut Ptolomeus post mathematicã super aspectib᷾ rõnem allatã/attulisse aliã ex natura. Est autem ra/tio quã affert huiusmodi exagonã trigonãq; radiationẽ eẽ beneficã qm̃ a signis sint generis eiusdẽ/aut masculis. i. aut fœmineis: hoc est planetæ illis ĩter se schematis coligati ita disponũtur/ut si alter in signo fœmineo alter quoq; ẽ ĩ fœmineo: si alter ĩ masculo/& ĩ masculo p̃iter alter cõtra q̃drată oppositãq; radiationẽ eẽ maleficas: q̃re diuersorũ generꝝ signis emergunt. Hæc ẽ ratio Ptolomei nõ solũ ĩfirma sed se ipsammet tollẽs: tũ q̃a signa ista re uera nulla sũt/qđ sequẽtib᷾ libris apiemus. tũ si aliq̃ sunt illis tamẽ qualitatũ aut sexuũ notis ĩsignita nõ sũt/ut hæc mascula/illa fœminea/alia ignea/alia aerea dici possint: quod supius etiã satis ẽ cõprobatum. Postremo quacũq; sint illa cõditiõe demutari ab illis planetas nõ posse: quod ĩfra demõstrabimus. Nunc sup his litem nullã faciamus. Sed ut ista sicuti oĩa secũ pugnent euidẽtissime demonstremus. Quoniã si uerꝝ est qđ assumitur erit opposita radiatio quæ malefica maxime existimatur bonis ãnumeranda/cũ ipsa quoq; nõ alibi q̃ in signis eiusdem generis eueniat. Sunt. n. aries & libra generis eiusdẽ: cancer item & capricornus & reliqua oĩa quæ ex diametro se cõtuentur. Quod nõ ui/disse Ptolomeum oppido p̃ q̃ mirꝝ est/ut in re tam aperta tãq; expressa homo alio/quin ĩgeniosus hallucĩnaretur. Qui si suorꝝ ẽt alibi dictorꝝ fuisset recordatus uidis/set nihil procedere illã rõnem/sed eius præceptis esse cõtrariã. Nã tertio ipse libro eiusdẽ operis putat inter signa nõ solum eiusdem sexus/sed etiã qualitatis/non exagonã hoc est bonã/sed quadratã hoc est malã interdũ esse cõfigurationẽ/ut cũ ob/liqua hoc est breuiũ temporꝝ sunt pariterq; ea quæ sunt generis diuersi/nõ quadratam habere/sed exagonã potius affinitatẽ/ita ut Geminos & Aquarium quadrata sit illa radiatione cõpositurus: exagona uero Taurum & Aquariũ. Quod si est uerum quomõ cõfiguratorꝝ aut bonitas aut malitia de signorꝝ affinitate discordiaue consurgit? quæ difficultas oĩbus est subeunda/qui spatia radiationũ nõ p̃ signiferi sed p̃ æquatoris partib᷾ metiuntur: qđ maxima pars astrologorꝝ obseruat: qui ta/men oẽs (ut sunt mirꝝ ĩmodum ĩconsiderati) cũ de malitia bonitateue aspectuũ illis ratio est reddenda/nõ aliunde magis q̃ semp de ista signorꝝ uel cognatione uel di/uersitate rõcinantur. Aboasar aliã affert rationem ut putat naturalem super aspe/ctus: oppõnem inquiens cõfirmari/de luminis plenitudine quã assequitur luna cũ opponitur soli. Quadratã uim apparere in motu planetarꝝ ab apside a qua nona/ginta distantes gradibus cursum mutant: Trigonum uideri ĩ planetis superiorib᷾ qui a sole uiginti & centum partib᷾ remoti retrocedunt si prius erant directi uel diriguntur si prius erãt retrogradi. Exagoni quantitas cõuenit inquit medietati diametri circuli: tũ quãtitati distantiæ domorꝝ ueneris a domib᷾ luminarium. Sic centonem ex mille pãnis unum male cõpaginauit oppõnem quærit a luna/quadratũ ab apside. Trigonum a superioribus: exagonum a Venere & male oĩa ab omnibus Nam quæ ratio/ut quoniã per diametrum luna lumine solis impletur/omnes planetæ non solum ad solem: sed inter se etiam hac distantia copulentur? Et si supiores

ſolis trigono curſum mutant: cur habebit hoc interuallū uim cōmutandi uires pla
netarum nō ſolum ſuperiorum ſed etiā inferiorum/nec ad ſolem tm̄/ſed īter ipos pla
netas acceptū. Quid q nec illud perpetuū ī ſuperioribꝰ. Mars enim ut ſcribit Pau/ Paulus
lus & Porphyrius interdū cum a ſole quattuor & octuaginta partibꝰ diſtat ī ante/ Porphyrius
cedentibꝰ collocatus/ſiſtit ſe/ut retrocedat nō ſolum trigono expectato: ſed nec ex/
pleto tetragono. Quod ſi de illa etiā ſuperiorum in Solis trigono mutatione uim tri/
goni collegerunt erat potius inter malas q̄ inter bonas radiationes numerandus:
quādoquidem planeta oīs ſuperior in ſolis trigono eſt infelix ſi credimus Paulo &
Heliodoro. Oēs.n.inqunt ασπερεσ στηριζομτεσ κακοι: hoc eſt planetas oēs ſta/
tionarios malos & infœlices eſſe/ſiue in prima ſtatione ſint ſiue in ſecunda. Sed eui
dentioris hæc omnia leuitatis/q̄ ut pluribꝰ redarguātur. Excogitata poſtremo neo
tericis quibuſdā de muſicis cōſonantiis alia ratio ex qua radios planetarum tum con/
cīnere inuicem/tum diſſonare armoniarum quadam ſimilitudine tradunt. Eſt enim
inquiunt apud muſicos cōprobatū ratione & experientia tertiā uocē & quintā pri
mæ cōſonare: quartā uero & ſeptimā nequaq̄. Quid ſi igitur ēt paribꝰ ſpaciis īter
ſe planetæ diſtantes nunc bene/nūc male cōſoni inueniātur. Exagona radiatio ter/
tiæ uoci reſpondet: trigona quintæ: quadrata quartæ cū ibi tot ſignorum quot hic uo
cum mediēt interualla. Sed hæc utiq bella ſunt/habētq ſpeciē pbabilitatis apud
eos qui philoſophiā de limine ſalutauerūt. Nos uero ut omittamus iſtas in tam di
uerſis rerum generibꝰ ſimilitudīes: efficaciā rōnum declarabimus nō habere atq cō/ Confutatio
parationē & ſimilitudinē nō pcedere. Nā apud muſicos quidē uox uoci cuilibet ſi
nō cōſonat diſſonat: apud aſtrologos multa ſpacia (ut ſic dixeri) ſibi ſunt muta: hoc
eſt neq cōſonāt inuicē neq diſſonāt: ut gratia exempli uox ſecūda nō minus inter
diſſonātes ānumeratur a muſicis q̄ quarta/ſeptima uel undecima. At uero apud
aſtrologos ſecūdum ſignū cū primo nō diſcordem/ſed nullā uocē emittit. Quintū
uero & ſeptimū aliquā quidē uocem/ſed nō cōcordem. Præterea maior illa etiā di
uerſitas q ſexta uox apđ muſicos æque atq tertia cōſonat: & apđ aſtrologos ſextū
ſignū a primo penitus eſt diſtinctum. Tum in muſicis uox octaua quaſi eadē cō/
ſonat: ſignum octauū primū nō agnoſcit: nec poteſt cōiunctiōis ſpēm uox octaua
referre quā potius eiuſdē toni uoces repreſentant: quare in hac tā bella ſimilitudīe
plus omnino diſſimilitudinis q̄ ſimilitudinis inuenitur.

Alia rō aſpe/ctuū a qbuſ/dā neotericis excogitata

Caput VII Quid eos deceperit: nec de aſpectibus experientiā habitā.

u Erum enim uero nec huiuſmodi quidem rationibus ſunt adducti qui dog/
ma primitus illud comēti ſunt: ſed expoſita quædā ex luna illos magis cōie
ctura decepit. Cū.n.a ſole lumen mutuantē/p diuerſa ad ſolē pōne/ſiue il
la pxima eſſet magis/ſiue recederet uariare figurā cōſpicerentur. Tranſtulerūt idē
ad reliquos planetas/ut oēs p diuerſa non ſolū a ſole/ſed ab inuicem quoq diſtan
tia/cōditionem ſtatumq cōmutarent: ī quam opinionē nō aliunde eos deductos
hinc facile aīaduertas. Quod nec plures aut pauciores/nec alias planetarum inter
ſe cōfigurationes ſtatuerunt/q̄ quot qualeſq luna ſubire ad ſolem in ſigni magis

Quinq; schematismi lunæ ad solem

diuersitate deprenditur. Sunt autem lunæ ad solem schematismi quinq; celebrati cum aut soli coniuncta : aut cornicularis aut diuidua : aut prætumida aut plena conspicitur: quibus totidem in planetis respondent excogitatæ ab illis configurationes: Cum autem sunt simul: aut exagona aut quadrangula: aut triangula: aut opposita se radiatione conspiciunt. Respondet enim coniunctio cõiunctioni: tum exagona radiatio figuræ corniculari quæ tunc primum in luna conspicitur cum sexagīta a sole partibus distat: uocaturque a græcis conoides : quarum partium numero exagona quoque inter planetas ab illis radiatio constituitur. Luna item tunc est diuidua: græce dicotomos appellatur: cum īter eam & solem nonaginta partes interiacent: quo spacio cum ipsa quoq; inter se sydera dirimuntur: quadrata componi figuratione ab illis dicuntur. Trigonicam radiationem de lunæ pretumida similitudine duxerunt/quæ illa tunc primum figura conspicitur: cum centū & uiginti partibus a sole remouetur: uocaturque a græcis αμφικυρτοσ: nos pretumidā & gibberosam possumus appellare: oppōnem ipsam plenilunio respondere nemo non intelligit. & quoniā luna pro diuersitate figuræ diuersimode quoq; solet corpora īmutare: Statuerunt idem de omnibus planetis: ut. s. pro ista interuallorum īter se uarietate uariis quoq; modis res inferiores afficerent. Cuius utique consequentiæ coniectura (si quemadmodū puto) sunt adducti/facile potest quātum decipiuntur intelligi: si quidem luna ꝓ diuersa ad solem distantia uti figuram ita influendi ꝓprietates īmutat: quoniā a sole lumen accipiens plus minusue ab eo qua parte nos respicit ꝓ positus habitudinisque ad eam cōditione illuminatur. Atque inde fit naturali ratione/ut pro lucis uel incrementis uel decrementis non solum alia se nobis effigie representet. Sed aliter quoq; nostrorum & aliorum item corporum corporales qualitates īmutet. Quis enim dissolui nescit corporum humiditates a calore? Quis rursus lucem causam esse caloris? Vnde aperte colligitur quo plus luna lucis habuerit magis inferiorum quibus proxima est corpora calefieri/& consequenti ratione/quæ in eis sunt humiditates/magis liquescere & resolui: quo pacto illud erit uerum Ptolomei enunciatum a primo lunæ quadrangulo usque ad secundum humiditates corporum effluere. quia. s. per id tempus lunæ partes ad terram uergentes affluentiori lumine potiuntur. Hinc illa studiis agricolarum comprobata experimenta/cæsam materiam cū impletur lumine luna/cito cōputrescere quæ contra ceditur luna deficiente a carie īmunem/& putredinis uitio conseruari. quia. s. putrefactioni maxime opportuna humiditas est: quæ quemadmodū dixi ꝓ auctu decrementoque luminis lunæ & crescit simul in corporibus/ & decrescit. At uero de

Reflexio argumenti ī argumentanté

istis lunæ mutationibus quæ sola uicissitudini huiusmodi lucis est obnoxia ad planetas & proprio & īmobili semper lumine presulgentes eadem transferre oppido ꝑ q̄ insanum: cum potius ex contrariis liceat argumentari: si luna quoniā ex situs diuersitate plus magisue illuminatur pro luminis modo diuersimode nos īmutat cōsequi ut planetarum sicuti lumen/ita proprietas influendi non mutetur/quæ per uaria uel ad solem uel ad seipsos distantiæ ratione/nec pauperētur lumine nec di/

tescant. Sed eodem modo nos terrenaque alia semper intueantur. Siue igitur ista ut nos quidem suspicamur siue quas primum incessuimus moti coniecturis / i istã opinionem sint adducti / patet leuissimis eos niti derediculisque rationibus: quibꝫ si forsitan minus confidentes experiẽtiæ fidem allegent quod unicum est profugiũ destitutis a ratione possumus nos æque ad experientiam prouocare / qua quotidie eorum apotelesmata reuincuntur. Sed illud unum respondeant quæ super his habita uera fideliaque experimenta / de quibus tanta apud eos est cõtrouersia: ut quo loco quadratum alius statuerit: alius trigonum esse contendat. Et qđ hic quidem facit exagonum / sit qui tetragonum esse uelit: imo trigonum sit alicui / quod tamẽ alius erit dyametrum: de qua re quoniam infra late differetur ad eum locum lectorem delegamus: nunc illud & admonentes non modo in præscribendis finibus radiationum. Sed de ipsarum quoq; natura pleriq; eos differre / adeo ut scribãt Paulus & Heliodorus exagonum quod inter signa nõ est æque uel ab æquinoctiis uel tropicis distantia / naturã oppositionis habere. tum nec oppositionem esse maleficam / sed inter bonos aspectus malosque mediare / pariter Ptolomeus nec esse quadratum malum nec trigonum bonum putat: ut liqueat satis nullam auctoritatem experientiæ patrocinari: cuius in tam diuersis opinionibus æquali fide / æquali auctoritate magistri / patrociniũ quisq; suffragari sibi contendit.

Ad experimẽta non posse astrologos prouocare.

Discordia

Paulus Heliodorus.

Caput VIII Quæ de obsessione dicuntur pugnare his quæ de aspectibus.

Sunt autem præter figuras istas quas diximus & aspectus / aliæ syderũ cũ inter se / tum ad solem positiones quibus affici uires & mutari proprietates rerum putent: inter quas etiam quæ prioribus illis uideantur repugnare: Nam planetam obsessum dicũt quotiens utrinq; radii malorum syderum eum circũstent / quam habitudinem græci uocant εμπεριχεσιν / ut si Iuppiter libram teneat / Mars Virginem / Scorpiũque Saturnus: aut inibi ẽt Ioue collocato / Mars ex Tauro i uirginẽ / Scorpiũque radios iaculatur / tũc. s. Iouẽ obsessũ appellabũt. Ego igitur illos interrogo / moueant ne planetæ afficiantque se inuicem in hærentibꝫ signis proximisque locati? Si negant tollitur emperichesis: quoniam radius uirginem attingens in libra posito syderi non nocebit. Sicut nec missus ad Scorpium quoniam Scorpius Virgo libræ proxima signa sunt / si concedunt / aspectuum ratio nulla est tota inde dependens ut putemus ex certis interuallis afficere se planetas: ex aliis nihil inuicem pati / quod si respondent in obsessione aliter euenire: quoniã utrinq; radii sunt / id potissimum dicunt unde eorum insania manifestetur: quasi ut solet hominibus euenire / fugienti non noceat a tergo insequens hostis / modo pateat ex aduerso liber campus ad euadendum: qui tamen ab insequente comprendatur si contra stet alius fugæ obstruens uiam. s. hoc exemplo si uirginem occupet Mars Iouem non attingit in Libra collocatum: quem tamẽ inde attinget si contra Iouem in Scorpio steterit Saturnus. Quod igitur hoc genus consentientis secũ disciplinæ, ut signa proxima uoces asindetæ apostrophæ / quæ i illis posita sydera nullam inuicem habeant cõmunionem: nec in alterum aliquid profluat ab altero: &

Responsio Confutatio

tamen obsessum dicas/planetã q ex proximis signis maleficis radiis infestetur: neque.n.si Saturnus auferatur lædi iouem cõcedes a Marte: adiecto Saturno/id qdẽ concedas/præsertim cũ adueniat eo modo Saturnus quo nec ledere ipse Iouẽ potest. Sed ita est certe ut dicebamus similitudo eos induxit hoĩs circũsessi cui cir/cunstãtibus inimicis exitus nullus est ad salutem.

Caput IX Planetas sub solis radiis constitutos non male affici: aut ut dicunt astrologi comburi.

n Onne etiã delirãt in planetis ad solem comparatis quos sub radiis cõstitu/tos inefficaces & male affectos esse uolunt/quasi sydera quoq lucem solis nõ ferãt/& ueluti capita ĩfirmiora si nimis solẽtur ægrescãt. Atqui lumen

Prima rõ omne cæleste p̃cipueq solare beneficũ est: nec si rebus terrenis inimicũ est aliquan do/aliter q̃ materiæ uitio id contingit: materiæ uitium hoc in syderibꝰ nullum est: quare lumine solis quo magis perfruũtur uegetiores & magis efficaces euadũt/p̃/sertim cum ad sydera sol cõparatus causæ uniuersalis habeat rationẽ/cuius est pro

Secunda rõ. priam naturã particulariũ nõ labefactare sed cõfirmare. Quod si luna silente de/stitui beneficio eius ĩferiora uidẽtur/alia ratio: quoniã parte qua nos respicit soli co pulata lumine spoliatur: reliquis planetis luce ꝓpria nitẽtibus idem nõ accidit/ut ꝓpterea cum radiis solis circũfunduntur in ꝑmutandis inferioribus minus possint. Qđ si ꝑtinaciter hoc defendãt opprimi exauririque sydeꝶ potestatẽ/debet hoc ma

Tertia rõ gis euenire quo potentiores sunt quoque proximi magis soli fuerint planetæ/quoꝶ utrunq solent negare. Nam siquidem partiliter & eisdem penitus ĩ minutiis plane ta soli cõgreditur efficacissimũ fieri uolunt. Tum in ariete atque leone radiis occu/pato sydere solem nõ nocere: quibus tamẽ in locis potẽtissimum solẽ esse decernũt Nam excipit ĩquiũt stellã apud se/quãdo aries altitudo/leo domus est solis: hospi/ti ãt iniuriã nẽo ĩtulit bonus: q̃si (qđ ubiq peccat) hũano more tractẽt ista cælestia q̃siq sol nõ naturali necessitate/sed arbitrio quodã & lucẽ extra se fũdat & calorẽ.

Caput X Si rationem atq etiã quorundam astrologorum auctoritatẽ sequi uolumus planetas retrogradientes/fortiores uideri q̃ directos.

d Eniq astrologorũ decreta qui perscrutabitur uidebit omnia uel ab huma/na quadam/ut diximus/similitudine contra rerum celestiũ & naturam & dignitatem/nõ phylosophica ratione sed poetica fere licentia esse deducta: uel a fabulis meris arbitrariisque cõmentis/ut quæ produnt super imaginibꝰ de q/bus infra differemus: uel põnum quarundam mathematicarum occasiõe/ quibus cum recte utantur mathematici/ad istã diuinãdi ꝓfessionem peruerse genethliaci transtulerunt. Quod ĩ Zodiaci diuisione maxime peccauerunt. Sed de hac quidẽ diuisione suo postea loco disputabitur. Nunc illud ex eo genere est q planetarum efficientiam putant uel ĩminui uel roborari: sed & speciem ipsam uariare rerũ effi/ciendarum pro illis motuum diuersitatibus quas excogitant mathematici: ut nũc quidem directo cursu procedant/nunc retrogradiantur/nũc statiua tarditate sub/sistant. Debiliter enim facere quod facit planetã cum retrograditur: efficaciter cum procedit. Sed & ꝓsperum esse interdũ cum dirigitur/qui sit noxius idem si retroces

ferit: in qua re uidens quod aduersus astrologos dici poterat / Heliodorus mouit quæstionem cōtra seipsum in libro cōmentarioꝝ in Paulū alexandrinū quam non aliis magis q̄ ipsius uerbis explicabo solutionē ascribens qua se putauit quæstionē dissoluere cū adaugeat eam potius uerba eius græce sunt hæc. Heliodorus.

Nos ita uertius ī latinū uerbū pene uerbo reddētes. Illud āt scire necessariū / q̄q̄ planetæ moueri dicātur iæq̄liter re uera: tamē ī celestibꝰ nihil ē inæq̄le: nihil iordinatū / q̄n potius oēm ordinē oēm æq̄litatē ī illis īueniri. Sed hoc ad nostrā fit estiationē ut appareāt inæqualiter moueri īterdū q; etiā stare: ipa. n. re uera neq; stāt neq; motū unq̄ retardant aut retroagūt. Sed accidit ut appareat ita fieri ab illis ob eccentrioꝝ & epyciclorꝝ pōnem: sup qbꝰ mouētur ut Ptolomeus ī sua compōne nos docuit. Et si quis obiiciat quomō igitur apotelesmata sunt diuersa: ꝑpterea ꝙ eorum motu aliq̄d uel accedat uel decedat / aut q̄m ꝑstare dicātur: siquidē uere neq; stant nec inæqualiter mouētur. Respōdemus apotelesmata / hoc est astrologoꝝ responsa nō fieri ꝓprie ob illā motuū uel inæqualitatē uel stationē. Sed q̄m accidit tūc planetas delatos ī epyciclis / aut terræ fieri ꝓximiores: aut a terra remoueri. hæc Heliodorus: a quo illud nō mō cōcessum sed attestatū & cōfirmatū accipimus / statiōes planetaꝝ nihil efficere q̄tenus q̄dē sunt statōes / hoc ē planetaꝝ efficiētiā nihil īmutare. Pariter neq; retrocessiōes neq; directiōes q̄tenus sunt huiusmodi. Veꝝ ex his diuersa ꝓnūtiari q̄d accidat ī his motuū differētiis: aut terræ ꝓximare planetas: aut magis elōgari: q̄si illud dixerit naturalē habere hoc rōnē ut aliter nos īmutent cū sint ꝓximi / aliter cū remissi. Quod utiq; & nos cōcedimus ueꝝ si ꝓpea rectos stātes repedātesq; planetas obseruāt: cōtrariū erit dogma statuēdū: ut. s. repedātes planetæ essent efficatiores q̄ cū directo cursu ferūtur: ībecilliores aūt cū sunt recti: si q̄dē sola ī his maior minorue a terris elōgatio obseruaē. Nā ut scribit Haly exponēs Ptolomeū utiq; rō oīs attestatur: ut q̄to terræ ꝓximior ē planeta fortius nos immutet afficiatq; potētius / oīs aut planeta cū retrocedit terræ ꝓximat magis / ecōtra rectus a terra distātior fit. Debuit igitur fortior retrocedēs planeta existimari: non quēadmodum ipī decreuerint debilis & infirmus.

Caput XI Caput & caudā īterlectōes eē imaginarioꝝ circuloꝝ nulla naturali ui ꝑditoꝝ qbꝰ ī ꝑdicēdo antiq̄ores usi nō sunt: nec ī eoꝝ uiribꝰ cōcordāt recētiores.

Aput quoq; dracōis & caudā qbꝰ tribuit tm̄ turba astrologoꝝ q̄s nō uideat res īanes & cōmēticias eē? Sed q̄d antea diximus hic astrologi sæpe lubricāt ī errorē ꝙ quæcūq; reperiūt a mathemacis ānotata necessaria motuum metiēdoꝝ methodis iis oībꝰ abutūtur ī ꝑdicēdo: q̄si pariter eēnt naturalia & īfluēdi ꝑdita ptāte: cū tam̄ aliter lōge se res hēat / qū illi pleraq; & cōminiscūt & fingūt ī cælo mathematicis nūeris & mēsuris deseruiētia / nulla tam̄ naturæ alioq̄n stabilitate fūdata. ostēdius hoc ī signis quæ nō mobilia cogitat Pto. īntercepta solstitiis & æquinoctiis ostēdēus ī signoꝝ ptiū mīutiaꝝ dīone: nūc ī capite & cauda idē appebit neq;. n. aliud fūt q̄ īterlectōes duoꝝ circuloꝝ: q̄ mera pūcta: q̄ nexus lineaꝝ duaꝝ Quid caput & canda.

mente conceptarum: a mathematicis introducta/ut eclyptica loca discernant. ibi tamen nulla uirtus nulla qualitas efficaciaue naturalis: ut. s. transferri aliquomodo possit ad genethliacam. Certe aliter nequeunt q̃ ut inibi positus aliquis planetarum pro loci comodo uel incomodo melius aliquid peiusue decernat: ipsa uero per se seorsumque notata uim habere regendi permutandiq; corpora nullam possunt. Vidit hoc & insignis astrologus Abraam auenazra/qui libro primo rationũ astrologicarum ita scribit: Dixerunt item exaltari caput draconis in geminis: caudam in sagittario. Sed hoc uanum est/quoniã caput & cauda nec bonum significant/nec malum. Sunt enim cõnexiones duorum circulorum: obseruatur tamẽ luna cum est in eis: quoniã in capite posita ob eam causam magis uigoratur quia nobis est propinquior/cõtra debilior est in cauda: quoniã in ea uergens ad meridiem a nobis elongatur. Idem accidit reliquis planetis cum in capite & cauda reperiuntur/excepto sole cui nulla ĩ alterutram partem declinatio est. Cum autem seorsum caput & caudam notatam in tabulis legis scias neque nocere illa neq; ꝓdesse: q̃uis plures aliter oppinentur. hæc ille. Sed neque Ptolomeus illis utitur unq̃ in prædicendo/neque ueteres usos intelliges ex Materno apud quem nulla mentio caudæ capitisque draconis. Quod si de illis aliquando ueteres loquũtur nõ aliter q̃ de loco quodam & positu. Vnde & diuersa fuit apud eos opinio: quoniã antiquioribus malus uterque locus uisus est ob eclypticã. i. uiam. ꝓptereaque inter infœlicia loca utrunq; pariter statuerunt. Heliodorus in tractatu περι τεκνων. i. de filiis si loca inquit filios significantia ab infortunantibus planetis & eclypticis nodis: hoc est capite & cauda libera fuerint fœlix est. Recentiores si caput in loco fuerit filiorum: filios sicut nouellas oliuarum in circuitu mensæ pronuntiabũt/ducti alia coniectura quam supra retulimus ex Auenazra/qd' in capite ꝓpinquiores nobis planetæ sint efficatiores. Verum procedit ista ratio cum in capite aliquis est planeta: quãq̃ citra caput ad nos declinans debet eadem ratione fortior existimari. Sed cum nullum in eo sydus inuenitur/quid potest uel dare uel auferre? Sola siquidem a nobis mente designatus. Nam quod quidã inibi a luna derelinqui uirtutem quandam suspicantur/astrologorum nemo dixit/tum non physicum est si naturam cælestium lumenque cõsideres/nec astrologicum/quoniam caudã luna æque perambulat. Tantum igitur situs meraque positio/de qua tamen & arabes & latini q̃si de sydere quodam tandẽ decreuerunt/ita ut ãnos quoque addere uitæ caput istud existiment: & partem ætatis quandam gubernare: & in geminis exaltari: & naturam habere Veneris atque Iouis: contra caudam Martis & Saturni. In qua re uidimus quantum ab ipsa ueritate dissentiant. Sed mirum quantum etiam a seipsis quando q; nexum copulamque totius quasi cælestis fœlicitatis dixerunt. Alibi tamen cum bonis bonum esse dicunt/cum malis malũ augere eũ quicquid ĩueniat. Alibi super eo quasi de malo prorsus loquũtur. Nam Alchabitius apud quem & leges quæ mox retulimus/inter infortunia planetarum hoc quoq; cõmemorat/si fuerint cum suis capitibus. Habet enim quilibet planeta suum caput & suam caudã

Maternus

Heliodorus.

Discordia astrologoꝝ.

Alchabitius.

apud arabes genzauar appellata: aut cum capite fuerint caudaq; draconis: quæ capitis caudæq; lūæ ꝓpria cognomīatio ī qbꝰ ꝓſertī ipa tā male ſe hūerit q̄tū ī capite Idem ī libro de natiuitatibꝰ applicātem capiti lunam climatericam facit locis. ſ. uitæ pricipalibus caput pariter iſtud & caudā cōnumerat. Abraam ut retulimus/ uigorari in capite locatā lunam affirmat. Vidimus Heliodorum ſupra cū infortunalibꝰ ea ſtellis numerare. Idem in tractatu de climatere ſoli lunæ horoſcopo partiq; fortunæ ea cōnumerat: ut quæ de iſto capite ꝓtulerunt nullo capite aut certe corde ꝓtuliſſe uideantur: ubiq; tamen malicioſi caput draconis uocitātes quo maiori cū reuerentia quaſiq; numinis auctoritate credulis auribꝰ inſonaret.

Caput XII Origo antiſiorum: neq; eis in præſagiendo uſum Ptolomeū: & q̄tū in his Maternus & Haly aberrauerint.

m Athematici cuiuſdā dicti occaſione ſuper antiſiis pariter errauerūt: nā qm̄ gradus ī quibus ſole cōſtituto dies diebus/ & nox noctibus ſunt æquales hyparcus & ueteres ab reſpōdente utrinq; ſibi dierum & noctium æqualitate antiſios dixerunt/ quaſi dixeris ex aduerſo æquales/ diuinaculi noſtri gradus iſtos æquales eſſe dixerūt/ uirtute & poteſtate q̄ ſupina ignorantia nemo nō cognoſcit: ut ab æqualitate quæ ſole illos peragrāte dierum noctiumque cōtingit/ ad uirtutis æqualitatē ſe trāſtulerint. Sed accuſare p̄ omnibꝰ Maternum libet iſtius erroris ꝓpagatorem/ q̄q̄ ut ignorātiſſimo totius mathematicæ uenia cōdonāda eſt. Is Ptolomeum ait ſūmam decretorum antiſiis tribuere. Nec miror nā cum totū Maternum euoluerim diligenter nuſq̄ lecti a ſe Ptolomei mihi fecit īditium: quod igitur attinet ad antiſia illis in decernēdo ī pronūtiando nunq̄ utitur Ptolomeus: ſiue centum enūtiata/ ſiue apoteleſmata eius requiris: Tm̄ primo libro apoteleſmatum ubi ſentētias aliorum περι της συμ.τοκρασ του ζοδιων: hoc eſt de affinitate cōſenſuq; ſignorum īter ipſas īſtitutiones enarrat his uſus eſt uerbis. Rurſus æqualis eſſe poteſtatis aiunt quæcunq; altero tropicorum æqualiter diſtant: quia in illis poſitus ſol æquales dies diebꝰ/ & noctes noctibus facit. hoc ubi dixiſſet quaſi deinde oblitus: ut qui. ſ. nō probabat/ nunq̄ reuocat in medium: nūq̄ meminit nō ſolū nominis antiſioꝝ: quod alioquin nuſq̄ apud eum/ ſed nec rei ipſius/ hoc ē iſtius æque a tropicis remotarum partium affinitatis atq; conſenſus: nam quod in centū enuntiatis quodam loco dicit planetam ſæpe ibi uires ſuas extendere ubi non ē uelle trāſferre ad antiſias & dodecathemoria nimis coactum & licentioſum/ præſertim cum in omni ſua diſciplina Ptolomeus alterum rideat: hoc ē dodecatemoria & quæ hoc genus alia ſunt: alterum negligat/ hoc eſt de quibus loquimur antiſia: eo uero præcepto nec aliud uoluit nobis indicare q̄ σχηματογραφιου: hoc eſt configurationis radiationiſq; poteſtatem per quā & multa & efficaciter faciūt ex ſnīa aſtrologorū ꝓſertimq; Ptolomei planetæ qbꝰ locis minime ſunt/ fere. n. aliud ipē ī cōſtellationibus q̄ phaſes & ſchemata nō obſeruat: aut certe nihil aliud magis. Sed nec quid antiſia ſibi uellēt Maternus noſter intellexit: quoꝝ latētē rōnē alibi ſe explicaturū ꝓmiſit/ q̄ſi aut nō expoſitā rē cuilibet mathematico aut quæ tribꝰ uerbis explicari

Vnde antiſia Hypparcus.

Reprobatio antiſiorum Maternus ignorātiſſimus totius mathematicæ.

Antiſiis non utitur Ptolo. in iudicādo.

Maternum nō ītellexiſſe qd ſint antiſia.

nō possit: sed ignorantiā eius inde depndas, ꝙ nimis imperite loquendi morē ipm usurpat, Martē quinto gradu ī geminis cōstitutum antisiū mittere in Cancrū quo pacto nō loqueretur si quid esset antisiū istud intelligeret. neqꝫ. n. radius aut lumē est antisius q mittatur, neqꝫ aliud dicto est antisiū mitti ab aliquo planetaꝝ, q̄ mitti gradus ī quo est æqualitatem: quare periti sic potius loquerētur, epocham Martis hoc est partē quam occupat: antisiā esse tali parti geminoꝝ: aut qđ idē ualebit esse Martē in antisio geminoꝝ. qui aūt in geminos Martē antisiū dixerit iaculari exibilabitur a mathematicis & irridebitur. Sed Abēzagel etiā multipliciter lapsus qui primo libro suaꝝ cōmentationū aphorismos explicans quosdā, tā gradus æq̄liter ab æquinoctiis elōgatos, q̄ qui pariter distant a tropicis Cancro. s. & Capricorno æqualis esse potētiæ scribit. Neqꝫ. n. hoc de distantia ab æquinoctiis dictū a ueteribꝰ, sed a tropicis tm̄, quibus antisioꝝ nom̄ impositū est. Nec Abenzagel debuit hoc nō uidisse, quādoquidē descripti utrinqꝫ ab æquinoctiis circuli sunt quidem æquales. Necesse enim ab illis æque distantes paralellos æquales inuicem esse, ueꝝ nō emicydia inuicem æqualia, quod in æque remotis a tropicis accidit. Vnde antisioꝝ ille cōsensus. Errat item illud cum multis ꝙ habitudinē gradus ad antisiū gradum numerat inter eos quos aspectus uocant: unde colligunt sydus in altero eorum positum uim habere etiā in altero, si in exagonis locis, & tetragonis & trigonis & oppositis habet. Natus autem hinc error ꝙ quæ græci σχηματα uocant: hoc est figuras barbari, & nostrates aspectus uocant. Apud græcos autem aspicere se signa dicūtur: nō quæ inuicem cōfiguiātur: hoc est ut nostri dicunt aspiciunt: Sed quæ græce εκτων φθωρισημοσων: hoc est ab his punctis emergunt & occidūt: id quod in signis cū accidat æque a tropicis separatis (sūt. n. ī eodē paralello) ppea ea signa quæ antisia quidā maxima pars astrologoꝝ βλετοντα: hoc est uidentia nuncupāt arabes: deinde & latini in eā significationē acceperunt: in qua noīe aspectus ipi abutuntur. Atqꝫ ita qđ euenit, sæpe error in dictiouibꝰ errorē parit in rebꝰ Sic satis declaratū uariam in fatis explicandis (si qua fata cōcederentur) apud astrologos antisioꝝ obseruationē: tū quāta super his etiā & arabes & latini, contra sententiam ueterum somniauerunt.

Error Abenzagelis

Error nr̄atū & barbaroꝝ astrologorū.

Sæpe error ī dictiōibꝰ errorem parit in rebus.

Caput XIII In præcipiētibꝰ & obediētibꝰ signis pariter deceptos astrologos.

e X hoc genere illa etiā est obseruatio germanæ uidelicet hebetudinis uel fallaciæ de præcipientibus signis & obedientibus. Nā cum mathematici signa in quibꝰ sol positus dies efficit noctibꝰ longiores collata signis in qbꝰ æqua pportione lux tenebris uincitur προσταττοντα: hoc ē præcipiētia uocassent & quæ ex aduerso portēdunt tenebras supra diē υπακουοντα: hoc ē obedientia genethliaci nominis argumento moti decreuerunt eum in cuius genitura signū p̄cipiens horoscoparet fore illi ut imperaret, qui signum obediens genituræ, haberet horoscopum, quasi illa præcipientis obediētisque cognominatio mathematicis instituta, istuc pertineret, neque in ea tantūmodo dierum & noctium sub illis signis accidens inæqualitas foret indicata.

Caput XIIII Confutatio rōnum quas de planetarum exaltatiōibus quidam astrologi assignauere.

(S)Ed & ista de planetaꝝ altitudinibꝫ uel exaltatiōibus opinio unde emana-
uerit, utq; pariter mathematica quadā occasiōe huc ꝓcipites ierint admo-
nuit me naturalis hystoriæ scriptor ille diligētissimus, cui oīs debet antiq-

Laus Plinii

tas: oīs posteritas: q alterā a barbarie: a morte alterā uindicauit. Is igitur libro se
cundo ꝑtractās illā q̄ōnē, cur eadē sydera alias altiora, alias īferiora uideātur post,
alia quædā ita subicit. Altera sublimitatū cā: q̄m a suo centro absidas altissimas
habent in illis signis Saturnus Libræ parte uigesima, Iuppiter Cancri decimaq̄nta
Mars Capricorni uigesima octaua, Sol arietis decimanona, Venus piscīū uigesi-
masexta, Mercurius Virginis decimaq̄nta, Luna Tauri quarta. hæc ille. Vnde fa-
cile q̄sque colligat nō tardissimus aut ita olī fuisse aut putatū syderali sciētiæ tunc
uocātibus posita sydera ī partibꝫ memoratis altissime a centro suaꝝ absidū sūmo-
ueri. quare & gradus illi siue partes altitudines planetaꝝ dicebātur. Vnde data oc
casio genethliacis, ut seruato altitudinis noīe, q̄si tamē nō loci foret altitudo, sed na
turæ & potestatis abuterētur. Neq; enim alias dicunt astrologi exaltari planetas q̄
in his partibus ubi ex uetere astronomia putatos altissime a suis centris distare eos
ostendimus: q̄q̄ illud lectorem scire oporteret in uulgatis codicibꝫ Plinii mendā ī-
ueniri: & uerba quæ deinceps ponūtur ꝑmutatis numeris īnoleuisse quando nota
denarii debita Veneri ad solem est trāslata, ut in sole uigesimanona pars ꝓ decima
nona ī Venere decima sexta, ꝓ uigesimasexta ꝑperā legatur. nā & uitium ī Mater
no, ubi uenerē legimus ī uigesimaseptima parte piscium exaltari. Scribendū enim

Error in materno

est sexta atq; uigesima ex Porphyrio. Illud quoq; nōnihil uariat ꝙ lunæ quartā ꝑtē

Porphyrius

Tauri astrologia uetus assignat secuta ætas tertiā siue opinionis est diuersitas: siue
culpa librarioꝝ in ista numeroꝝ notatione sæpissime allucinātium, similiter in Sa-
turno nō prima atq; uigesima, sed uigesima legi oportet auctore eodē Porphyrio:
cuius etiam rei libro secūdo habita mentio est. Neq; uero iā dubito bonis mentibꝫ
palam factum, quomodo in astrologiā diuinatricē planetaꝝ exaltationes irrepse-
rint: Sed cum ad posteros dogma ꝑuenisset & theoricæ sydeꝝ disciplinæ mutatōe
ratio illa dogmatis esset antiquata. Posteritas alias sibi rōnes cogitauit quibꝫ puta
ret opinionē prioribꝫ illis eē ꝑsuasā, & alii q̄dē alias, ut ī mēdatio plurimū contigit
ueꝝ leues & deridiculas. Ptolo. ī Ariete inq̄t, Sol exaltatur: q̄m ad eū cū peruenit
īcipit eius uis magis apparere. Veꝝ (q̄d de domibꝫ supra loquētes diximus) id non
efficit signi q̄litas & natura, sed situs. nō q̄a ꝑagrat Arietē, ideo fortior eē īcipit sed

Ratio Ptolo.
Confutatio

q̄m ꝓpinq̄re īcipit nobis. q̄re nō si tuis teporē hortis īfundit ueniēs ad id signū span
dū ut ad regnū ēt euehat: q̄m ī sua sit positus altitudīe: ī q̄ aliis utiq; regiōibꝫ deice
retur a q̄bꝫ distare magis ī ariete & ꝓxiare magis sub libra illū cōtingit. Sed uidea
mus de reliq̄s ēt planetis lūæ sublimitas taurus: q̄m si cū sole iūgat̄ ī ariete appebit
uis eius primū ī tauro. O efficacissimā rōnē q̄si si soli ī tauro cōgrediatur nō idē
cū geminis sit euētuꝝ: & si ī geminis coeat apud cancrū: & si ī cācro, idē sub leone

atq; ita de reliqs oibus: ut demirari liceat Ptolomeū quē nō puduerit ista cōscribere. Ve℞ aliæ sunt ēt rōnes, qm̄ luna ꝓxima soli est & trigonum lunæ laterinum.

Confutatio

Sed nō ꝓximā soli lunā putat Ptolomeus: nec debemus ex trigono cōiectare sublimitatē, nec ex domo, uel trigonū uel altitudinē: uel ex aliquo eo℞ termīos uel decanū: qm̄ īpermixta sunt hæc: ita ut cuilibet sua in re ꝓpria auctoritas debeatur. Præterea si trigoni mouet argumentū, cur nō potius ī Geminis Mercurius exaltabitur q̄ in uirgine? ubi & illud quadrabit ut sit ꝓximus exaltationi Solis a quo parū abesse solet. Id quod in ista℞ quoq; exaltationū rōne seruare conatur Aboasar

Aboasar

Sed cōuenit inquit Ptolomeus Virgo Mercurio: qm̄ siccus est & sub Virgine siccitas autūnalis apparet. Ve℞ diximus iam de signo℞ natura nō ꝓficisci istā quatuor tempo℞ mutationē: quare positus Sol in Virgine faciet aliis regionib9, quod apud nos facit positus in Tauro. Præterea si hoc obseruabaē cur necessario regnare mars statuebatur? sub quo. s. estuat mundus, sicut sub uirgine iam arescit. Est aūt Mars planeta feruentissimus quē tamē in capricorno uolunt exaltari, sub quo frigore, gelu, glacieq; distringimur: Ve℞ ad meridiē inquiunt Capricornus: est autē pars meridiana calidior. Hoc est quod uobis obiectamus astrologi istā. s. leuitatē & inconstantiā rationū uestra℞ (Si tamē rōnes istæ dicēdæ sunt) nā de signo eodē ꝓ cōmodo ꝓq; arbitrio uestro nūc q̄si de calido, nūc quasi de frigido disseritis. & mox idem nec calidū iam nec frigidū, sed humidū potius uel siccū appellabitis ī partitōe signorum Capricornū terrenū facitis, quare siccū: ad Martem cū trāsfertur, inter feruentia cōputatur: & cū Saturni domicilū dicitur syderis. s: gelidissimi niues & pluuiæ sub eo fieri memorātur. Qd̄ si Capricornus quasi calidū signū Marti cōdonaē, debet simili rōne Cancer frigidissimus numerari: quare Iouē ꝓfecto regem non habebit, uiuifico ut dicūt calore ꝑpotentē. Ve℞ presto est latebra ī quā se condāt. Nam suscitat inquit Ptolomeus Iuppiter uentos aquilonares: quare signū ad aquilonem positum illi cōuenit. At confugere primū astrologi alii huc non possunt qui negant huiusmodi uentos a Ioue suscitari. Præterea nec Ptolomeus excusatur q simili rōne in occidentem debuit mittere Martē, nō in meridiem cū occiduos uētos nō australes a Marte putet excitari. Mitto Geminos & Leonem ad boreā īclinare, cur nō igitur potius Leo exaltatio Iouis? Nō cōuenit, inqt Auērodan, calor Leonis Ioui, īmo uero magis q̄ frigiditas Cancri. Adde ꝙ Leo trigonū Iouis signū diurnum & masculum, Iuppiter itē masculus & diurnus. Cancer inter fœminea nocturna aquatica designatur, quæ a iouis natura cūcta amouentur. Cōuenit igitur oīno magis illi Leo q̄ Cancer. De uenere & Saturno nihil minus delirāt ut sit libra Saturni sublimitas: qm̄ soli cōtrarius est Saturnus: Venus in piscibus exaltetur qm̄ humida est, & sub piscibus ueris humiditas incipit. At enim sæpe iam diximus non signorū naturā cōsequi temporū istas qualitates: sed accedentis solis & recedētis positionē. De Saturno ut solent ꝓ comodo loquuntur. nam hic quidem oppositum soli faciūt alibi συμφερετων: hoc est eiusdem cōditionis esse prædicāt: quare ab utroq; significari patrē: utrūque esse orientalem. Sed uterq; masculus: uterq; diurnus. Sed ni-

De martis exaltatione

De iouis sublimitate

Ptolomeus

De exaltatione ueneris & saturni.

mis ꝑfecto multa dictari ſi alia huiuſmodi particulatim cūcta ꝑſequimur: quibꝰ aliī parum conſiſi nouam excogitauerunt rationem utiq; breuiorem ſed oīno īeffi/cacem eſſe enī triquetra uel exagona domiciliorꝝ exaltationes planetis ꝑterq̄ ī mercurio. Quod ſi quæras cur in luna uenere marteq; exagona/triquetra ī aliīs malue rint. Reſpondent trigonum diurnis potentioribuſq; planetis magis cōuenire: no/cturnis autem qui ex hæreſi lunæ ſunt quod arabes aiz uocant ϭδια τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀκτῖνος: hoc eſt de radii imbecillitate & exagonū. Verꝝ fallūtur ī marte quā do non quoniā imbecillus ideo nocturnis annumeratur: ſed potius ut uigor & effi cacia radii martialis nocturno frigore retardetur: nec ex hæreſi lunæ dici poteſt qui ſit maſculus planeta: quiq; utraq; qualitate a luna diſcordét: & cōtraria oīno atq; luna ratione nocturnus exiſtimetur: nā illa quidem ob naturæ ſimilitudinē: Mars ob diſſimilitudinem/lunari & cancro aduerſus in capricorno: ſicut oppoſitus Tau/ro in Scorpione. Sed procedat iſta coniectura illud reſpōdeant: cur dextra potius triquetra q̄ ſiniſtra? cur ſiniſtra potius q̄ dextra? imo cur in Ioue qdem ſiniſtrum? in Saturno & Sole dextrū? & cū habeāt domos duas planetæ: cur ab altera potius q̄ altera trigonum eſt acceptū? ut cum in ſagittario & piſcibus Iuppiter hoſpitetur cur potius in cancro q̄ in leone debeat exaltari? ꝑſertim cū plus habeat cū ſagittario affinitatem/ut aſtrologi dicūt/plus item (qđ antea dicebamus) & plus longe q̄ can cer illi leo cōueniat. Poſtremo ut huiuſmodi oēs cōiecturas fictas a poſteris intelli/gas/nec oīno fuiſſe quibus primi inſtitutores huius dogmatis iecerint fundamen/tum: hinc cognoſcas ꝙ rōnem nō reddūt cur nō tali in ſigno/ſed in tali ipſius ſigni parte planeta dicatur exaltari: cuius cauſam ſupra ex uetere aſtrologia demōſtraui mus: Quapp Aboaſar difficile hoc inuenire fuiſſe dicit uniuerſitati aſtrologorum: & ipſe ne oīno nihil loqueretur multa anxius ſuper hac re nimis peruerſa/& fa/buloſa ſubtilitate diſtorſit. Quare liquet indubie occaſione quā diximus ueteris di ſciplinæ putātis in his gradibꝰ a ſuis cētris diſtare maxime planetas receptum hoc dogma a genethliacis de altitudinibꝰ planetarꝝ: quarꝝ q̄ uana ſit obſeruatio nemo iam nō intelligit: nō ſolū ꝙ ad naturā poteſtatēq; trāſtulerūt quæ fuerit loci ſituſq; cognomīatio. Sed quoniā in ea re uetus aſtronomia forte fallebatur/nimis īter pri mordia fallax & parum explorata: & ut uera illi tunc decreuiſſent ratio poſteritati illa nō cōgruit/ꝑmutatis abſidibus & quæ apogea dicūtur ſyderꝝ errātium. Reprobatio.

Caput XV Rationes aſtrologorum de trigonis & trigonocratoribꝰ: atque ob/iter de ſignorum ſexu cōfutantur.

n Eq; uero putemus aſtrologos occaſione tm̄modo accepta delirare oculatio/res q̄ ut deuiare ſine duce nō poſſint. Præuaricātur ſæpiſſime ubi nullus ē obuaricator. Nam de iſtis quidem exaltationibꝰ mathematicis fere debent qđ inſaniunt: q̄q̄ ſibiīpſis magis/ne qua eos iniuria defraudemus. At quæ trigona uocāt uulgo triplicitates/ipſi pepererūt neq; eos hoc loco quicq̄ matheſis iuuit: quæ qm̄ res inde dependet ꝙ ſigna quædam ignea faciūt: quædā terrea: quædā aerea: quædā aquea: reddere prius ſuper his rōnem eos cogemus: & quomodo hoc qdē

Nõ posse ele mẽtarias q̄li/ tates signis ascribi.

huius planetæ trigonũ: illud illius bene diffiniãt examinabimus. Dicite igitur uiri sapientissimi interp̄tesque cælestium qua ratione elemẽtorꝝ istas qualitates ĩ cælo signis distribuistis? Auenrodan magnus ĩ uestra disciplina signorꝝ naturam uel ad solẽ refert uel ad stellas: ad solẽ ut talis signi natura dicatur/ quale opus est solis id signum pmeantis: quo pacto mobilia signa/ æqnoctia uel solstitia: reliqua fixa uel cõia dicũtur: Ad stellas si hospitantiũ inibi stellarꝝ uirtutes signo attribuũtur. Neutrã rõnem uideo quadrare uestræ partitiõi: nã si solis opera seq̃mur/ igneus erit cãcer/ nõ aquarius: sicut aqueus sagittarius magis q̄ igneus: nõ igneus aries sed aereus/ taurus humore atq; calore potius abũdabit q̄ frigore & siccitate: atq; cõditio signorꝝ fere oĩum cõmutabitur: quæ nec erũt ppetua (qđ uos uultis) Si referẽ ad stellas idẽtidẽ suis sedibꝫ migrãtes: an Alchindi ratio potior existimãtis cũ ĩ Zodiaco quattuor sint signa prĩcipalia/ duo æquinoctialia/ duo solstitialia his quattuor primas elemẽtorꝝ quattuor qualitates assignari igneã arieti/ aqueã cãcro/ aeream libræ/ terreã capricorno. Tum qa trigona radiatio locis cõgruẽtibꝫ ĩcidit. ideo signa cuilibet signo utriq; triãgula/ naturam similẽ iure statuũtur sortita. Sed neq; ista rõcinatio quadrat: qm̃ ĩ referẽdis ad signa quattuor ꝓprietatibꝫ elemẽtorꝝ duplex potuit eius ordinis eẽ rõ/ altera ꝓ cognatõe signi & elemẽti: altera ꝓ situ ipsorꝝ elemẽtorꝝ: ut primũ primo tribueretur: secũdũ secũdo: atq; ita deinceps. Si primũ obseruarũt ut calida calidis: frigida frigidis respõderent. ignem ut dixi cancro dare debuerunt: aerem ariet. Si alteram aerem canro: qui secundus est ab igne.

Cõtra rõnẽ Alchindi

Rõ Alchĩdi. Confutatio.

Sed opposita inquit Alchindus/ calor frigiditas/ danda igitur signo temporis secũdi/ hoc est cãcro ĩmo/ ideo libræ quæ opponitur arieti: ꝙ si p̄ponẽdam aquam aeri dicãt/ qm̃ sit efficacior iã seipa natura faciẽt sapiẽtiores. Præterea si agens q̄litas qualis frigiditas/ nõ qualis humiditas patiẽs cãcro cõuenit quomõ ab eis inter fœminea signa nocturnaq; deputatur? nõ potius ĩter diurna & mascula? qđ obseruãt & in planetis/ nõ aliũde magis rõnabiliter sexũ in cælestibꝫ/ q̄ penes agentes patiẽtesq; qualitates: ꝓptereaq; iouẽ solẽ & martẽ in qbus calor saturnũ in quo frigus excellat mares appellauerũt: lunã & uenerẽ fœminas qm̃ humidæ sint. Sic igitur aqua & ignis mares etiã ab ægyptiis dicebãtur ob causam memoratã: aer atq; aqua fœminæ: itaq; aquea signa statuerũt/ debuerũt astrologi masculis ãnumerare/ nõ fœminis: qđ in oĩbus tamẽ pariter fecerunt: cãcro. s. piscibꝫ/ scorpione: aerea cõtra mascula decreuerũt/ cũ sit tamen humiditas aeris qualitas ꝓpria: Pugnat igitur in his secũ astrologia & seipsam euertit ut ubiq; tamẽ delirans. Nãq; ut a ꝓposita re nõ tamẽ ab re digrediamur/ quæ leuissima ista nugamenta? discernere sexũ in cælestibꝫ/ tali p̄sertim cõiectura/ qua moti sex signa masculina/ sex fœmenina statuerunt/ ut primũ marẽ/ sequens fœminã: atque ita per uires semper alterũ uirum alterã fœminã. Nam si erat hoc faciendũ debuerat ꝓ natura signorꝝ fieri: nõ ꝙ fatali & uana istiusmodi cõsequẽtia/ primi. s. & secũdi/ atq; ita deinceps: qđ quã habeat rõnem audi ex Ptolomeo. Nox inquit diem sequitur/ & fœminæ hærent uiris: debet igitur signo masculino fœmineũ ꝓximum statui. Contra quã rationem non

Nõ eẽ alia signa masculĩa & alia fœmenina.

Vide ĩsulsam Ptolo. rõnem

est utiq; disputādū sed ridēdū/nisi illud forte serium est ut uideamus prior ne die nox/an nocte dies/ut fortasse nocturna signa debuerīt anteponi: qa potius dies noctem sequatur q̄ nox diē. Scriptū ē enim/factū est uespere & mane dies unus q̄pp hæbrei tēpoꝝ initia a nocte statuerunt ueꝝ occupatiores q̄ ut nugari liceat multis uerbis. Quāq̄ apud ipm etiā Ptolomeū multū habeat momēti sexuū ista diuersitas/apud quē refert nō parū in masculis, an ī fœmineis signis planetæ īueniātur. Quod si cōpertū expimētis dogma cōtendāt/quæro qbꝯ/suis an ueteꝝ? Si suis canos nō habēt, ut tāta sit auctoritas: si antiquoꝝ/at ex antiqs magna pars aliter sentiebat/multi ordinē ab horoscopo faciebāt ut esset exoriēs signū semp masculinum atq; diurnū: reliqua cōsequenti ordine p uices diuiderētur. Alii quattuor quidem signa diurna fecerunt arietē/cancrū/leonē/& sagittariū: quattuor nocturna/geminos/librā/capricornū/& aquariū. Quatuor pmiscua/taurū/uirginē/pisces/& scorpionē qn receptā opinionē explodebat antiquitas. Vnde illud ex uetere astrologia

Sunt quibus esse diurna placet quæ mascula surgunt.
Fœminea in noctem latis gaudere tenebris.
Qui non multa sibi nullo monstrāte loquuntur.

Quo ī loco miꝝ quātū delirat triuialis quidā istius poetæ īterpres lēge item illi rationabilius (siqdem cum rōne aliquādo est insaniendum) q oīa pariter ignea atq; aquea diurna appellauerūt: reliqua sex nocturna terrea. s. aerea. Item si quod placet Ptolomeo masculum & diurnum se consequuntur/erunt mascula illa/ista fœminea. Sic ille cecinit.

Nāq; sagittarii signum rapidiq; leonis
Et sua respiciens aurato uellere terga
Tum pisces cancer & cancri scorpion ictu
Aut uicina loco diuersa aut partibus æquis
Omnia dicuntur: simili sub sorte diurna
Cætera nec numero consortia nec uice sedis
Interiecta locis totidem nocturna feruntur.

Legit̃ hic uersus mendosus uulgo ut pleraque alia castigauit Politianus cuius ī libris emēdandis fides pbata: sūma diligentia: rara eruditio.

Fuerunt & qui aliter sentirent quare subdit.

Quin etiam sex continuas dixere diurnas.
Castoris esse uices quæ sunt a principe signo
Lanigeri sex a libris nocturna uideri.

Desinant igitur fidem allegare ueterum obseruationū a quibus tam dissident sæpe q̄ tota astrologia dissidet a ueritate. Obiici autem illu detiā potest si masculum signum principe loco statuendum iudicarunt futurum in incerto qđ nam primū & masculum signum/quemadmodū & incertum: qđ nam signum initiale ut supra declarauimus. Aliis enim cancer/aliis capricornus prima uidebātur: quoꝝ tamē utrunq; fœmineū apud istos. Sed forte nec tam multis eludi fabulas oportuit: q̄q̄ operepretium obiter istam fabulā cōfutasse discernendi cælestia signa per sexus/quo nos ideo diuertimus: ut in cancro pugnare illos se cū ostenderemus: quoniā aqueā

facerent & fœmineam cum sit tamen frigiditas inter agentes qualitates non passi/uas. Quod si prima partitio illis detur in signis tropicis & æquinoctiis nõ procedet in aliis signis ratio distributionis: circulo enim demonstrant ꝙ est flagitiũ in diale/tica quando quidẽ cum hoc loco probant trigona signa eiusdẽ naturæ assumũt ar gumentũ: quoniã trigona radiatio consentientium inuicem est locorũ: & rursus ꝓ/baturi trigonã radiationẽ consentire assumunt ꝙ eiusdẽ naturæ incidat locis. Si/leat igitur iã Alchindus. Reliqua est sententia Abraã auenazræ dicentis rationem istarũ qualitatum a figuris imaginũ & effectoꝝ inibi aĩalium proprietatibꝫ: ut pi/sces/cancrũ/& scorpionẽ/frigida uocẽtur: ꝙ aquatiliũ noĩa effigiẽque repræsentẽt. Leonis signũ calidum ob naturã leonis: atque ita de reliquis. Sed ista quoqꝫ ratio aut nulla si nullæ imagines ut demõstrauimus: aut falsa si aliquæ sunt imagines/ĩ qua cũ signis imagines cõfunduntur: quod supra etiã reprobauimus. Deniqꝫ cum figuræ loco uariẽtur erit ista distinctio signorum tẽporaria: nõ qđ astrologi oẽs uo lunt & ipse etiã Auenazra/ĩmobilis & perpetua. neqꝫ aries igneum signũ erit no/stra tẽpestate. quãdo totũ imago fere piscium occupauit in quintam & uigesimam eius partẽ arietis imagine iã delata. Quod si nulla sunt trigona nulli sunt & trigo nocratores: hoc est domini ut dicunt triplicitatum. Quãq̃ etiã si illi cõcedãtur: de his tamen/ut solent/extra rõnem etiã definiunt. Neque enĩ denegabũt/si quo in si/gno planetæ alicui bene sit/male esse in eo qđ per diametrũ illi aduersatur: patet ĩ domibus hoc planetarũ: patet in exaltationibus. Quod si est apud eos maxime cõ/fessum: quomodo obliti dogmatis astrologici in oppositis trigonis tres planetas eos dem regnare uoluerũt: ĩ terreo. s. & in aqueo Martẽ Venerẽ & Lunã. Taurus op/ponitur scorpioni: uirgo piscibus aduersatur: e caneri regione residet capricornus: & tamẽ in tauro/uirgine/& capricorno qui dominãtur: iidem in cãcro piscibus scor pione trigonica oẽs regnant potestate. Nec si tamẽ astrologos roges cur deiiciatur mars in cancro aliter respondebunt q̃ qm̃ iidem exaltatur in capricorno: & cur in/festetur ille in tauro: quoniã domicilium dicent/habet in scorpione. Pugnant igi/tur hæc inuicẽ omnia & mutuo falsitatis ipsa se redarguũt Adde ꝙ in prima trian/gularitate Albumasar Alchabitius omnesqꝫ latini dominari saturnum cum ioue so leqꝫ decernunt: in qua tamẽ saturnus exulat in leone: deiicitur in ariete: in sagitta/rio nihil suũ agnoscit. Verum inquiunt diurnus quemadmodũ iuppiter & sol: ue/rum etiã frigidus cũ uterque illorũ calidus habeatur. & si cũ agebatur de exaltatio nibus saturno librã assignabãt tm̃ ob eam causam ꝙ naturæ solis opponeretur. cur regnũ in ariete/cur in domino triplicitatis cõtra naturam ipsoꝝ signorum soli asso ciatur: quasi naturæ solis cõgruẽtissimus. Plura sunt hoc genus: sed prosequi singu la forte superuacuũ certe molestum mihi & nauseabundum. Quod si ad fidẽ hic etiã experimenti/rursus ego ad discordiam huiusmodi experimentorum/quando quidem ægyptii duos tm̃ faciunt trigonocratores: ut ex monomeriis licet intellige/re. Reliqui tres constituunt qui deinde inter se dissident. nam in primo quidẽ triã/gulo dominari saturnum Albumasar/Alchibitius/latini uolũt: Ptolomeus martẽ

Rõ Abraam auenazræ

Trigonocratores quos do minos uocãt triplicitatũ ni hil esse.

Albumasar. Alchabitius.

Albumasar. Alchibitius: Latini.

Cõtra in secundo Ptolomeus Saturnũ: Arabes & latini fere omnes Martẽ: ĩ quar to dominũ eum facit Ptolomeus. s. martẽ/ suppares duos quasiq; secũdarios domi nos, nocte lunã/ uenerem ĩterdiu. Alii martem cũ uenere æquãt ĩ principatu: nec martẽ imperare nisi noctu uolunt: uenerem interdiu/ tũ lunæ secũda noctu dieq; auctoritas apud eos: recentiores/ arabum opinionẽ & latinorũ experimẽtis aiũt cõ firmari/ Auenrodã ipse (ne cõmemorem græcos) omnes effectus astipulari senten/ tiæ affirmat Ptolomei. Mitto plurima in quibꝫ super iisdem triangulis digladian/ tur: quoniã supra actum est de illis: patet autem hinc magnas etiã cõiunctiões dis solui quatenus pendent a migratiõe trigonica ne cõmemorẽ alia dogmata astrolo/ gorum ab his maxime trigonis fidẽ originẽq; ducentia. Ptolomeus. Recẽtiores Auenrodan.

Caput XVI De faciebꝫ: terminis: dodecathemoriis babiloniorum: nouẽnis mo nomiriis q̃ parum cõstent testimonio etiã ipius Ptolomei.

Eliquũ facies finesq; cõfutare ut de omni sit dictum cũ signis affinitate pla/ r netarum. Nam tam domos euertimus: exaltatiões deiecimus: trigona oblite/ rauimus: nullum tamẽ negotiũ in his cõfutandis nam facies nullæ/ etiam apud Ptolomeũ: sic etiã græcis quoq; qui & decani. Sed & decani quidem signorum: facies autẽ planetarum. Has igitur facies Ptolomeus aspernatur ĩdignas ratus de q/ bus haberet mentionem & quibꝫ unq̃ in apothelesmatis uteretur: quas cum nul/ lis astruere illi possint ratiõibꝫ/ possent forte ꝑtendere experiẽtiam: nisi illos cõcor/ dia hoc quoq; loco desereret. Alias enim Indi/ alias Babilonii quos arabes imitan/ tur: alias Maternus planetarum facies esse uolũt. Primus Tauri decanus apud babi/ lonios faciem gerit Mercurii: Veneris apud indos: Iouis apud Maternũ: Secũdus his quidem lunæ: aliis mercurii: aliis martis: Primus geminorum caldeis Iouis: Indis mercurii: Materno martis: quos ne prosequar oẽs ꝑiculatĩ/ Babilonii methodum istã sunt secuti: ut primũ quidẽ decanũ principia. s. arietis marti darẽt: q̃m ea do/ mus est martis: tamẽ ꝓ ordine spherarum sequẽtes sequẽtibꝫ planetis primam decu/ riã cuiuslibet signi patrisamilias/ hoc est domino domus/ reliquas duas dominis si/ gnorum eius trianguli. Materni cõmentũ penitus arbitrariũ ueterẽ tm̃ traditionẽ ꝓ/ tendit: quæ cũ aliquis pensitat illud etiã cognoscat: nõ ueris obseruatõibꝫ aut fide expimentorum hæc illos dogmata decreuisse: Sed infirmis huiusmodi leuibusque cõ/ iecturis fidem expientiæ: de quibꝫ deq; ipis etiã experimẽtis latissime inferius po/ stea disputabimus. Sicuti autẽ ægyptii decanos excogitarunt in tres partes signum diuidentes: ita Babilonii dodecathemoria signũ in partes duodecim dissecãtes hoc utentes illi dodecathemorio: nõ eo quod Maternus illis ascribit: auctores Mallius & Porphyrius meminit etiã Ptolomeus sed irridẽs. atque ista dodecathemoria uo cari τοπους: hoc est loca. Albumasar item & Auenazra & Hispalẽsis huius tm̃ dodecathemorii meminerunt: non eius quem Maternus & Alchabitius & Helio/ dorus tradunt: de quo nos postea suo loco dicemus. Saxoniensis in cõmentariis ĩ Alchabitium nominis affinitate deceptus utrunq; confundit Indi sua quoque ipsi figmenta cõminiscentes in nouem partes signum quodlibet diuiserunt: statuentes

Apd' Ptolo. multæ sunt facies. Variæ facies uariorum. Primus tauri decanus Secundus. Primus gemi norum. De dodeca/ themoriis Ba bilonicrum. Porphyrius: Albumasar. Auenazra. Hispalensis. Error Saxo/ niensis.

primam partē esse domini signi: quod ex eo trigono mobile fuerit: ut prima quidē nona pars arietis martis sit: nā aries mobile signum: prima uero leonis rursus martis: quia signum ex ignea triangularitate mobile aries est. Sequentes autem partes ponunt de serie sequētium signorum: ut si primus sit martis cuius aries domus est, secunda sit ueneris: tertia sit mercurii: ꝙ illa taurum: hic geminos domum habeat. Aegyptii rursus in singulas partes singula numerauerunt: quas uocauerunt monomirias: assignaueruntque illas planetis per ordinem trigonorum: ita scilicet ut cuiuslibet signi pars prima esset monomiria planetæ qui dominus sit trigoni illius: nocturnus quidem si genesis sit nocturna: diurnus si diurna: secunda pars domini secundi eiusdem trigoni: tertia domini trigoni signi sequentis atque ita deinceps: ita tamen ut idem planeta uno decursu bis monomiriam non sortirtur: quas omnes anatomias & dissectiones non aliis q̄ ipsius Ptolomei uerbis confutabo: q omnia ista ουφυσικον αλλα κεροδοξον λογον hinc dixit: hoc est non habere physicam ullam rōnem: sed uanā ostentationē: nec poterat rectius super his definire. nam quanto ista plus habent temeritatis & maiore licentia confinguntur: tanto rudibꝰ & imperitis mirabiliora maioraque uidentur. Nec aliud fuit ī causa cur Aboasar magnus in astrologia habitus sit uir alioquin nescius mathematicæ: q̄ ꝙ illi nihil parum rationabile uisum: sed coaceruauit omnium simul fabulamenta: nihil reiciēs nec aspernatus: quare plura q̄ alii uidetur secreta prodidisse: quia fabulas. s. plures cōmemorauit. Reliquum est de finibꝰ quos non aliter quidem breuiter confutabo, q̄ ex discordia ipsorum adhuc de finibus inter se litigātium. alios enim Ptolomeus præscribit: alios ægyptii: alios babilonii: alios indi: alios nescio, qs astrologus meminit Albumasar: ex cuius sententia in magno introductorio promit mira iuniores ægyptiis adhærent, græci Ptolomeum sequuntur: & cum eis Auenrodan: alii suos quoque habent sectatores Quare non solum signa ipsa nulla: sed istæ quoque si signa aliquid essent planetarum cum signis affinitates: ut hic quidem domus: alibi regnum: alibi fines habeant: friuolæ, fabulosæ, pugnantes, comētitiæ sunt: neque solum latini dissentiunt super his: sed in ipsarum inuicem collatione. nam uulgo primas partes dant domui: secundas exaltationi: tertias finibus: quartas triplicitati: quintas faciei. Ptolomeus primo loco domum: secundo triplicitatem ut placet Haly: tertio exaltationem: quarto terminum locat: faciem pętermittit: Chaldei domos non habent: ægyptii monomirias omnibus addunt, nouenas Indi: Babilonii dodecathemoria: triplicitatem cum domibus non ponunt. Maternus plus tribuit altitudini q̄ finibus: plus finibus item q̄ domibus. Gaudent enim inquit stellæ principe in loco in altitudine sua positæ: Secundo loco in finibꝰ suis: Tertio in domibꝰ suis. Vanissima igitur dogmata astrologoꝝ quæ nec rōnibꝰ firmant nec experimētis: quādo in illis nugātur: in istis nō concordant.

De monomiriis ægyptioꝝ

Confutatio oīum istoꝝ p uerba Ptolo.

Quare Aboasar magnus ī astrologia.

Caput XVII De gradibus fœmineis, lucidis, tenebrosis & aliis id genus ꝙ eos cōtēpserit Ptolomeus: neque ī eis conueniant alii astrologi.

C Onsutauimus eas diuisiones signorum quas referunt ad planetas: ut hic quidem exaltetur Mars alibi Sol. Hæc sit huius facies, altera alterius: hæc huius monomiria: illa illius. Similiter trigona: fines: nouenas: dodecathemoria: nunc ea forent tractanda quæ de gradibus ipsis absolute tradiderunt: ut hi quidem lucentes: alii tenebrosi. alii fortunantes: alii ut dicunt puteales: alii ualitudinarii: quos uocant alzemena: alii masculi: alii fœminei: Sed supra satisfactum est magna ex parte: nunc illud addiderimus: Omnia hæc quoque contempsisse Ptolomeum: cuius interpres Auenrodan, tantum illis uidetur concedere ut hæc obseruent si ueritatem experimentis in his esse deprehenderint. Sed quæ fides erit experimenti, cum de gradibus masculis & fœmineis sex ferantur opiniones. Aliter enim eos leges apud Firmicum descriptos: aliter apud Albumasarem: aliter apud Auenrodan: aliter in Alchabitio: Variat Abraam in plerisque: tum ab omnib⁹ his penitus discordant qui duodecimam cuiusque signi partem nunc masculam faciunt: nunc fœminam uicibus alternis: primas partes ex signi genere statuentes. Mitto qui gradus duodecim ex triginta in sexu signi ponunt, sequentes totidem in opposito tum reliquas sex æqua portione pariter partiuntur. De lucidis & tenebrosis, & obscuris alia opinio primum apud ueteres ex positiōe stellarum: quoniam eam partem lucidam uocabant in qua erat stella, perpetuumque id crediderunt: quoniam putabāt stellas non moueri: quare errabant si Hypparco, Ptolomeo, & reliquis assentimur posteri dogmatis origine non perspecta: quāq̄ stellas moueri contendunt: eosdem tamen gradus lucentes: eosdem tenebrosos quos prisci determinant: in qua re quanta nata apud eos confusio: quantaque peruersitas rerū & dictionū, superius explicatū est: ut nihil posset esse minus q̄ uera super his apud eos experientia. Erratū idē ab eis in gradib⁹ quos augentes fortunam dicunt: ibi quoque declarauimus: quos & aliter magna ex Parte apud Alchabitium, aliter apud Albumasarem: aliter apud Auenazram inuenies annotatos. Eadem diuersitas in putealibus: quos nullus ueterum posuit: nec potest non mentiri Aboasar ægyptiorum se sequi sententiam dicens, quando illos enarrat: quandoquidem ex illis plurimos quos Aboasar puteos facit Ephestion thebanus totius ægyptiæ astrologiæ peritus inter lucentes gradus enumerat: ut arietis sextum gradum: & Tauri quintum: & trigesimum geminorum: & uigesimumsecundum cancri: & ī aliis signis alios multos: quid ꝙ doriēsis quidam astrologus qui se uocauit perscrutatorem de istis graduum proprietatib⁹ aliter omnino sentit q̄ omnes ueteres: nec pro suo dogmate aliud q̄ experientiæ fidem allegat: ꝙ scilicet ueterum dictis euenta nō respondeant: Respondeant suis: uana igitur infidelis, inconstās, ista quoq; obseruatio graduū diuersorꝫ, nō solū a nobis sed a Ptolemeo quoq; dānata

Firmicus. Albumasar. Auenrodan Alchabitius. Abraam.

Mendatium Aboasaris.

Ephestion Thebanus

Caput XVIII Partes unde hortæ & q̄tū ī eis dimetiēdis secū pugnent astrolgi

I Am partes quib⁹ utuntur in omni prædictione non ne merum figmentum res uana: dogma uoluntariū: nūera inquiunt gradus inter hunc planetā & illū interceptos: & cū totidē ab horoscopo gradus pcensuerit ubi nūerus

desinet/pars erit ibi rei cuiuspiam significatrix/non aliter obseruanda q̄ planetæ/q̄ stellæ: quo præcepto quid fingi potest delirius? non solum ꝙ uirtus in cælo naturalis ubi nulla stella/ubi nec lumen/nec alia qualitas naturalis: sicuti nulla utique in eo gradu ad quem numerus ille terminatur. Verum quoniam ista dinumeratio ad libidinem quoque fingitur/nec ullam habere potest physicam rationem. Aboasar nugacissimus reddere causam uoluit huiusmodi partium quod antiquorum fecerat nullus. Sed ita tamen aliquid dixit/ut in sūma loquacitate nihil loquatur. Nam uerborum eius summa tandem hæc est: cum fuerint planetæ duo significantes eandem rem distantia quæ est inter eos habere uim quoque significandi: sed illam ab horoscopo dimetiendam. quoniam quæ uentura sunt bona malaue sciātur cognito loco ad quem rerum suarum significator prouenit ab horoscopo: quare gratia exempli cum sol atque saturnus sydera sint parentum/interuallum quo inuicē dirimuntur ab ascendente numerandum/& in gradu qui fuerit numerus eius futuram significationem super parentes/ut in quo solis saturnique potestas in quendā modum quasi copuletur. hæc est subtilitas Aboasaris in qua supponitur quod negatur/quodque in primis a nobis irridetur/esse. s. illi distantiæ talem uim ut similis interualli finis ducti ab ascendēte uim aliquam habeat efficiendi. hoc quam habeat rationem reddere debuit/quod cum minime faciat non est illa opinionis ratio: sed narratio: quæ non solum ut uidimus est inefficax: quoniam de quo quæritur nihil probat: sed est falsa repugnans principiis astrologorum: quando partium auctores (ut mox diximus) primas partes fecerunt ipsorum planetarum non rerum & euentorum: sed fuit a posteris postea id excogitatum. In partibus autē planetarum Aboasaris ratio quem habeat locum/dicentis partes accipi ab interuallo duorum planetarum eandem rem significātium/præsertim ꝙ nullius planetæ præterq̄ solis & lunæ per se distantia accipitur apud Hermetem qui auctor prius harū partium fuit in eo libro cui nomen fecit παραρετω. sed a planeta cuius pars quæritur & parte alterius luminarium. Capit enim uenereani partem a parte solis & ueneris: ubi deceptos Aboasarem & Alchabitium primo libro notauimus. Mercurii a parte lunæ quæ fortunæ dicitur ipsoq; mercurio ubi illi quoque aberrauerunt. Martis a marte parteque fortunæ: Iouis a parte solis & Ioue: Solis & lunæ abinuicem/ut est omnibus manifestum. Nec alias res significari uult per partes: quāq; quisque planeta cuius esse dicitur pars significat. Adde ꝙ rerum partes non accipiuntur a planetis eas res apud astrologos significantibus: Quoniam quidem Mars fratres significat apud omnes: & tamen pars fratrum a ioue atque Saturno: nunquā autem accipitur a marte. Et ueteres omnes partem coniugii corrogant a Saturno cui planetæ cum nuptiis nullum coniugium esse uoluerunt.

Confutatio.

Rō Aboasa.

Hermes primus auctor partium Aboasar Alchabitius.

Commentum igitur illius Aboasaris non modo leue & nugatorium supponentis id scilicet de quo disputatur. Sed ab opinione auctorum istius dogmatis de quo disputatur alienum. Quos aliud mouit q̄ quod iste nugator post tot sæcula somniauit. Fuit enim erroris huius occasio prima talis. Visum

antiquioribus orientem gradum/hoc eſt horoſcopum ſoli reſpōdere: q̄re cum luna ꝑpemodū ſoli ſupar exiſtimetur/alterꝝ eē horoſcopū uoluerūt lunæ ꝓportōe reſ/pondens. nec alio loco potius ſtatuendum iudicarūt q̄ q tm̄ diſtaret ab oriente q̄tū ſol in qualibet genitura diſtaret a luna eū locum κληρομτυσησ.i.ſortem fortunæ uocauerunt ob eam quam paulopoſt cauſam commemorabimus. Docet hoc ipſe Ptolomeus apoteleſmatum libro tertio cōmoneſaciens quoq; illud omnem antiq/tatem conueniſſe/ut ab horoſcopopo tantū pars fortunæ diſtaret/quantū a ſole lu na: nec uariare ſententiam eorū qui in nocturnis genituris a luna potius compu/tant in ſolem: quoniā iidem ab aſcendente ad antecedentia ſigna ſe conuertūt: q̄re deſinunt eo loco quo & illi qui a ſole ad lunam ſupputantes pro ſignorum cōſequē tia numerant: cauſam nominis ſuſpicer talem: nam cum duos quaſi horoſcopos fe c.ſſent alterum ſolis/alterum lunæ illi quidem: hoc ē uero atq; ſolari: corpor.s atq; animi ſortem tribuerunt: iſti uero lunari & aduentitio ſortem fortunarum: hoc eſt rerum earum quæ extra nos ſunt: ut a primo noſipſi: a ſecundo quæ noſtra ſunt ta tum ſortirentur: quare lunaris horoſcopus ſors fortunæ nuncupatus neque ex alia re magiſq̄ ex ipſa de fortunis iudicat Ptolomeus. Nam uulgo ſortes iſte partes di/cuntur: loca uero apud Maternum. Hoc cum receptum iam foret Hermes quidā ægyptius parum ſpectata prioris inſtituti ratione putauit a pari exemplo omnium planetarum ſortes faciendas/atque ita ſaturni & reliquorum ſortes conſtituit in li/bro cui titulus παραρετω: uocauitq; ptē ſolis αγατομΔαιμομα: hoc ē bonū deū ſiue demonē/iouis μικημ.i.uictoriā mercurii αμακημ.i.neceſſitatē ueneris: εροτα.i.amorē martis τολμαμ.i.audaciā ſaturni: μεμεσιμ.i.nemeſin/ī qbꝫ ordi/nādis hāc methodum obſeruauit/ut unāquāq; partē acciperet a diſtātia ipſius pla netæ cuius eſt pars ad partem aut ſolis aut lunæ: ſolis quidem in uenere & ioue/lu næ in cæteris & ubi ſolis parte foret utendum ab eo computus fieret in diurna geni tura: in nocturna uero a planeta ad partem: cōtra fieret ubi fortunæ utitur parte: ſed & omnium duci numerum ab horoſcopo iuſſit: quia id factum uidit ab antiqs infortunæ parte: cuius exemplo reliquas cogitauit: parum animaduertens eā (qua liſcunq; ſit cōiecturā) qua moti ueteres lunæ ſortem ſtatuerunt non conuenire in re liquis planetis: quibus cum ſole non ea uel paritas uel cognatio: ut illi aliquid uice horoſcopi reſpondere ſit neceſſe/quemadmodum ſoli oriens correſpondet: uerum utinam iſtis finibus hæc ſe fingendi licentia continuaſſet. Nam Paulus alexandri/nus Hermete quem diximus aliquot ſæculis iunior addidit partibus planetarū par tes quattuor non iam ſyderum/ſed rerum parentum.i.filiorum/fratrum/& coniu/gii: quod inuentum occaſio fuit ꝑterea ita delirandi: ut innumerum numerum ef/fingentes fere quiſquiliarum partem in cælo deſignarent. Nam & cicerum & faba/rum/& lentis/& ordei/& ceparum/& mille rerum huiuſmodi partes apud arabes oēs & latinos legis auctores chaldeos nullis uſos ptibꝫ nō tā moueor ut credā qm̄ ī uentū fuit ægyptioꝝ q̄ qm̄ Porphyrius īſtitutōes ſcribēs apoteleſmaticas ex chalde orum ſententia/partium nuſq̄ meminit: Ptolomeus ꝑter fortunæ partem reliquas

Vnde nomē ſortis fortūæ

Paulus alexā drinus addi/dit quattuor partes

Innumerus nūerus ptiū.

Chaldeos ptibus nō uſos.

Porphyrius.

omnes abominatur: q̄q̄ rectius etiam illam contempsisset cũ horoscopũ lunæ & quicquid ĩ eo cõminiscuntur uanum & arbitrarium sit. Sed uidetur erratũ illi ueniabiliter cum ad ea respicitur in quæ de unius partis exẽplo/astrologorũ licentia subtili temeritate/ꝑlapsa est. Qui cur distantias seruent planetarum duorum/curq; illam numerent ab horoscopo/causa iam patet: quoniã. s. ita factum ĩ fortunæ parte repererunt/in quo factum id a ueteribus: quia quasi horoscopus quærebaẽ. q̄re in ea distantia fuit collocanda ad orientẽ/in qua sol a luna mouebatur/postea originem dogmatis nesciẽtes suas ibidem quales narrat Aboasar fabulas confixerunt. Qui si potius experimẽtis q̄ ratione motos se dicãt/respõdebo q̃ hactenus semp̃ feci nõ esse expimentis auctoritatẽ/super quibꝰ æquali hoĩes auctoritate non cõcordant. Euenit autẽ & hoc in partibus ut in omni dogmate astrologorum. Et primũ ipsam fortunæ partẽ alius fere semper alio loco statuit. Quoniã Ptolomeus seu diurna fuerit genitura/seu nocturna computandã a sole ad lunam præcipit: alii a nocturna genitura cõputandum a luna ad solẽ affirmãt partem ueneris Heliodorus & maternus a parte demonis ad uenerem interdiu nocte cõtra Alchabitius sequẽs Aboasarem a parte fortunæ ad partem demonis ĩ nocte. Interdiu a demone ad fortunam. Abenzagel a uenere in fortunam & die & nocte pariter accipit. Parentum partem arabes in diurna a sole in saturnum: in nocturna natiuitate a saturno in solem accipiũt/Heliodorus si Saturnus radiis occultetur si nox fuerit aut dies a marte pergit ad iouem. Partem fratrum Maternus nocte a Ioue in Saturnum. Græci nocte sed interdiu a Saturno in Iouem. De cõiugio dissonant mirũ ĩmodum: Nã si mariti sortem inquiras Alchabitius semp̃ a sole numerat ĩ uenerem. Heliodorus in uenerem quidem sed a saturno. Maternus ex antiquorum sententia iubet ut interdiu q̄dem a saturno eamus ad uenerem nocte uero a uenere incohemus/se uero quod alii quoq; p̄cipiunt multis in genituris ꝓbasse testatur/ut in diurna nocturnaq; genitura a sole ad lunam semper cõputetur. Qđ si fœminæ geniturã perscrutemur/Iubet Maternus interdiu a marte in uenerem cõputari/nocte a uenere ad martem. Alii semper a uenere in saturnum: quã Abenzagel Vellii: Alchabitius Hermetis ait esse sententiam. Abenzagel ꝓbat ut a luna ĩ martem semper accipiatur. Alii semper a sole in martem sic ĩ reliquis dissident/ sed tedium omnia proseq. Partem peregrinationis arabes a domino nonæ ĩ minutias primas ipsius/græci a sole in martem. Partem hereditatum illi quidem a saturno in lunam: hi uero a saturno in uenerem. Seruorum illi a mercurio in lunam: hi a marte in lunam. Partem matris antiqui omnes a saturno in luuam computant: numerum deinde ab horoscopo percensentes: ut in omnibus facere ueteres consueuerunt. Arabes eam a luna querunt in minutiam primam octauæ domus: superadduntq; tot gradus quot saturnus ex signo in quo est perambulauerit: & quantamcunq; computus fecerit summam tantam ab initio signi in quo est saturnus per sequentia deinde signa: Sed non tam ocioli/ut omnes eorum fabulas memoremus illud certe constare cuilibet potest non niti fidelibꝰ expimẽtis: quæ sibi quisq; ꝑ arbitrio dogmata cõfixit.

Aboasar
Ad expimẽtra astrologos nõ posse confugere ob auctorũ dissidẽtiam.
Snĩa Helio. & Materni
Snĩa Alchabitii & Aboasaris
Alia Abẽzagelis
Snĩa arabũ.
Alia Heliod.

Caput XIX Dodecathemorioꝝ sñia exploditur & auctores eoꝝ ægyptii cũ suis quoq; climatericis annis reiiciuntur.

P Ar insania dodecatemorioꝝ pariq; ratione qua partes exibilãda/nõ autem dodechathemorion illud intelligo: cuius supra meminimus: quod est signi cuiuslibet pars duodecima. Sed eius quod traditur a Materno græcisq; scriptoribus in hunc modũ: cuiuscũq; inquiũt stellæ uolueris dodechatemorion quærere partẽ eius duodecies cõputa: siue illa signi ĩ quo est planeta pars decima siue quĩta/seu quouis alio numero fuerit: tũ quãtas sũma cõputatõis cõfecerit diuides eas singulis signis triginta dispartiens. Sed a signi primordio sumes initium in quo stella est cuius dodechathemorion quæris: & in quocũq; signo postremus uenerit numerus ipe tibi partẽ dodechathemorii ostendit. Exemplũ huius pone solem ĩ arietis parte quinta & minutiis quinq;. si qnq; duodecies multiplicaueris erunt partes sexaginta/minutiæ unã facient partem atque ita erunt partes sexagintaunæ Dabis arieti in quo solẽ esse diximus/triginta: tauro triginta dodechathemoriõ in prima geminorum inuenietur. hoc īuento qd uanũ magis aut futile potest excogitari? cũ p numeros istos nulla tamen uis planetæ: nulla qualitas eã in partẽ trãsmittatur. Quod si obseruatum dicitur euentis tã respondere/obiiciã Paulũ alexãdrinum auctorẽ grauissimũ apud ægyptios/quoꝝ illud potissimũ fuit inuentũ/q ta'ẽ obseruationem deprendi falsam attestatur: quare nouã ipse methodũ introduxit contra ueteꝝ oĩum opinionẽ ut nõ duodecies ptes illæ multiplicarẽtur: sed terdecies. s. illi cõputatio antiqua nõ succedebat/ut pote falsa & comẽticia. Et quoniã aliquando terdecies multiplicãdo eueniebat ei quod quærebat/more astrologorũ ex uno successu dogma ĩstituit. Hæc sunt illa mysteria egyptioꝝ: quoꝝ sñias uelut oracula supstitiosum uulgus adorat/quoꝝ doctrina ne dum habet aliqd diuinitatis. sed ridicula etiã semidoctis. Nam si qua foret astrologia nihil minus ægyptii q̃ astrologorum nomẽ mererẽtur/q & reꝝ quæ sunt ĩ cælo ueraꝝ & naturaliũ/hoc est syderũ & stellaꝝ motus ignorabãt/ut ĩfra dicemus: & ĩ pdicendo plus istis fallaciosis somniis utebãtur/q̃ stellis & planetis. Scribit Heliodorus Mercuriũ trimegistũ q ptes planetaꝝ prius inuenit uiam aperuisse: unde p solas illas partes nulla alia re spectata pnuntiari possit de oĩbus pariter monomeriis & dodechathemoriis mirũ quãtũ in omni pdictione tribuebãt: unde eos oblique notãs Ptolomeus prudentissimus astrologoꝝ ait sua se dogmata tradituꝝ υμ διακληρομ και αρισμωμ αμαιτιολογητωμ quæ sint oĩa περιττοσ υποτωμ πολλωμ φλυαρουμενα και μη πιθαμομ εχομται λογομ: hoc est nõ p partes & nũeros inefficaces & causæ rationẽ nõ habẽtes: quæ supflue multi nulla ad persuadendũ ratiõe fabulãtur: cum autem numeros dicit: & quæ reprẽdimus dodecathemoria notat: & q climatericos ãnos faciũt ex nũeroꝝ sola obseruatiõe: ut enneadicos & hebdomadicos. uñ multis molesta senibꝫ supstitio sup ãno sexagesimotertio: qm̃ peius ãgui tygrideq; formidãt. sed peccat ĩ his uulgus errorẽ uẽtabili/q philosophi eẽ uolũt qs excusauerit.

Libri sexti disputationũ Ioãnis pici aduersus astrologos finis.

Quid dodechathemoriõ de quo hic agitur.

Exemplum.

Confutatio.

Paulus alexãdrinus qa falsa hæc deprẽdit aliã excogitauit computationem.

Contra ægyptios.

Ptolo. astrologoꝝ prudẽtissimus

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER SEPTIMVS.

Caput primum. Quid hactenus disputatum: & qd in hoc libro disputandum.

Continuatio huius libri cũ pcedentibus.

h

Actenus nulla esse astrologia demõstrabatur ablata syderũ efficientia/quod ex philosophia: ex syderum dignitate: conditione rerum īferiorꝶ: & fide experiẽtiæ rationabiliter dici a nobis ostẽdebamus. Tum si illa efficiant quod opinantur astrologi: quare hæc tamen aliter faciant q̃ sit ab illis excogitatum/ probauimus nullā de ista efficientia & cõsequenter de futuris rebus cognitionem illis esse possibilem. Nunc illud nobis agendum/ut si fieri cælitus hæc cõcedamus: & quomodo ab illis est confectum/hoc est ab hora primordiali sortiri res omnes fata sua de cælo: quod tamẽ cuiusque rei sit factũ sciri ab eis nõ posse declaremus. Est autem hoc illis primum necessarium si assequi debent ut quæ sit cuique hora fatalis certissime habeāt exploratũ: quod nec sciri posse aut scitum certe ab eis nõ esse præsentis libri disputatiõe docebimus. Et quoniam reꝶ uariaꝶ principia uaria statuuntur: de principio hominis primum disputabimus: & illud esse in ambiguo declarantes: & omnino qualecũque sit/illud certe non eẽ qđ ab astrologis existimatur.

Caput II Ambiguã esse horã fatalẽ si qua eẽt ĩ oĩbus rebꝫ quæ non momento sed tempore absoluuntur & in hominibus maxime: in quibus genitura parum roboris habere uidetur.

e

St autem in decernẽdo principio cuiuscũque rei quæ nõ momento sed tempore consumatur quæstio inextricabilis/an sit fatale illi tp̃s quo primũ opifex facere illam agreditur quãcũque demum causam efficientẽ sortiatur.

Quæstio circa initiũ rei

Fatũ sortiri rẽ cum fieri incipit.

An potius cum absoluitur: an cũ nõ tota quidem simul exigitur sed per partes sint partium diuersarum fata quoque diuersa: quicquid enim dixerimus suam habet ratiõem qua cõfirmetur. Nã si fœliciter manus opifex admouerit quomodo esse potest opus infœlix quod fœliciter opifex operatur? cum ea sit demũ & operantis & operationis fœlicitas si opera & bene et ex uoto operãtis eueniat. Tum si fatum efficiẽter nõ signãter tm̃ est a syderibus/quãdo potius fatum accipere res suũ debet: q̃ cum sydera illum intercedentibus aliis causis efficiunt. Videtur igitur factum ex ea hora pendere qua rem facere primum opifex eius aggreditur. Contra fatum quo pacto accipiet res priusq̃ sit? aut quomodo esse dicetur a nobis cum primũ incipit fieri ut aliquãdo sit? Denique ex spẽ & quæ momento aduenit ultimo cõstituẽte forma res illud est quo est. Quod igitur illi potius fatale momentum q̃ quo esse primum incipit quod est/& seorsum a causa a qua fiebat/sua constare potest natura & firmitate? nõ igitur de hora qua fieri/sed qua esse incipiunt res fata rerum rationabiliter auspicabimur. Rursus si aliæ alio tempore partes absoluentur: cur non quæque decretũ suæ fortunæ de suo tempore adipiscetur? maxime cum experiẽtia

comprobetur/aliter uariis eiusdẽ rei partibus euenire. nam & in corpore eiusdẽ hominis alia interdũ membra recte se habebunt: alia male: & aliqua pars eiusdem urbis ruinis & incẽdiis erit obnoxia: cum nihil eiusmodi reliquis partibus accidat: cur nõ igitur rationabilius unũquodq; moueri & gubernari a propria cõstellatione: q̃ de præterito quodã principio & fortassis abolito trahere res sequẽtes fati conditionẽ. Et hec quidẽ in uniuersum de rebus omnibus dicta sint: nũc particulariter eadem i hoĩe examinemus: de cuius fatali primordio (si aliquod est huiusmodi) multa & ĩextricabilis necessario ambiguitas nascitur. Quid enĩ potius statuemus cum tã multa eius principia/eaque oĩa digna principatu cõspiciãtur? an q̃ inter oĩa primũ tẽpore est punctũ illud fatale tẽporis arbitramur quo uir fœminæ primũ congreditur? an nõ illud quidem: sed cũ semen de mare acrescit in uteꝝ? an potius hæc quidẽ quasi ꝑludia/& necessario antecedentia: Primũ uero humanæ formationis initiũ statuemus cũ adoritur uis ipsa seminalis purissimã partẽ excrementi muliebris eãque cõstituit/hoc est/cogit in fœtũ: quẽadmodũ a coagulo lac unitur & condensatur? An neque hominis adhuc initiũ sed cũ in cõceptu partes corporis oẽs potestate insunt? an cũ membranulis iã siue secũdis circũobducitur? an hoĩem exordiri natura incipit quãdo cor primũ actu secernitur/cuius uirtute quod gignitur iam quasi filius a patre emãcipatus a se ipso incipit gubernari/ut naturæ interpres Aristoteles docuit. Huic enĩ principio uis magna auctoritasq; debetur: cũ & cor primũ sit quod formatur: & ĩ cæteris partibꝯ distinguẽdis cũ motus oĩum: tamẽ incrementũ a corde distribuitur: ut (si nobis est cũ astrologis fabulandũ) quẽãdmodũ cordi insita uirtus: totũ deinde reliquis coagentibꝯ explicat hoĩem: ita hausta prima ĩ corde solaris uirtus totã deinde explicet fati potestatẽ? An potius hinc qdẽ cordis & uitæ fatũ prĩcipale: sed membri cuiuslibet dispositio ex hora potissimum qua disponitur/priuati subit suiq; fati cõditionẽ. Cõsiderãtibꝯ. n. recteque oĩa pensitantibꝯ illud ualde apparet rationabile: ut si gratia uerbi luminaria ut dicũt oculis præsunt/ex luminariũ dispõne cũ oculi disponũtur eoꝝ potius habitus mixtioq; depẽdeat/q̃ uel ex ea quæ pridem cũ semen ĩpleuit uteꝝ antecessit/uel post secutura est cũ pridẽ oculis absolutis/extra uteꝝ matris infans est proditurus/id quod de reliquis mẽbris pari ratione dictum intelligatur. Quod si post habitis oĩbꝯ his quæ diximus: aliud auctoritate efficaciaq; ꝑstantius initium inuestigetur: qd' nã rõnabilius proferemus q̃ quo aĩa fœtui participatur qui tũc esse incipit homo: & substantiæ integrã rõnem cõsecutus/tunc ex materia sua formaq; cõsistit? Et si fatũ ex hora proficiscitur/qua res primitus est/nulla utique potius fatalis hora hoĩs existimabitur. A qua si tamẽ opinione recedendũ est illud magnã habebit probabilitatẽ/ut quæ corporis sunt ad seminale principium referantur/quæ aĩæ ad ipsam aĩationẽ: quæ sunt externa atq; fortunæ ad id forte momentũ/quo hũc campũ in quo ludit fortuna claustra uteri egressus homo primũ ingreditur. Deniq; ex hac tamẽ uaria atq; nodosa de humano principio ambiguitate extricabũt ipi se forte qui sunt diuini: philosophia quæ tm̃ rõnibꝯ nititur explicare se recte nullo modo potest: quæ si ẽ

Quæ hora fatalis hoĩs dici mereatur.

Varia prĩcipia hoĩs.

Aristotẽ. naturæ interp̃s.

Nonus modus principii ex pluribus mixtus.

tamen aliquid affirmatura nihil minus affirmabit q̃ q̄ astrologi decreuerũt uti ex hora natiuitatis nascentis hominis fata dependeant: in quã opinionem nec ratione astrologi sunt adducti. Sed quoniam hoc principiũ assequi magis posse uidebantur: ideo primas illi partes concesserunt. Quare & post genituram dare aliquid solent conceptioni: quoniã sperent de ea nõnihil interdum etiã posse cognosci. Reliqua quæ sunt potissima certe principia, præsertim cũ animatur fœtus ex asse reiecerunt. quare. i. illis ex asse hoc est penitus sunt ignota: nec si inde pẽdere hominum fata concesserint: poterunt sibi diuinandi de fato aliquid arrogare. Verum ut rel: q̃ ꝑtermittamus geniturã conceptui & fœtus animationi qua ratione ꝑponãt: quandoquidem si primas in fato cõstituendo partes initio illi demus: quod maxime tempore primũ est, nõ est prius principium principio seminali ex quo oĩa alia ꝓficiscuntur: si non tam primũ tempore q̃ efficacia dignitateq; ꝑponitur, tẽpus animãdi fœtus omnibus erit ꝑpõnendum: genitura & posterior omnibus & efficaciæ aut nihil aut parum habet quæ nec hominẽ incohat, nec facit, nec absoluit: sed incohatum & iam absolutum ipsa solum ostendit.

Caput III Ptolomeum plus cõceptui q̃ genituræ tribuisse, cui neq; aliquid tribuendum esse Ptolomei ratio conuincit.

Ptolomeum plus dedisse conceptui q̃ genituræ.

Quod si uerba ipius Ptolomei grauiter pensitentur uidebimus eum ui rõnis adductum, plus dare cõceptui q̃ genituræ: q̃q̃ ut faueat ꝓfessioni de efficacia genituræ multa astruere sit conatus: uerba ipius ĩ tertio apotelesmatũ sunt huiusmodi, cũ principiũ temporale hoĩs aliqđ statuatur natura quidem illud erit principiũ cũ semen utero genitali admittitur: potẽtia autẽ & secundũ accidens cũ hora partus ĩfans egreditur: q igitur horã admissi seminis casu uel obseruatione dep̃henderint illã sequi potius eos decet ĩ ꝓprietatibꝫ corporis aĩæq; dignoscendis: efficientibꝫ eo tp̃e stellarum cõfigurationibꝫ cõsideratis. Cum. n. semel a principio semen exambiẽtis aeris affectiõe certa qualitate disponitur: licet pcõsequentis confirmationis tp̃a uarietur: quoniã tamen ꝓpriam cognatamque tm̃ materiã naturaliter sibi ascistit cũ actũ fuerit magis etiã primæ suæ qualitatis dispositioni assimilabitur. Hæc ibi Ptolo. ad uerbũ. ubi mihi uidetur q̃ exp̃ssissime & asseuerate nulla ĩteriecta dubitationis particula ꝓnunciare primũ & naturale & efficacissimum hoĩs principiũ, esse seminis admissionẽ: atque huic potissime inhærendũ cũ agnoscitur ĩ ꝑnoscẽdis hoĩum uicissitudinibus tã quæ ad corporis, q̃ quæ ad animã attinent. quod ubi etiã asseruit tũc quæ uidebãtur obiici posse de seminis permutatõe accurate anxieque dissoluit. Verum quoniã sciebat artẽ pclitari si aliũde pronunciari de hoĩs fato pnegaret, adiecit his quæ diximus ĩ hunc modum. q autẽ horam ignorant principii seminalis quæ plerũq; ignoratur illos necessariũ esse sequi principium natiuitatis. Pensemus autẽ hæc & priusq̃ alia subiũgamus: in qbꝫ solũ utẽdum ait hora genituræ cũ hora cõceptus ignoratur: & de hora qdẽ cõceptus dixit: q̄ adhærere illi cõuenit. ita. n. græce scribitur προσηκει de hora natiuitatis nõ cõuenire dixit: sed αναγκαιον: hoc est necessarium esse, quasi nescientibꝫ horã hoĩs

cōcepti: & tam̄ uolentibꝰ de eius fato diuinare ad natiuitatē necessario est cōfugiē/dū ut luce clarius appareat nō uolentē sed coactū necessitate ī hāc sniam descēdere Ptolo. ut hora genituræ q̄si secūda (ut dicitur) post naufragiū tabula utatur: & hactenus qdē ꝑ rōne locutus mox ne deserat ꝓfessionē conatur q̄tū pōt hoc quoq; de genitura pricipiū ualidū demōstrare: quare de eo ita subdit. & hoc etiā est maximū principiū atq; hoc solo aut prio deficiēs ꝙ ex cōceptu ea etiā possūt p̄cognosci quæ ante partū eueniūt. Porro siquis hoc qdē pricipiū dicat: illud aūt κατα ρσηψ ‹ι. post pricipiū erit qdem illud ab hoc tpe secūdū: sed fortasse erit ptāte pfectius: fere. n. iure hæc humani seminis generatio non negabitur/illud aūt hoīs/cū multa tūc accipiat infans/quæ prius nō habebat cū erat ī utero: & ea naturæ hoīs ꝓpria: q̄uis item qđ hora partus nō circūdat nihil uideatur cōferre ut q nascitur talis aut talis sit/facit tam̄ ut subcognatā circūdātis cōfigurationē ꝓdeat ī lucē: qm̄ natura postq̄ eum pfecit tm̄ ad exeundū īpetū dat/cū dispō est similis figuræ illi quæ a pricipio fœtum formauit: quare rōnabile & haꝶ quoq; reꝶ significationē habere dispōnem stellaꝶ hora natiuitatis: nō quia sit effectrix illaꝶ: sed qa ex necessitate & seeundū naturā similis est illi ptāte quæ efficit. hac Ptolo. a nobis fideliter recitata in quibꝰ illud primū est uidere oīno esse falsum qđ ait īterp̄s Auenrodā dubitāter loqui Ptolo. in prioribꝰ uerbis ubi de efficacia cōceptus edisserit/asseuerate in his postremis ubi hora natiuitatis significādi uim habere demōstrat: cū cōtra potius ibi quidē oīa affirmet/nihil excipiens/nihil dubitās/hic nihil nō adiecta dubitationis particula loquatur/nūc fere/nunc fortassis īterponēs: & cū deniq; totā suā disputationem terminaturus nō aliā habet rōnem qua fati significatricem horā genituræ defendat: q̄ ut similē eā principio seminali esse suadeat. Tm̄ abest ut auctoritatem decernendi q̄lis sit futurus qui nascitur neget esse ī cōceptu/ut nō plus supra hac re cōcedat genituræ/q̄ ut cōceptui similis & cōsentiens īueniatur. nā illa qdem opīo apud astrologos inuulgata/credita etiā ab īterp̄te Ptolomei: ut significet solum hora cōceptus/quæ ī utero matris fœtui accidunt/de falsa ītelligentia dictoꝶ Ptol nata/facile ītelligitur/q nō ea solum significari p cōceptum dixit: sed etiā illa quæ genitura nō possit. Præstat inqt hoc Ptolo. cōceptus genituræ ꝙ per illū etiā ea quæ sunt ante partū possunt p̄uideri. Quod si illa tm̄/nunq̄ erat ēt apponēdū nec ꝓpea p̄stare primū principiū secūdo existimandū cū lōge sit maius spaciū totius uitæ q̄ rudis adhuc naturæ īformisq; fœtus rudimēta gubernare. Quapp si Ptolo. in illis dubitāter hæsitāterq; ꝓlatis uerbis cōfidat ut sit principii secūdi uirtus/fortasse primo efficacior/& hoc fere seminis humani illud hoīs potius sit principiū: nō solum a ratione sed a seip̄o plane dissentit. A seip̄o qm̄/ut dicebā/nō potuit in pricipio nascendi auctoritatem fati defendere/nisi excogitata cū principio seminali/natiuitatis affinitate/& cū postea de sexu aliisq; nascētis cōditionibꝰ p̄uidendis p̄cepta tradit: ea ex cōceptu magis q̄ ex natiuitate ait p̄cognosci. A rōne cū pp multa quæ supra diximus: tum quare ualde extra rōnem est/ut cōceptum principiū seminis natiuitatem hoīs dicamus/quādoqdem cū semen uteꝶ īpleuit/nō fieri ip̄m sed īcipit

Verba Ptol.

Error Auenrodan

Taxatur opinio uulgata.

aboleri cũ homini fabricãdo natura manus admolitur: quare illud sicuti hoĩs generãdi, ita corrumpendi seminis est principium, q; si principium hoĩs uoces natiuitatem: quare multa tunc primum habet quæ ĩ utero nõ habebat: at nõ illa ptinẽt ad substãtiã quæ iã facta & absoluta est: sed ad gestiones operꝫ tm̄modo nõnullorum quæ nec hoĩs ꝓpria, a quibꝫ si fatum hoĩs auspicemur, multo post ortum tpe, fatũ orietur: ut cum. s. fari nõ iã infans incipiet: cum cogitare: deliberare: rõcinari: nam statim quidem natus nihil habet hoĩs ꝓprium p̃ter eiulatum: nõ igitur his tamen si fallis & friuolis, astrologorꝫ prudentissimus Ptolo. insisteret: q̃q̃ ea ne oĩno desertor ꝓfessionis p̃uaricatorq; putaretur ꝓtulerit dubitãter. Neq; uero hæc solum qbꝫ cõceptui genitura p̃ponitur: sed quæ aliquã uim ĩ fato decernendo astruũt genituræ: minus habere possunt firmitatis. sũma enim totius uirtutis ad cõsensum refertur qui sit ĩter natiuitatem atq; cõceptum: at qui nã iste cõsensus? quæ similitudo? Respondet Haly solem hora genituræ ĩ signo semper inueniri: qđ aut septimũ aut nonum aut decimum sit ab eo in quo fuit hora cõceptus. Heccine igitur illa similitudo? O ridiculam uanitatẽ quasi aliquod tp̃s alicui tpi hac rõne nõ cõsentiat: q̃re. s. sol quocunq; tpe a signo ĩ quo alias fuit aliquo sem̄p signorꝫ nũero necessario distat. An ꝓbabilius quod affertur de luna? cuius locus cum nascimur horoscopus sit cõceptionis: & qui tunc lunæ locus horoscopus sit, deinde natiuitatis: atqui hoc falsum cõfictumq; ab astrologis postea demõstrabitur. & Haly Auenrodan in tractatu præsentis quæstiõis exponens Ptolo. ut uerꝫ interdũ ita falsum ĩterdum ait a se deprehensum. Verꝫ age sit uerꝫ nulla potius uia fictus ille cõsensus utriusq; horæ euidentiusq; coarguetur: quoniã si ex regula illa astrologorꝫ cõceptus horam ĩuestigaueris & thema ad id tp̃s tibi cõstitueris ĩuenies cæli stellarꝫq; dispõnem ab ea semper esse diuersam: aliarꝫq; rerꝫ oĩno significatricem: quæ hora natiuitatis supputantibus apparebit. sed qđ plura ĩ nugis cõfutandis uerba ꝓdigimus Haly insignis astrologus in lib. quem scripsit de electionibꝫ apte cõfitetur efficatiã fati decernendi esse ĩ hora cõceptus. Sed qm̄ hæc ignoretur, idcirco ad horã natiuitatis astrologos cõfugisse. Et ipi cum urgẽtur de hortu geminorꝫ quorꝫ dispar sit fortuna solent dicere interdum diuersitatẽ cõceptuum illorꝫ fortunã uariare: cũ tamen si hora cõceptus ea solum disponit quæ accidunt intra uterum illud potius sequitur ut possit eorum quorum conceptus dispar compar quidem esse fortuna: sed natiuitas nullo modo esse possit.

Confutatio Haly.

Haly efficaciã fati dicit eẽ in hora cõceptus:

Caput IIII Vniuersalia fata qbꝫ uiis astrologi uestigent & q̃ parꝫ rõnalibus.

d Iximus de initio fati particularis q̃ sit incertum: & q̃ falsa rõne ab astrologis cõstitutum: restat dicere de uniuersali: unde. s. fata urbium, gentium, regnorꝫ & ĩ uniuersum mũdi ꝓnunciẽtur, q̃ hoc quoq; (si aliquod esse concedatur) in ambiguo tam̄ & incerto sit: & a nostris astrologis pperã definitum. Solent autẽ ad uniuersales p̃dicẽdas mutatões triplici fere uia ꝓcedere: aut ex magnis syperꝫ supiorꝫ, uel luminarium eclypticis cõiunctionibꝫ: aut ex cæli dispõne cũ primas arietis minutias sol ingreditur: quod quasi principium ãni statuerunt: aut ex

Triplex astrologorꝫ uia uniuersalia præsagiendi.

illuminatur extimum faciunt: alii supra eum nonũ collocarunt: alii etiã decimum. Aegyptiorum & chaldeorum astronomi supra orbem octauum nihil esse arbitrati sunt: quos secuti sunt Plato & Aristoteles: & Hypparcus & Ptolomeus: quod forte iuniores nõ putabant: sed ita se res habet. Nona sphæra apud Ptolomeũ nulla est: quod facile ex eius magna compositione potest intelligi. Multi autem ob id falluntur ꝙ putãt eos omnes in noni orbis opinionem incidere necessario: qui sphæram octauam ab occasu in oriẽtem moueri habeant exploratum: quare cum id & Ptolomeus & Hypparcus confiteantur, nihil ambigunt ipsi: quin noni orbis inuẽtum illorum etiam fuerit a quibus ille motus primum fuerit ãnotatus. Accedit ꝙ Ptolomeus & mobilibꝫ & ĩmobilibus signis utitur: cũ & imagines sphæræ octauæ mobiles faciat: & ad ĩmobilia signa loca referat planetarum. Quare illis indubiũ certũque uidetur pter signa octauæ quæ mouentur, alia esse signa apud Ptolomeũ quæ nõ mouentur preterq̃ motu totius mundi: atque ea non alibi q̃ in nona supra octauam sphæram cogitata. Verum longe plurimũque falluntur: nam & motus stellarum ab occidente in orientem in noni orbis sententiam necessario non adducit. Et quod mouet de ĩmobilibus signis eo maxime declaratur solo orbe octauo cõtentum fuisse Ptolomeum: quod miror ab istis animaduersum intellectũque non fuisse. Ptolomeus enim hæc ĩmobilia signa in ipsamet sphæra octaua describit: qđ non faceret si superiorem aliã excogitasset: uerba eius in secundo magnæ compositionis libro hæc sunt. Abutemur autem signorum nominibus ĩ ipsis duodecim obliqui circuli partibus: & quasi eorum initia a tropicis æquinoctialibusq; punctis capiantur: sic dodecathemoriõ: hoc est duodecimam partẽ quæ a uerno æquinoctio est ad totius sphæræ sequentia arietem uocabimus: secundam taurum similiterque deinceps secundum traditum a nobis signorum duodecim ordinem. Hæc ait Ptolomeus qui eadẽ etiã docet primo libro apotelesmatũ, partes zodiaci ad quas planetæ referuntur solstitiis & æquinoctiis incohari determinariq; principes: quæ quatuor puncta quoniã stata & ĩmota sunt: ideo ipsa quoq; signorum partitio ab ipsis instituta stata & ĩmobilis est: quãq̃ imagines a quibus ad illa nomina sunt trãslata iugiter moueantur & pro temporis cursu uariis locis earum fines initiaq; reperiantur: non igitur signa hæc ĩmobilia apđ Ptolo. sunt ĩ sphæra superiore: sed a quatuor fixis & ĩmobilibus sphæræ octauæ punctis describuntur: supra quã alia si cogitasset nunq̃ magnum hoc inuentum in magna sua compositione tacuisset. Libet autẽ irridere Ioãnem saxoniensem: qui in suis in Alchabitium expositionibus nititur comprobare utendũ signis nonæ sphæræ ex sententia Ptolomei: affertq; in cõfirmationẽ suæ opinionis uerba quædã Haly interptis Ptolomei de gradibus lucidis & tenebrosis: quæ ipse nõ Haly, sed Ptolomei uerba esse putauit: sunt autẽ ea expositoris uerba nõ auctoris: quod nõ solum ex græcis exemplaribꝫ: sed ex uulgata etiam translatõe quilibet facile potest ĩtelligere: uide quæ istis possit de cælestibꝫ fides adhiberi: qui in suis auctoribus euoluendis somniculosis adeo & cecucientibus oculis deprehẽduntur. Quid ꝙ nõ solum Ptolo. sed nullus eum plus mille an-

Marginal notes: Aegyptioꝝ & chaldeoꝝ opinio. — Cã erroris neothericorum. — Alia cã. — Ptolomeũ ĩmobilia signa ĩ octaua describere. — Ioãnes saxoniẽsis irridet.

nis secutus nono orbe usus inuenitur. Primus Alphonsus loca planetarum ad no/
nã sphæram supputauit cui neotherici omnes adhæserunt ueteres octaua tm̃modo
utebantur: quam etiam Leo hebreus & Proclus Platonicus excellẽtissimi mathe/
matici supremã omniũ esse contendunt: a qua sententia iuniores diuersi non uanis
sima cõiectura astruunt alium orbem octauo esse superiorem: quoniam duo mo/
tus ad partes maxime oppositas eidem corpori inesse ex se nõ possunt: quare cum
sit deprehensum uera obseruatione nõ erraticas stellas ab occidente moueri in oriẽ/
tem: rursusque ea sphæra cum reliquis ab oriente uoluatur in occasum putant cõ/
fici necessario: ut prior ille motus qui multis annorum milibus una restitutione cõ
pletur: naturam propriam sphære stellarum consequatur: alius qui diei unius spa
cio cõsumatur sicuti eronibus ita sphæræ octauæ ab alio atque ideo superiore globo
cõmunicetur: oĩa secum ab oriente in occasum rapiente astra quæ ꝓpriis eoꝝ mo/
tibus ab occasu feruntur in orientẽ. Quæ nõ de nihilo nata suspitio ab aliis tamen
eliditur multipliciter. Sunt enim q negẽt moueri stellas ab occidẽte ĩ orientẽ: q̃q̃ &
oculati certe hoĩes & mathematici sũt q motũ diurnũ ætheris eẽ dicãt ꝙ sit unũ nõ
diuisum in spheras sed ꝑpetuũ: stellas autẽ oẽs tam fixas q̃ erraticas ꝓpriis motibꝫ
ab occasu ferri in ortũ. Leo hebreus inferiori cuidã sphære nõ supiori eum motũ re/
fert acceptũ. Aliĩ totũ cælum q̃si animal qd'dam ex oĩbus sphæris ueluti membris
cõstituẽtes aliũ esse motũ dicũt: qui toti cælo a motore quodã uniuersali alios q sin
gulis spheris ꝓ eorum diuersitate diuersus/a ꝓpriis eorum diuersisq; motoribꝫ de/
beatur. Eum igitur quẽ diurnum appellamus cũ sit cõmunis aliis spheris nõ octa/
uæ esse magis aut alterius cuiusq̃ q̃ cæterarum: sed cælestis uniuersitatis a cõi quo/
dã existit motore: ꝓpterea nec fingi aliũ orbẽ oportere cuius ille sit ꝓprius/nec seq
eiusdẽ spheræ duos esse ꝓprios motus: cũ alter ex cõi cũ reliqs cæli partibꝫ: alter ex
ꝓpria natura nõ ab eodem motore tribuatur. Nos hæc oĩa ĩ mediũ cõstituamus so
lum id affirmãtes nihil ĩdubitati certiq; sup his posse asseuerari: sed tota ad ꝓbabi
les locos & trãslatitios disputatio redit/qui multi utrinq; cũ sint ĩ ambiguo tandẽ
ĩ ĩcertoq; nos relinquũt. Quod si rõi putamus cõcedẽdũ q̃ nonus orbis cõfirmatur
erit & illis assentiendũ qui decimã supra nonã excogitarũt cũ sit pene eadem ratio
dogmatis utriusq;. illi enĩ ut pertinaciter hoc defendant plus uno motu uni sphæræ
ex se nõ cõuenire/nonã ĩtroduxerunt/ꝙ duplici motu sphærã octauã uolui deꝑhẽ/
dissent: hi triplici motu deprehẽso eadẽ ducti cõiectura decimã ĩtroducũt. Quod
Alphonsus: cãpanus: Leopoldus: Messala: crediderũt: qui hãc etiã opinionem q̃q̃
falso sicut & secutus eam albertus referunt ad Ptolomeum.

Alphõsus primus loca planetaꝝ ad nonã sphæram supputauit.
Rõ qua iuniores moti sũt
Variæ solutiones. Prima.
Secunda.
Leo hæbreus
Tertia
Quarta.
Alphonsus
Campanus
Leopoldus.
Messalla.

Caput II Si supra octauã sphærã alia sit falsam esse ueterẽ astrologiã si nulla
nouã: quã etiã si sit nona ruere oĩno necesse esse.

E X hac autẽ tã uaria tãq; multiplici opinionũ uarietate q̃ incerta reddatur
astrologia diuinatrix facile est ꝓspicere. nã si supra octauã duæ aliæ sphære
sunt: falsa est omnis ueterum astrologia qui potentissimis cæli partibus
ignoratis: inutilis & imperfectis obseruationibus sunt innixi: quoniam sphera

Ruere oĩs ueteꝝ astrologia si duæ sphæræ sint.

illæ inefficaces esse nõ possunt: quaꝫ suprema motus rapiditate/utraq; loci sublimitate & uastitate molis reliquas antecellit: si rursus nulla sphæra preter octauam nulla etiã iuniorum omnis astrologia: duodecim signa in nono orbe describẽs: qui si est nullus/quãnam habebit in fato decernendo auctoritatẽ? quãq̃ siue aliqua est siue nulla sphæra nona omnis nostræ ætatis astrologia uacillare cognoscitur: nec solum inconstantia differentiæ sed controuersa atque pugnãtia. Nã illud mihi respõdeant: putent ne afflatus ad nos ab omni cælo prouenire? an solum ab his partibus quæ cõspicuo lumine corruscãt? Primũ si concedãt ea ratione non solum planetæ: sed quæ planetas deferunt orbes ĩ participatũ fatalis decreti recipiẽtur: quos illi tamẽ ita nõ obseruãt: ut apud quos putent nihil esse efficaciæ ĩ ꝑmutãdis ĩferioribꝰ. Alterum si respondeant solis. s. uim huiusmodi/inesse syderibus conspicui luminis radio refulgentibꝰ: erit etiã his cõcedendum sphæræ nonæ defluxus nullos huc ꝑuenire: quæ uel nulla uel inuisibili luce predita/nec syderalibus radiis: nec luminum ulla uarietate distinguitur. sed aut tota diaphana est: unde aqueũ cælum & cristallinũ nũcupata: aut tenui luce raraque diffunditur: qualis etiã ĩesse reliquis globbis & potest & a q̃plurimis existimatur. Quapropter aut sphæra omnis obseruanda: aut nona illa etiã si sit aliqua cõtemnenda: quod credidit Bonatus affirmans/nihil quod supra octauã sphæram collocetur/ad astrologũ pertinere. Et tamẽ in ea duodecim signa ab omnibꝰ describuntur: quæ nõ modo aliquã sed potissimã habent in anni cõstellatione auctoritatẽ: nõ solũ ad hæc quæ suis uiribus largiũtur: sed q̃m in permutandis uiribꝰ planetarum primæ illis partes ab omnibꝰ delegãtur. Quare quocũque sese uertant laqueos incidunt inextricabiles: dum aut multas omittũt sphæras non omittendas: aut in una admittẽda quæ sit inefficax: omnis constellationis adulterant ueritatẽ: ꝙ si hinc forte se extricarent: omnino tenebũtur uinculo inenodabili & cum sphæræ nonæ uirtutis affixæ & efficacie quantũ uelis inesse cõcesserimus: nulla præterea de spheris aliis lite suscitata nihil mĩus falsissima omnis iuniorum prædictio conuincetur: cum negari nõ possit uirtutem & propietatem illius sphæræ ab octauæ influxibus esse diuersam: quam tamen illi quasi eandẽ existimãtes non alia de nonæ signis tradiderunt/q̃ quæ de signis octauæ tradita essent ab antiquis: magna certe uel hebetudine uel malicia si uel non uiderunt diuersarũ sphærarum eandem naturam esse non posse: uel hoc uidentes uoluerũt hoc tamẽ aliis persuadere. Satis enim apparet uerisimile ꝙ decipi alios procurauerint: quoniã sphæra nona excogitata/si de orbis alterius influẽtia erat agẽdũ cessare multis ætatibꝰ eorũ professionẽ erat necesse/dũ. s. pluribꝰ expimẽtis natura tũ primũ inuẽti orbis approbareť: qđ eruscatiores hoĩes & ambitiosi minime patiebantur: quare translatis ad partes nonæ sphæræ isdem nominibꝰ quibꝰ partes octauæ ueteres appellarunt: quasi cum nomine ipsa quoq; natura cõicaretur: eadẽ ꝑrsus de illis quæ de octaua priores dogmata prodiderũt. Sic arietem taur. gemi. cancr: & reliqua signa in sphæra nona ipsi describunt & eadem facere aiunt: quæ signis eiusdẽ quidem appellationis: sed alterius sphære fieri antiqui scriptum reliquerunt: totam. s.

Bonatus.

imposturam solo consortio nominum defendentes: in qua re siquidem fallunt flagitium est: si falluntur insania: cum non aliter errent: q̃ si nomine iouis ad saturnũ translato/Saturnum factum iouem existiment: & cum de Saturno sit uaticinandum: ea pronuncient quæ protendere iouem ueteres tradiderunt. Neque enim minor putanda inter orbem octauum nonũque diuersitas q̃ inter Iouem & Saturnum: si & motus eorum: & lucis qualitatem quibus cælestia in primis discernuntur estimemus. Apparet enim inter illos duos planetas solum diuersitas q; alter altero tardior: quodq; alterius lux alterius luce uel nigrior uel candidior. At quanto maior illorum orbium distantia quorum hic quidem sua natura tardissimo motu: ille omnium rapidissimo transfertur: hic tamen multiplici agmine stellarum radians & conspicuus: ille aut nulla aut inuisibili luce sub obtutum oculosque non cadit. Denique si partium eiusdem sphære atque etiam minutiarum diuersissimam dicunt efficatiam: quonam pacto spherarum diuersarum eadem erit? & si sphæris duabus eadem natura: nonne alteram frustra naturæ opifex deus efficit? Et si ueluti dixi/nec motu/nec luce/nec situ/nec mole conueniunt: quæ ill's præterea communio est naturæ? circumspiciatur undique machina uniuersi: & in omnibus globis elemẽtorum uel cælorum manifesta diuersitas semper apparebit. Quare si nõ cæteris excogitatus orbis nonus aliquis est: necessario alterius est naturæ ab octauo: atque ita quæ de huius signis & partibus Ptolomeus & alii antiquiores preceperunt/signis sphæræ nonæ alcribi conuenireq; non possunt: quod cum faciant tamen omnes iuniores/eorum uaticinia (etiam si ueram artem profiteãtur nõ nisi casu icidere possunt in ueritatem?

Nõ minorẽ eẽ diuersitatẽ ĩter nonã & octauam sphærã q̃ ĩter Iouẽ & Sat.

Caput III Differre imagines a signis q̃q̃ noĩbus cõueniant.

u Erum enĩuero de sphærarum numero quicquid statuatur signa ipsa duodecim: quibus & ueteres & neoterici tantum tribuerunt: ut in eis totius astrologiæ prædictionis sũma cardoque uersetur: ea nos ficta/nullaque esse breuiter demonstrabimus. Tum si illa sint uera/falsa tamen astrologos super his & pugnantia dogmata tradidisse: quare quæ pendent ab illis ad diuinationes (pendent autem omnes) eas prorsus esse fallaces. Sed admonere antea lectorem oportet/aliud signa esse duodecim/aliud imagines: quãq̃ numero nomineque conueniant: Dico autẽ hæc omnino esse diuersa/etiam apud eos/qui nona sphæra uel ignorata/uel neglecta/in eadem signorum faciunt diuisionem: in qua imaginũ quoq; formæ cogitantur. Signa enim immota fixaque constituuntur æquinoctiis intercepta/atque solstitiis: ita ut arietis quidem quod est signum/initia a uernali æquinoctio semper accipiãtur: Arietis autem quæ est imago/alio tempore initia alibi supputẽtur: sicut stellæ a qbus effingitur ab occasu ad ortũ iugiter deferũtur: In q̃ re lapsi magna ps astrologo𝔯 putãtũ q ad octauã sphærã referũt plãetas eos signis mobilib ꝯ uti necessario. Neq; n. uerba Pto. primo lib. apotelei. cõtrariũ ꝓcipiẽtis intellexerũt quæ latina huiusmodi sũt: illud ãnotatiõe dignũ nõ ꝑtermittamus: q̃m

& dodecathemorum (hoc est signorum duodecim) finium seu terminorum initia atropicis & æquinoctialibus punctis facere rationabile est: quod etiam scriptores maxime significarunt. Ex his enim quæ supra diximus patuit, & naturas, & uires & cognationes eorum ex tropicis & æquinoctialibꝰ principiis: & non ex aliquo alio causam habere: quare si alia principia statuamus aut nō uti illorum naturis in ꝑdictionibus cogemur: aut utentes excidere a ueritate zodiaci interuallis: a quibus illorum uires proueniunt omissis & permutatis. Hæc Ptolomeus: cuius sententia prius aperienda fuit q̃ confutanda: quoniā parum uel intellecta uel animaduersa a q̃plurimis est. Patet igitur prima diuersitas imaginum & signorum ꝙ ille quidē mouentur: ista autem non mouentur: & si in octaua sphæra describantur: altera ē euidentissima ꝙ imagines inæqualem habent magnitudinem signa inuicem sunt æqualia. signorum enim unumquodq; triginta cōtinet partes imaginum: aliæ pauciorum aliæ plurium per spacia protenduntur. Quoniam igitur aliud signa aliud sunt imagines propriis utraque rationibus confutabimus. Et primum illud de signis percunctabimur quæ illis ratio demonstrauerit duodecim ibi esse naturas distinctas uiribus & proprietatibꝰ, atque his neq; plures neque pauciores. Abraam auenazra in principio librj rationū astrologicarū aliqua inquit dicuntur de signis quæ probantur aliqua ex arbitrio statim declarans: quænam ista potissimum quæ arbitraria proferuntur, diuisionis zodiaci meminit. Diuisiones enim ait signorum cur tantū in partes trecentas & sexaginta: quoniam hic numerus diuisionibus est accomodatior. Idem quoque scribit Haly auenrodan apothelesmaticos libros Ptolomei exponens. Diuisimus circulum in partes duodecim quæ signa nuncupātur: & unūquodque signorū in partes triginta quæ dicuntur gradus: & partē quālibet trigesimā ī minutias sexaginta: quoniā hi nūeri diuisiōibus idonei magis reperiūtur. Quibus igitur potius q̃ eorummet uerbis eos redaguam, ita naturæ rerum & consequentiæ rationis ignaros: ut quoniam qui astrorum motus metiuntur circulum in duodecim partes diuiserunt ob numeri ad diuidendū oportunitatem hinc ipsi dogma constituerint: præsentes illas duodecim uires & proprietates habere diuersas: quasi eorum distinctio non arbitrio mathematicorum: sed a natura cæli exorta sit: acciditq; si in octaua sphæra describantur: ut Ptolomeus: ægyptii signorūq; omnes magistri uoluerunt: ut res nulla soliditasque naturæ illis respondeat: sed cogitari tantūmodo & mente concipi possint: Quare & Origenes imbutus doctrina ægyptiorum signa ista intelligibilia & ratione tantum perceptibilia nuncupauit.

Neque enim aliqua est pars sphæræ octauæ, qua uel æquinoctium uel solstitium semper fiat: sed alia atque alia, quemadmodum putāt ab occasu in ortu ꝓprio motu sphæra ista defertur. Quapp pūcta ī quibꝰ fieri semp uel æqnoctiū uel solstitiū ītelligimus re qdē nulla a sola nostra cogitatiōe dependēt quæ possint utiq; mathematicis ad inueniendos motus supputādaque loca planetaꝶ deseruire: sed uirtutum origines & influxuum aliquorum principia statui non possint: quod fortasse

Secūda rīa.

Nulla rōe demōstrari. xii. eē signa uiribus distīcta.

Origenes.

chaldei cõsiderantes imaginibꝰ solis nõ etiã signis in ꝓdictionibus utebãtur: unde maxima huius artis infirmitas & incõstantia ualde cognoscitur quãdo ea quæ prima & ualidissima eius fundamẽta cõsensus putat astrologorꝝ: ea tamen chaldei ꝓfessiõis fautores & i futurorꝝ ꝓdictionibꝰ celeberrimi/nulla existimarũt. Haly auẽrodan aliqua ex parte hæc aĩaduertens: signa inqt mãsiões sunt quæ nihil opantur operantur aũt stellæ fixæ quæ sunt in eis: tum quare sol ea singulis annis omnia ꝑcurrit: & ex operationibꝰ quas in eis cõstitutus sol opatur nomina accipiunt: quoniã item stellarꝝ fixarum quæ sunt in eadem signi parte uel centum ut antiquiores uel septuaginta ut iuniores/si uirtus permanet erit toto eo tẽpore & uis illius signi uirtus eadem quæ stellæ inibi cõmorantis: qua ad partẽ aliã trãslata uirtus quoq; ad partem illã transferretur. hæc illæ: cuius quidẽ opinio tũ ex allatis: tũ ex aliis alibi eius uerbis hæc fuisse cognoscitur: partes quidẽ ipsas zodiaci si stellarꝝ influxus excludãtur efficiendi uim nullã habere: cũ autẽ huius qdẽ signi talẽ/alterius aliã esse proprietatẽ & influentiã dicunt duplici hoc rõne habere ueritatẽ: aut quoniã stellæ in ea tunc signi parte cõuenientes tali potestate præditæ sunt: ut quæ hospitii dicitur hospitis sit efficacia: aut quoniã sol ad signum illud perueniens talia operatur: quo pacto æquinoctialia signa & solstitialia aries. s. cancer libra & capricor. mobilia dicuntur: quare in eis sol constitutus anni tempus ĩmutat: cõtra quæ his ꝓxima sunt fixa: quare quo anni ea tempore peragrat sol aeris status qualitasque nõ mutatur. Similiter ait Ptolo. arietem facere tonitrua & corruscationes nõ ob aliquam uim in ea parte zodiaci sitam: sed quare sole posito in ariete æquinoctiũ uernum est: quod anni tempus ex sua qualitate mutationes huiusmodi aeris ciet. solis enim calor ad nos accedens proxime/antecedentis hyemis humiditates dissoluens multos sursum eleuat uapores: ex qbus compactæ nubes mutuis collisionibꝰ quãdo inter se concurrunt corruscatiões emittunt. Hæc est Haly auenrodan de signorũ potestate sententia: qua magis confirmari nõ potest: quod uolebamus zodiaci. s. partes æquinoctiis interceptas atque solstitiis in quibus uim principalem cõsistere ait Ptolomeus: quibusq; astrologi omnes preter chaldeos utũtur: eas efficiẽdi uim nullam habere. Nam opinionẽ Ptolomei Auenrodan dum exponere cupit & declarare/stilo ut ita dixerim in amne ueritatis immerso obliterat uel inuitus penitus & expungit. Asserit enim circuli partes nihil efficere: & quæ fieri ab eis putantur ea operatiõe uel solis uel stellarum in illis partibus agentiũ excitari. At uero ægyptii & Ptolo. & omnis turba astrologorum perpetuas & ĩmobiles signis ascribut ꝓprietates quæ nec sole nec stellis indediscedentibus exolescunt aut permutãtur alioqn debuit alia Pto. tradere de natura signorꝝ q̃ quæ prodita olim erãt ab ægyptiis. Sed alia etiam posteriores q̃ quæ scripsit Ptolomeus si migrantibus stellis uirtus quoq; signorum permutatur: cum ne syllaba tum cõmutatata eadem de natura signorum prodantur ab eis qui pridie scripsere quæ etiã apud Petosiras & Cechipsos cum tamen illud debeat euenire/ut quæ arietis alias erant sint quãdoq; tauri ꝓprietates: & quæ scorpii fuere sint aliquãdo sagittarii: atq; ita de reliquis/ quãdoquidẽ

Maximũ argumentũ in cõstantie huius artis.

stellæ olim in ariete cursum agētes nūc in tauꝝ ꝑtergradiātur: & quæ scorpiū olim occupabāt/ad sagittariū tractu tēporis cōmigrabūt. Iam de sole qđ dicitur iesu bone q̄ uanū & nugatoriū/ut signo uidelicet attribuatur qđ sole inibi collocato/non signi sed solis uirtute ꝓficiscitur quod ferme perinde est/ac si cathedram dicant aspirare uim disputādi/ꝙ in ea sedens philosophus soleat disputare: pariterq; a scabello: & in eo sedente sperent syllogismos: sic. s. quoniā ī ariete positus sol tonitrua ciet & hyemis gelu tempie ueris īmutat/planetarii decernūt cū fuerit luna in ariete tonitrua expectāda: & oībus ī rebus arietem esse mobilitatis auctorē. Nec aduertūt si tonitrua fiunt in ariete sole collocato/nō idem seq de luna reliq∫q; planetis: quando illud nō a signi natura sed a calore fit solis uaporosos halitus in sublime tollente materiā nubiū: & de qua tonitrua & cætera id genus postea ꝓcreentur: quæ uis in calore sydeꝝ aliorū q̄m non est nō fiet ab illis quod fit a sole: q̄q̄. s. in eodem signo collocatis. Nam ꝙ hoc etiā sol in ariete magis faciat q̄ in aquario: nō de signorum est ꝓprietatibus/sed de loci pōne: quare. s. in ariete ꝓximior est nobis: quare quæ apud nos sunt radiis eius per id tp̄s magis afficiuntur/ꝓpterea in eodem positus signo diuersis in regionibꝰ alia ꝑ id tp̄s efficit. Sed prima dialectices nesciūt rudimēta in quibꝰ docemur distinguere quod est per se/ab eo quod est ex accidenti. Sed utinā tm̄ nō essent dialectici: ac nō plane ut pueri delirarent. nā quis illud non potius insaniam uocet q̄ errorem: ut quoniā posito sole in ariete (ne ab eodem discedamus) tp̄s anni mutatur. ꝓpterea putent quicquid incohaueris luna ibidem posita: statū firmūq; nō futuꝝ: sed fluxum atq; mutabile. Et quoniā dum leonē occupat sol æstatis. s. medio nō mutatur sed durat eadem aeris qualitas: ꝓpterea esse fixum signū leonem: quare quæ sub eo quis auspicatur diuturna īmotaq; futura. Vnde illud mirabile dogma luna leonē peragrāte nec induere primum uestes nec incidere oportere: quare ob fixi signi qualitatem uestes illæ sunt diu pennaturæ: qua significatione uidetur aut morbus aut mala alia causa significari: ꝓpter quā illis uti non possis quādoquidē quibꝰ utaris hæ uestes nō cōsumi diuq; perdurare nō possunt: qs hæc audiens possit nō putare uel ad risum ficta a fabulātibꝰ uel amentium deliramenta: aut quibꝰ illi iā artibꝰ ab erroribꝰ remouebūtur/quibꝰ talia possunt/nō solū nō absurda uideri sed uera. Solēt aūt philosophi quādo cū illis disputatur qui nihil erubescunt: & primis etiā dignitatibꝰ prima fronte resistūt cogere ad sui euersionem: hoc est ad ea quæ dicunt nō tam firme ꝓbare q̄ cōtradicere. Et nos igitur eadem uia istos aggrediamur: q̄m̄q; absurdū eis nō uidetur habere ob id arietē uī faciendi res mobiles: quare sol ad eū accedens āni tp̄s īmutat. Illud saltē ab eis impetremus: ne quasi nati sub ariete loco se moueant: sed dogma teneāt & tueātur. Quod si faciant eos sic interrogamus: signa hæc quæ mobilia/fixa/duplicia uocāt īmobilia sint: an cū imaginibus pariter moueantur: si mobilia respondeant/iam a suis signis ipsi quoq; mouētur: quādoquidē æstatem/autumnū/hyemē uer initiare non mobilium signorum sed immobiliū est: & quas ipsi dant signis ꝓprietates: ut mobilia fixa/duplicia sint: a prædicta uarietate tēporis ducūtur: nō igitur aliis cō

Ignari dialecticæ astrolog.. Delirant ut pueri.

petunt signis q̄ quæ dictis in locis īmota semp in circulo cogitātur. Quod si īmobilia esse dicūt: seqtur ut cum imaginū loco nō cōueniant: quæ cū suis stellis identidem loco pmutata sint (quod si est) quonā pacto ꝓprietates ab imaginū sola figura deriuatas aliis etiā signis attribuunt? & arietē quidem quē mobilē, æquinoctialem, breuiū tēporum uocāt, quæ sunt īmobiles signi cōditiones: mox & quadrupedem dicūt, oculis languidis libidinosum, quæ nō iam signi sed imaginis sunt, nomine qdē eodē: si natura, loco, ꝓprietatibꝫ differētis. Et ne particulatī singula ꝓseq̄r oīs turba astrologoꝝ cū signa partiūt, ut hæc cōia, hæc fixa, hæc mobilia sint: rursus alia recta alia obliqua: quæ sunt (ut dixi) nō mobiliū signoꝝ cōditiones. Itē differētiis his utūtur alia humana, alia sunt ferina, alia aquatica, alia terrena, alia muta, alia uocalia hæc sterilia, illa fœcūda: quæ oīa sunt imaginū nō signorū: qa nullā hæc circuli pōnem, sed naturam imaginis, formā effigiēque sequūtur. Quæ hæc igitur tāta est tarditas uel somnolentia? ut miscere res diuersas, atq; cōfundere sola deceptos noīum cōione nō naturæ uideātur? Nā & illud quoq; ut hoc calidū, illd' terrenū, aliud aereum, aliud aqueū, signū sit acceptū quidē ē ex imaginibꝫ eadēq; temeritate ad signa trāslatum: quādo si status circuli ex īmobilibꝫ punctis cōsideretur, aries potius aereū erit iudicandū, hoc est calidū & humidū q̄ igneū. i. calidū & siccū cū eo uer aperiatur calidæ humidæq; qualitatis: quin & Ptolo. reddens rationē cur in circulo cuius initiū nullū, sūmere ab ariete āni exordia cōsueuerimus. Respōdet quoniā ī prima reꝝ oīum ætate abūdat humiditas, quæ est qualitas ueris quod incohamus ab ariete. Sic igitur o Ptolomee si primū signū aries est: quare humiditas primæ ætati debetur: putas ne siccū signū an humidū est? si siccum non igitur primū: si humidū cur ignitū dicitur a uobis? Deniq; istæ (quod uolebā ꝓbare) frigidi, sicci, calidi, humidi, differentiæ signis distributæ? ab imaginū potius conditione q̄ a signis uidētur acceptæ: quod etiā Auenazra in libro rōnum astrologicarum cōfitetur. Sic. n. cancrū: scorpiū: pisces: frigida statuerunt, animaliū quorū habēt appellationē natura pensitata: arietem: leonē: sagittariū: calida eadem rōne geminos & aquariū ob effigiē humanā aerea: quæ in homine qualitas plurimū dominatur: Sic terrea taurū & capricornū & uirginē: tū ob uim sexus tū spicæ quam manu gestat ratione: sumptā uim igitur hāc ab imaginū diuersis ꝓprietatibus: signis attribuerūt: in qua re bonus Ptolomeus nō solū dormitat sed lassim ederinat: ut in eodem cōtextu a signo ad imaginē se trāsferat: quod ita plane demōstrabo & simul errorē Haly inexpiabilē ī exponēdis Ptolomei uerbis. uerba igitur eius secundo libro apothelesmatō hæc sunt: arietis dodecathemoriō (sic signa uocat) uniuersaliter quidē est βροτωδεσκον χελαξωσεσ. i.

κο οιμεροσ δε ευτο μαλλον α ποτησ τον κοτεω τον οιπλανων αιστε ρων ιδιοτητοσ: Hoc est particulatim autē hec magis & minus fiunt ꝑ natura & ꝓprietate stellarum quæ sunt in eo: & subdit nam p̄cedētis quidem eius partis imbres & uentos faciunt, mediæ aeris temperiē, ultimæ æstum & pestilentiam: Tum quæ ad aquilonē inflectuntur æstum & corruptionē: quæ ad meridiem gla-

Auenazra

tiales & subfrigidæ sunt hæc ego Ptolomei uerba ita accipio : ut quod de ariete in uniuersum ꝓnunciat inibi ad imobile signum referatur : qđ negari nõ potest : qm̃ ipm̃ est in quo fit æquinoctiũ & Ptolomeus eam ob cãm βροντώδη dixit esse & χαλαζώδη : q hæc omnia uernũ ante tp̃s solet excitare : tũ quæ adiicit cõsequenter de diuersa partiũ eius efficientia ꝓ natura stellaꝶ inibi existentium : credit quidẽ Haly de signi etiã partibꝫ dici : ut mox declarabo : sed luce clarius ex ipõ Ptolomeo de imagine dictum esse declarabo : & quantũ errat Ptol. in dogmate statuẽdo / tm̃ errasse ĩ exponẽdo Ptolomeo ipm̃ Haly. Putat igitur ille dicta Ptolomei sic accipiẽda : ut stellæ quas illis inesse partibꝫ dicit fuerint eo tẽpore quo scribebat ĩ illis partibꝫ eius signi de quo loquitur : atq; eã tunc fuisse illius signi ꝓprietatẽ : quæ mutatis ad locũ aliũ stellis successiõe tẽporis alio trãsferatur : quæ utiq; Haly ĩterꝓtatio ꝓbabilis appareret : si quod facit in ariete ĩ aliis signis fecisset Ptolo. Et stellarum quas in illis partibꝫ ponit / noĩa nulla ꝓtulisset : sed cũ in tauro explicet quasdã stellas nominatĩ : & suũ simul & sui errorẽ ĩterpretis manifestat. quoniã stellæ illæ tẽpore Ptolomei in ea signi parte nõ erant ĩ qua eas ordinat : sed ĩ parte potius imaginis : in qua. s. sunt & erunt & fuerũt. Verba eius de Tauro hæc sunt. Tauri signũ uniuersaliter qdem utrãq; affert aeris qualitatẽ : est tamẽ subcalidũ particulatĩ aũt antecedẽtes qdem eius partes p̃sertimq; ubi Pliades sunt / terremotus & uentos / & nubes / exsuscitant : sequẽtes ubi sunt Hyades corruscationes & fulmina faciunt.

Verba Ptol.

Plyades.

Hyades.

Vergiliæ.

Age igitur a Ptolomeo de imagine hæc dici quis nõ uideat ? ĩ eius antecedẽtibꝫ partibꝫ Plyades sunt quas Vergilias nostri uocãt : in sequentibus hyades ꝓ quibꝫ ĩ uulgata translatione aldebaran legitur : quãq. n. in uertice & cornibꝫ totoq; capite hyades sunt : pliades autẽ inter finitionẽ corporis eius & caudã arietis quẽ uocãt locum abscissionis : ille tamen sequẽtes hæc antecedẽtes obtinent partes : quoniam taurus auersu occidit & exoritur. At uero ad signa hæc si referãtur nulla erit ueritas dictis quãdoquidẽ tẽpore Ptolomei nõ erãt pliades in signo tauri sed in ariete : ut ex magna eius cõpositione agnoscere cuiuis ꝓmptũ est : quã cũ debuerit Haly legisse nec eundẽ fuisse utriusq; operis auctorem dubitauerit nõ possum satis mirari in re tam apta hallucinatũ : ut dicta Ptolomei de locis stellarum in signis exposuerit & pliadas p id tp̃s in primis partibꝫ tauri fuisse scriptũ reliquerit : quẽ errorem etiã Haly & Leopoldus & Ascadẽsis in sũma quã uocant anglicanam : & denique posteriores ut Bonatus sunt secuti. Sed maior error hoꝶ q sequãtur Haly dicentẽ Ptolo. locutũ de stellis positis in illis partibꝫ signi : & tamẽ nõ mutant : sed dicunt idẽ qđ Ptol. cũ ab eo tẽpore sint mutatæ plus uiginti gradibꝫ. patet igitur qđ ꝓbare uolebamus cõtradicere sibi astrologos imprudẽter qui signorũ imaginũq; ꝓprietates (si que sũt illæ (quasi loco / natura / partibꝫ / nõ differant : inuicem miscent

Caput V Chaldeoꝶ imagines mera esse figmenta. qdq; ad eas fingẽdas illos induxerit : atq; errorẽ artificiosaꝶ imaginũ & alios plures inde pullulasse.

Erum age signorum nulla sit uirtus : an imagines ipse aliquid sunt ? forsitan enim hic delirare astrologi non uidebuntur : nec ĩniti ficticiis rebus & arbi

trariis quādo illas imagines suis quāq; luminibꝰ/stellis/radiis/ꝑ stellaꝝ natura po testatis habere plurimū qs negabit? Ego uero astrologos delirare hic etiā nihil dubito: qm̄ & si stelle de qbꝰ imagines fabricātur: & ueræ & naturales sunt: ipa tam̄ de stellis imaginū cōstitutio/nec uera nec naturalis/sed falsa proq; libidine fabricātiū penitus imaginaria & sine aliqua spē ē ꝓbabilitatis. qs. n. statim nō iudicabit: ut si magna est uirtus unius stellæ multaꝝ in unū pariter cōspirantiū etiā nō sit maxima? Sed rediēs ad se ratio/nullā inibi esse uidet ꝑter fictam a nobis sydeꝝ cōspirationē. nā mixtio per coalitū certe ibi nō est: quomō igitur coeūt multæ stellæ ī unā ꝓprietatē & natura distinctæ: & magnoꝝ spacioꝝ īmensa uastitate disiunctæ scio qd respōdebunt ī unius imaginis illa effigiē cōuenire/qd sit argumentum alicuius occultæ ēt affinitatis: ut queadmodū ex una spēi cuiusdā figura deliniatur ita una sit in his ex illis oībꝰ eiusdē rei natiua ꝓprietas. at uero hoc aliquid forte esset: quāq̄ nec efficeret (quod uolūt) si imagines istæ uerissimis ibi notis exꝑsse absolutæq; uiderētur: cū aūt ꝓ arbitrio ut declarabo nostro fingātur: nec potius ibi canes & lepores (ut ipi uolūt) q̄ tygrides & elephātes cuiq; sibi formare cōmodū sit: patet ꝙ de figura sumitur argumentū esse ut cætera solēt astrologoꝝ uanū & arbitrariū & fabulosum. Quod si nō ꝓ libidine aspicientiū/sed ꝓ natura cōsistere ibi illas figuras cōtendunt: nō tamē ad experimēti fidē ꝓuocabo q̄ ad ipoꝝmet astrologoꝝ & rōnes & testimonia. Abraā. n. auenazra magnæ apud illos auctoritatis in editōe secunda de astrologicis rōnibꝰ (Cōscripsit. n. de eadem re libros duos) de imaginibus istis redditurus rōnem. uerbis ita scribit.

Quæ nos ita ad sensum uertimus ī latinū uulturē cadentē uocat Ptol. lyrā/nec mirū: qm̄ sicut unusquisq; mutare sibi figurā pōt: ita & nomen cælū. n. sphæricū est: quare nihil est ī eo cur hoc loco potiusq̄ alio exordiū statuas alicuius rei: sed queadmodū aliæ aliis stellis ꝓ oculoꝝ arbitrio cōiungūtur: ita diuersæ fiūt imagines. nos igitur eo modo eas narrabimus quo traditæ sūt: hæc illæ. q uerius & efficacius opinionē meā cōfirmare nō pōt: qm̄ si principiū nusq̄ aut finis est in circuli partibus: potes a q̄cūque malueris stella tibi imaginē inchoare: & ī quacūque uolueris etiā desinere. nec dubiū ꝓ initii & terminoꝝ quos tibi ꝓscripseris diuersitate: ꝓque numero stellaꝝ quas uel asciueris uel excluseris uarias īde imagīes te cōflaturū: ꝓsertim cū ex his etiā stellis/alias alius formas sibi repsentet: ut ī uulture & lyra Abraā declarauit/& ī aliis pariter potes declarare. neq;. n. in ipaꝝ quæ magis celebratæ zodiaci imaginū nūero cōuenere: sed cū alii duodecī caldei tū illas undecī fecere/ex libra & scorpio unā cōstituentes. nā qd ꝓhibet cū oībus ī pictura ista cælesti qdlibet audēdi cōcessa sit æqua potestas: & ipe etiā Albumasar q ī oībꝰ rōnes dogmatū astrologiæ reddituꝝ se ꝓfitetur/cū uenit ad imagīes/aliā nō attulit rōnē/q̄ ꝙ Aratus illas ita descripsit/quasi nō ille sit fabulosissimus: qui (ut Cicero īqt/astrologica

Varios uarias sibi imagines eodē ī loco fabricasse.
Albumasar.
Aratus
Cicero

alephbetariũ uũ hæbrei in cælo pingũt. scripsit astrologiæ penitus ignarus: q̃ si sphærã Arati cũ barbarica sphæra cõtuleris dissentire plerunq̃ & dissonare ĩuicẽ illas uidebis: quare.s.sint ad libidinẽ fictæ & nulla doctrinæ uel rationis soliditate nitãtur: hæbreorũ magistri sicuti imagĩes suas astrologi: ita suũ ĩ stellis alephbetariũ: hoc est suæ linguæ notas & elemẽta ĩuenire cõtendũt: nec si credulos oculos nãciscãtur, minus hoc possunt illi ꝓbabiliter, q̃ de imaginibꝰ astrologi persuadere. quid plura ibi oẽs formæ, oẽs effigies: quare nullæ ibi formæ, nullæ effigies oẽs potestate & arbitrio hoĩum: natura & ueritatis actu nullæ. Quod si ibi saltẽ nostri diuinaculi augustiarũ quædã rerũ & sublimiorũ simulacra cõfixissent: facilius ego quidẽ ĩducerer ut nõ tam eorũ & cõtra naturam q̃ dei opera mihi uiderẽtur. Sed cũ illius cõsilium & sapiẽtiã animaduerto nõ uideo: cur illud diuinitatis tẽplũ: illa atria cæli, melioribꝰ nõ potuerit aut noluerit imaginibus insignire, q̃ irrõnalium aĩantium, mõstrorum, uel rerum etiã uita carentiũ. qd. n. ibi ꝑter ursas dracones, lepores, canes: & quæ inanima sunt uti sagittas, naues, triãgulos. Adde capita abscissa tabo saniæq̃ diffluentia: & relegatã ad supplitiũ uirginẽ: ut hydrã & centaurũ ꝑtermittam: qđ si natura nõ patitur: cur eorũ in cælo exẽplaria sibi descripsit? Eqdem maius oĩ insania puto adduci aliquãdo ut credamus

Vide ꝓcellẽtẽ insaniam.

naturæ hæc instituto, & diuino cõsilio ibi etiã formata. Puderet bonũ antistitẽ aut magnanimũ regẽ, meliores picturas ĩ tẽplo, in regia nõ habere. Alioqn qđ cõsiliũ instituentis ista naturæ? an ut p imagines has supiores, inferiora generis eiusdẽ corpora gubernaret? & p lyrã quidẽ cælestẽ afflaret quibꝰ uellet hoĩbus musicã melodiã: p aĩalia quæ sunt ibi ea quæ apud nos sunt generãturq̃ quotidie & corrũpuntur: & generaret ipa & cõseruaret: ne mõstra sunt opportuna quæ nulla in natura sunt? ĩnumera aĩalia ibi describi quæ nulla describũtur? Nã qđ canũ ursarũq̃ sit priuilegiũ, ut duos habeant ĩ cælo siue rectores siue antistites: elephãti tygrides & innumereæ spẽs aĩaliũ, nullũ habeãt ĩ cælo numẽ p qđ regãtur? sed nimis multa de his cũ illis, quæ nõ solũ est turpe credere philosopho, sed cõfutare etiã indignum.

Dubitatio. Quod si qs me pcõtetur, cur in ista fingẽdi licẽtia ad has potius imagĩes q̃ ad alias

Responsio. fautores astrologiæ descenderit. Respõdebo illũ rõnis habere qõnem, quæ frustra desideratur ĩ his rebꝰ quæ nulla rõne cõstitutæ sunt. Quid tamẽ in plerisq̃ eos ĩduxerit facile est uidere. Puto. n. imaginũ noĩa quæ zodiaci partibꝰ ascribũtur ab opibus solis eẽ deriuata quæ potissimũ fiunt cũ in illis partibꝰ ĩuenitur: ut gratia exem

Cancer. Leo. pli Cancri noĩ habuerit ps ea signiferi ĩ qua sol collocatus cancri more regreditur:

Taurus. quæ ꝓxima est leo ꝓpter æstus ĩ modici exupantiã: sicut Taurus ps alia nũcupata

Gemini q̃ ad eã sol cũ puenerit terra bobꝰ arratur: quã Gemini sequũtur: quare tunc ger

Virgo. Aries minãdo oĩa germinãtur: sub uirgĩe terra exusta solis ardoribꝰ nihil parit: & sub ari

Libra. ete uellere florũ cãpi uestiũtur qua rõne capiti etiã de capilamẽti similitudine aĩal

Scorpio. illud ꝑfecerunt: Libra noctes & dies ĩ librili appensas ĩuicẽ æquat: cũ ad Scorpiũ

Sagittarius. sol puenerit, tũ primum aer frigore pungit: Mox sub Sagittario & frigorũ uehemẽ

Capricornus tiorũ, & uentorũ aculeis nos lacescens: ĩ Capricorno ratio manifesta: quare inde sol

Aquar. Pis. instar capræ ascẽdere rursus incipit: ĩ aquario & pisibꝰ pluuias piscibꝰ affati effun

dens:potuerunt huiusmodi illi similitudinibꝰ adducti/has potius q̄ illas ī uariis cæli partibꝰ imagines fabricare/trahẽtes facile stellas ī effigiem naturæ illius cuius illi parti nomẽ ob aliquā cām īpositur essent. Accessere figmẽta poetaꝝ uel ad uoluptaté uel ad gratiā multa cõfingentiū:sicuti conō ægyptius mathematicus uidit prius mõstra & exberoniceo uertice cesariē. sed nec ope p̄tiū rimari diligẽtius & explorare insanias alioꝝ/dū satis supq; cõstet nolẽtibꝰ delirare nō esse naturæ hæc opa: sed fingentiū nugas uel somniantiū delirameta: sic ut tandẽ recte de his inuẽtis diffiniam a corrupta philosophia & poetaꝝ fabulis sunt exorta: quibꝰ tamẽ quasi rebꝰ uerissimis & digito(ut sic dixerī(dei formatis tm̄ astrologi oẽs tribuūt: ut uix credibile sit/ī quas supstitiões hæc illos insania pduxerit. Ne des farmacū inqunt luna in tauro collocata: quoniā aīal illud ruminat: quare pharmacū faciet ut euomatur: cū domū ædificaueris caue ne scorpius quartū locū obtineat: qm̄ multi ī illa domo scorpii abūdabūt. Qui corona oriẽte ꝓcreabit̄ erit rex: q lyra musicus: & mille alia hoc genus e qbꝰ uideas illis esse psuasissimū haꝝ oīum reꝝ ueras effigies & naturas esse ī cælo/a quibꝰ ad nos mirabiles defluant ī decernẽdo fato ptãtes. Deniq; illa fabricãdaꝝ imaginū supstitio/tota de ista insania pullulauit: ut formata. s. in metallo aliquo simili imagīe: a cælesti illa uirtutẽ afflari metallo opinẽtur: quæ tamẽ nec sunt ī cælo/nec si essent ob illā tamẽ ibi sculptā imaginẽ illinc descenderent: & si descenderet: haud qcq̄ tamẽ ut ꝓbat Auerois aduersus Algazelẽ nobis inde ꝓficeretur. Sed de his latius peculiari tractatu postea disseremus.

Figmenta poetarum.

Dogmata ex illis figmentis exorta.

Supstitio fabricãdarum imaginū unde orta.

Auerrois aduersus Algazelem

Caput VI Inuisibiles imagines neq; sensu neque rõne cognitas eẽ pugnareq; inter se eaꝝ auctores: qui nō chaldei aut Indi/sed arabes tm̄ fuere.

d Emirari utiq; aliqs posset īsaniā astrologoꝝ ī fabricãdis quas hactenus īcessuimus fabulosissimis imaginibꝰ: nisi alias multo magis ridiculas somniassent. Tradūt. n. ī unoquoq; decano siue facie cuiuslibet signi imagines esse quasdā/īuisibiles illas quidẽ/sed uerissime naturæ soliditate cõstantes: quas q audiūt nō diffluere ī risum nō possunt. Sūt. n. huiusmodi. In prima inqunt facie cancri ascẽdit formosūs iuuenis bene amictus/sed ī facie eius & digitis nō nihil habẽs obliqtatis/corpe reliquo simili equo atq; elephãto/pedibꝰ albis/supra se uarias frugū spẽs & folia arboꝝ suspẽdens. In prima facie leonis ascẽdit arbor altissime radicis/cuius ramis insidet canis/& uir amictus uestibꝰ nobilibꝰ qdẽ sed sordidis/lacrimabūdus/& de parẽtibꝰ suis tristis his similes aliæ in aliis signoꝝ decanis ab illis describūtur/quaꝝ oīum ut pote reꝝ efficacissimaꝝ meminit Aboasar sexto lib. magni introductorii. meminit Auenazra ī eo lib. cui titulū fecit hoc ẽ initiū sapiẽtiæ: meminerūt Petrus apponẽsis: Michael scotus: & astrologi arabes latiniq; pmulti: de qbꝰ ego cū oli nō nihil audiuissem/putabā p has imagines illos īdicare/qdnā signi cuiusq; decanus oparetur: nō ꝙ inibi hoc ẽ ī cælo figuras eẽ opinarẽtur. At eoꝝ adiens libros lõge secus esse agnoui. Putãt enī & asserunt & cõtendūt/has ī illis decanis imagines eẽ uerissime/opeꝝ apud nos mirabiliū effectrices. Quin ait Albumasar opantur qdẽ īterdū quæ sunt similia suis formis: sed sæpe

Vide fabulosissima nugamenta.

Aboasar.

Petrus apon.

Michael sco.

Irrisio figmẽti huius.

Discordia astrologorũ in istis iuisibilibus imaginibus

Abraã iud.

Arabes fabulosissimi inuẽtores erroris huius

Arabũ mos.

Maternus. Ephestion. Paulus. Tenirus Porphyrius. Mallius Maternus.

Error Haly hæc Pto. ascribentis.

& alia penitusq; diuersa: Et qdé si linces hoc dogma statuissent adducerer aliquo mó ut subdubitarem patuisse oculis eorũ: quæ nostros obtutus effugerẽt. Istis autẽ hoibus tã admirãda misteria ppallãtibus nõ inuenio fidẽ qdnã possit astruere: cum nec habeãt oculos alios q̃ quos hoĩes solẽt: hoĩes aũt nõ uidẽt: nec raptos cũ a philosopho ĩ cælũ eos legamus: nec ĩ terra locatis rõ ulla potuerit ista demõstrare. Erubescãt aũt q se uocãt philosophos: nec ista pudet tam̃ eos nugamẽta cõscribere quæ uix bimulo ĩfanti fabulãs anus psuaderet. Adde q nec easdẽ oẽs: sed alias alii sibi imagines cõminiscũtur. Hic qdẽ in prima arietis facie mulier inqt ascẽdit fulgore resplẽdẽs: & cauda piscis marini. Alius nõ formosã ibi mulierẽ: nõ piscẽ: sed ethiopem esse ait: de cuius tamẽ oculis ambigitur nigri ne/an rubẽtes potius: sed qui pcera certe statura/& albã clamidẽ ĩduatur In tertia facie gemiorũ oritur inqunt qdam/fistula aurea/& canis latrãs & delphinus. Alii cõtendũt nihil horũ inibi esse: sed uirũ petentẽ arma qbus se ĩduat: clipeo munitũ/ĩstructũq; pharetra. In tertia facie scorpii equũ aiunt arabes eẽ & leporẽ. Indi nec equũ nec leporẽ: sed canẽ aprũ & leopardũ. Alii nullã bestiã sed uirũ ĩ genua curuatũ forte (si licet mysteria ĩterp̃tari) p astrologis deo supplicãtẽ: ut eos aliquãdo reddita mẽte liberet ab ĩsania. qd enĩ aliud p̃terq̃ insanos? q falatiosis adeo nugis nec possibilibus uacẽt credãt astipulentur? Vidẽs hæc Abraã iudeus atq; astrologus ĩ libro de natiuitatibus ridiculos potius q̃ ueras imagĩes istas esse cõfitetur. sed nec quẽq̃ ĩuenio p̃ter arabes hoĩes semper fabulosissimos: & q eos secuti sunt latini/fidẽ illis adhibuisse. Nihil de illis ægyptii: nihil caldei: nihil græci: nihil latini ueteres astrologiæ scriptores. Nã qd ait Albumasar ĩdos ægyptios/babilonios/ista tradidisse/falsus facile dep̃hẽditur: de ægyptiis enĩ & chaldeis ẽ unde ĩtelligamus talia apd' eos deliramẽta nulla fuisse. unde conici põt de indis eũ pariter mentiri: q̃q̃ nõ ita põt ut de illis reuinci/cũ nulla extent a fidedignis auctoribus tradita nobis indorũ monumẽta. Sed hoc peculiare arabũ est: ut quascũq; ipi fingũt cõmẽtatiões/pscribãt illis auctorũ noĩa illustriũ/q̃les multas ĩ primo disputationũ istarũ libro cõmemorauimus. Cũ igitur extent Petosiris quædã adhuc apud ægyptios astrologiæ magistri. Cũ extẽt p̃ter Maternũ Ephestion cõmẽtatorq; Thebanus & Paulus ex alexãdria ægyptiaca oẽs astrologiæ interp̃tes/facile ex illis cognoscitur nullã de istis imaginibus ĩ ægypto mentionẽ. Patet idẽ de chaldeis auctore Tenito babilonio q scripsit apotelesmata decanorũ & cooriẽtiũ cũ illis imaginũ patet Porphyrii & testimonio q ex sñia chaldeorũ astrologicas scripsit institutiões: ut mittã Malliũ & Maternũ utrũq; nobis & chaldeorũ dogmata referẽtes: de græcis auctoribus soli possunt dubitare q græca nõ legerunt. neq; enĩ usq̃ apud græcũ ullũ scriptorẽ mẽtio de istis imaginibus: ut accusare magnope Haly debeamus q istum errorem ascripsit Ptolemæo: nã cũ uerbo qnto & nonagesimo libri cui titulus fructus dicit Ptolemæus hoc est quæ singulis signorũ decanis cooriũtur nati uolũtatẽ indicare: & quãnã artẽ sit ptractaturus: expositor Haly p cooriẽtes imagines/ĩuisibilis istas de qbus diximus putat ĩtelligi: nesciẽs quænã apud græcos hoc est coorientia dicãtur. uocãtur enĩ apud eos hoc

noie sex ille atque triginta extra signiferū imagines quarū .xv. ad austrū: una atq; .xx. uergunt ad aquilonem: de quarū ꝓprietatibꝫ & natura prio lib. apotelesmatō scribit Ptol. qui nec eo loco nec alibi usq̄ aliarum unq̄ imaginū meminit ꝑter eas quas fabricātur ex uisibilibus stellis: aduersus quas superiore capite disputauimus utitur aūt eadem dictione in sequēti uerbo cum dicit cōsideranda in defectibus luminarium .i. coorientia quā eādem sniām secūdo lib. apotelesmatō tractans indicat ex quo genere ista sint quæ coorientia dicātur. Ex quibꝫ cū ait nati uoluntatē artemq; indicari quā sit ꝓfessurus: id docet qđ Mallius Maternus græcique scriptores explicarūt: ut q naue coori ente nascitur nauta sit futurus: q lyra musicus: qui emotho auriga atq; ita de reliquis. Sed & Porphyrius in isagogis typū hoc est figurā & formā τωνζωδιων: hoc est aīaliū quæ sunt in zodiaco .i. coorientiū .i. ex astroꝝ compositione ait cōstare. unde ītelligimus coorientia hæc quæ dicūtur nō alias esse imagines q̄ quæ ex stellis cōstituūtur: in quo declarādo fui ꝓlixior: qa audio Trapezuntiū græcū hoiem (neq;.n. eius liber ad nos ꝑuenit) sed ita audio ī cōmētariis eius ī centiloqum Pto. expōnem Haly eē secutū. A quo errore barbarus Albu. potuit eos deflectere: q nullas ꝑter uisibiles & cōstitutas ex stellis imagines ad austrū aquilonemq; sitas decanis exoriri ex sententia Ptol. affirmat. Libet aūt ad mentem reuocare: qđ tertio lib. aduersus illos dicebamus qui natū dominū Iesum dicūt oriente prima facie uirginis ī qua uirgo sit lactans pueꝝ qui uocetur Iesus. cōstat enī imago hæc uirginis pueꝝ lactantis ex his fabulosis imaginibꝫ quas irrisimus. q̄q̄ nec talē ibi imaginem: sed aliā quādam ut narrat Albumasar indi cōminiscūtur: qđ inuentū q̄ uanū & ridiculum sit qsquis aīo satis perpēderit pudebit eum astrologicis istis deliramētis euangelioꝝ ueritatē uelle aliquādo cōfirmare: qđ nō alia rōne a demone est procuratū q̄ ut quasi amica fautrixque religionis pestis ista reciperetur. Sed habeāt ipi sua sibi nugamenta qbꝫ accersitis nō cōfirmatur ueritas xpiana sed īfirmatur potius atque polluitur.

Mallius Maternus.

Error Trapezuntii:

Error circa Iesu natiuitatē supra taxatus

Ioannis pici Mirandulæ aduersus astrologos libri octaui finis.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER NONVS.

Caput primum Epithoma eoꝝ quæ hactenus cōfecta & quid sequētibus libris agendum undeque auspicandum.

d Emonstratum est hactenus astrologiam nullam esse q; ista de quibus pronuncietur a cælo non dependeāt præterquam per accidens aut tanquā a causa remota & uniuersali: quarum neutra cognitionem particularem euentorum parit. Declaratum est itē si de cælo fierent ista: non tamen quo modo astrologi opinantur: hoc est a momento quodā initiali: tū

ſi detur hoc quoq; certe nõ ab his cauſis qbꝫ utũtur ĩ pdicẽdo quaꝝ nullã ſi certũ habeamus examẽ uera & naturalis. Nã q̃q̃ ſtellis utãtur & plãetis / augẽt / minuũt mutãt / p locis / ſignis / ĩteruallis / & cæteris id genus quæ falſa & efficacia eẽ declarauimus. Quare uel malas cãs ĩtroducũt: hoc ẽ fabuloſas / uel inficiunt bonas admixtione malaꝝ: nũc illud nobis agendũ ut declaremus ſi cũcta iſta cõſiſterẽt eẽ tamẽ huiuſmodi quæ cognoſci ab illis nõ poſſint / aut ſi poſſint cognoſci nõdũ habitã tamẽ eoꝝ cognitionẽ. Tria ſunt aũt cognitu neceſſaria ſi de rebꝫ futuris uera pdicenda ſunt. Primũ illud ut hora initialis rei cuiq; fideliter teneatur. Secũdũ ut ſtatũ cæli ſyderũq; põnem ad eã horã exacte cõphendamus. Poſtremũ ut illa cæli ſyderũq; poſitio qdnã faciat rõnibꝫ ueris / aut nõ fallacibꝫ obſeruatũ expimẽtis ĩtelligamus. Hoꝝ nihil poſſe cognoſci: aut q ſciuerit hactenus nõ extitiſſe duobꝫ ſequẽtibꝫ libr. apiemus. Exordiemur ãt ab hora primordiali cuius cognitio ĩ primis neceſſaria nec cõſtitui reliq̃ recte poſſunt ſiqd in ea uel ambigatur uel erretur. Ea uero uel hominum ſiue genituraꝝ uel urbiũ atq; regnorum / uel anni cõſtellatõis auſpicamur nos a genituris initium faciamus.

Tria neceſſaria ſi futura cognoſcenda ſunt.

Caput II Aſtrologũ certã genituræ horã neq; ſemp ſcire poſſe: neq; p ueram regulam explorare.

Nõ põt ſciri uere gẽitura niſi p inſtrm

Nõ ſemper p inſtrumentũ

Fallũt inſtrumenta.

m Omẽtũ quo qs naſcitur / exploratũ habere aſtrologus nõ põt: niſi forſã accictus cũ pdit ĩfans aſtrolabio / cæleſtia metiatur: ſed hoc ſit q̃ rariſſime: nec fieri nobis uolentibꝫ ſemp põt / ut noctu: aere nubilo: mathematico nullo: ueꝝ cũ ſit labi quoq; facillimũ: ut teſtatur Auẽrodã ĩ cõmẽtariis ſup Ptol. nã ſi nõ ſit exactiſſimũ inſtrumentũ / quale forſitan nũq̃ eſt qđ ĩſpectõe momẽto egreſſionis ad liqdũ reſpõdeat: rõ partilis horoſcopi uacillabit. Veꝝ ut ſit uera p aſtrolabiũ horæ pſcrutatio / rariſſime ut dicebamus fieri hoc cõtingit: illud frequẽs fereq; ppetuũ ut parẽtes / dominus ut genituræ / talẽ fuiſſe natiuitatis horam dicat aſtrologo: cui fidendum non eſſe nec aſtrologi diffitẽtur / fallax enĩ plerunq;: quare dicit apđ eos hora extimata ſiue ſuſpecta: de qua. ſ. ſuſpicio certitudo nulla. nã ſolaria mentiuntur & horologia qdẽ ſi nihil fallant. ea tamẽ quæ mediis horis cadũt ĩterualla nõ demõſtrãt. adde ꝙ horæ uulgares initiũ ab occaſu ſolis nõ habẽt qđ mathematicaꝝ rõ poſtulat. ueꝝ cũ aer incipit obtenebrari: qđ euenit ſole ſubfinitorẽ dudum iam demerſo / pſertim in ſignis obliqs ſole collocato: quæ cũ morã in occidente trahant longiorem interdũ nox unam horã exegerit priuſq̃ aer obtenebreſcat. Deniq; cõfitentur hoc nobiſcum aſtrologi: ſed remedium adhibuere ne ppterea diuinatio periclitetur. Nam & ſi illa non ſit uera quã uocant horã extimatã: niſi tamẽ a uero plurimũ diſtet habere ſe methodum dicunt uere inueniendæ: quare nihil obeſſe priorem illã incertitudinẽ nos ſi ſapere iſti poſſent id tm̃ obiiceremus artẽ ſiue ſciẽtiam dari nõ poſſe quo facta ſit nec ne / res particularis quæpiã cognoſcatur. nõ igitur eẽ methodum qua reddamur certiores quo momẽto Ioãnes aut Paulus editus ſit in lucẽ: ſed iſta nõ uidẽtur eis abſurda / forſitã neq; illud eẽ qualibet nedum die ſed hora particulas multas tẽporis: quibꝫ certa regione naſci nemo põt / cõſequi hoc

Cõfutatio generalis oĩum ueſtigationũ genituræ.

facillime demõstratur. Nã si natus ego prima noctis hora dicor a parentibꝫ, & methodo cõuenire horã negat astrologus: quare serius aut citius me fuisse natum: rogo nunqd alius sub eadẽ cæli inclinatione prima noctis hora nasci potuerit: quod si negant fieri potuisse: seqtur quod dicebam ut multæ sint horæ cuiuslibet partes: quibꝫ locis quibusdã nasci homo nõ potest: dico aũt multas horæ cuiuslibet partes qm̃ nullũ fere tempus genituræ datũ a cõsulentibꝫ regulis quadrat astrologorꝝ, sed mutatur ab illis semp in partẽ uel antecedẽtẽ horæ, uel subsequẽtẽ: si potuisse aliũ nasci p id tp̃s in ea regione cõcedunt: q̃q̃ ego tũc minime natus sim: natus igit̃ p̃ia hora noctis dicatur Antonius. atque illud ĩterrogo siquã uerã iã statuimus horam suæ natiuitatis Antonius porrigat astrologo, uerã ille sit arbitraturus an falsã: si ueram debuit eadẽ rõne meam cũ offerebatur uerã arbitrari cũ eius methodo nõ magis nũc cõueniat q̃ cũ Ioannes eam offerebat: si falsam, uerꝝ statuebatur ea hora natus Antonius: falsum ergo dogma per quod hora uerissima quasi falsa reputatur. Præterea qui p̃ceptũ hoc genus, tradiderunt signũ aiũt mutari nõ debere: qđ extimata hora demõstrat: sed eius signi partẽ methodo declarari: quæ potissimum sit ĩ horoscopo. uerum extimata hora de signo sæpe metitur eum postremis præsertim aut primis signi partibus ascendentibus homo nascitur: tunc igitur methodus non emendabit errorem sed cõfirmabit. patet his rõnibus, uiam nõ esse horoscopi uestigandi cũ est incertus. Nũc illud ostendamus siqua forsitan posset excogitari: quas tamen astrologi tradiderunt apertissime esse fallaces. Tertia rõ.

Caput III Ptolemæi dogma quod almuseli seu animodar uocant, & auctoritatibus & rationibus confutatur. Dogma Pto.

PTolemæus tertio apotelesmatõ lib. dogma tradit huiusmodi. Præcipit obseruari nouiluniũ p̃xime genitura p̃cedens, aut pleniluniũ. Tũ planetã qua parte coitus fuit uel oppositio auctoritatis plus habentẽ: denique themate iamdisposito cui cardini p̃prior ille planeta fuerit statui locũ illũ ad numerum quẽ in partibꝫ signi planeta ille dominator obtinuerit hũc cardinẽ cõfingũt totius genituræ: hoc fundamentũ totius apotelesmaticæ astrologi oẽs decernunt. hoc illud decretũ quod almuseli uocant, ĩterdum animodar. In quo quantũ pauẽt iuniores sententiã Ptol perperã ĩtelligentes superius. Nunc ip̃e Ptolemæus excutitur cui possũ imprimis magnas auctoritatũ molles opponere. nã Abraã iudeus ait se multas genituras obseruasse cũ exactissimis astrolabiis in his regionibꝫ quarꝝ lõgitudo latitudoq; cõfessa & explorata: nec tam̃ ĩuenisse de plãetis aliquẽ cuius gradus ex signis quæ occupabat atq; minutiæ, respõderẽt gradibꝫ & minutiis oriẽtis aut medii cæli nec plus hora dimidia uariaretur a iã cõperta sensu uerissima hora natiuitatis. Ridiculi uere q dicũt iudicio nõ scripsisse hæc aĩ auenazrã, q̃si lis illi cũ Pto. de regno: quo fuit ãnis etiã nõgentis posterior quasiq; in ãno cõstituendo ĩ annorꝝ datore: & plerisq; aliis Ptol. sñiam aliis non anteponat. Sed & Alchabitius p̃prio cõmentario scribit se demonstrasse nullo pacto per eam rationẽ gradum orientẽ uerum posse reperiri. Henricus batensis Alberti magni discipulus suã examinãs geniturarn: q̃q̃ Refutatio dogmatis Ptol. qđ uocãt almuseli. Insania quorũdam Abraã annis nõgẽtis Ptol. posterior. Henricus

noīe dissimulato seruum dei se noīans. mittamus inquit animodar Ptolemæi a sa/pientibus reprobatū: alii dogma nō expungunt sed castigāt ut Aoniar non nihil a Ptole. dissentiens. Alii super eius ītellectu digladiātur: & cū illud inqritur cuinam loco ꝓximior sit planeta: sunt qui quantitatē discretā obseruādā uelint: sunt qui cō tinuā ut Antonius de mōte ulmo: Verꝫ omissis auctoritatibꝫ aduersātiū Ptolemæo solitus ego dogmatis falsitatē ita declarare. Nascatur Lucius Rome: Florentiæ Fa/bius eadē hora eodēq; momento liquet astrologis nō eundē futurum horoscopum utriusq; ob diuersam cæli inclinationē sub qua nascūtur: & tamē si rationē ex Pto/lemæi p̄ceptis ineamus eundē utriusq; horoscopū faciemus cū utraq; regiōe plenilu niū ātecedēs, siue nouiluniū eadē cæli parte cōtigerit: quare idē quoq; dominator q themate ī utroquegradū signi possidens eundē, iisdē numeris cardines in utraq; genitura definiet. Sed hoc euidentia rei sensuq; reuincetur dogma igitur falsum quod miror Ptole. mathematicū sūmum non peruidisse.

Aoniar. | Antonius de mōte ulmo.

Caput IIII Inuestigationē partilis horoscopi p cōceptū, Ptolemæo falso ab ara/bicis ascribi: irrōnalem esse: & a multis astrologis reiectam.

a Pud iuniores inuenta est alia ratio uestigādi ex hora cōceptus horoscopi cui plurimū tribuūt. ē aūt huiusmodi ponūt quasi cōfessum ex ueterꝫ traditio ne: p̄sertimq; Ptolemæi uerbo primo & qnquagesimo libri centū enūciato/rum lunæ locū in natiuitate fuisse horoscopū ī cōceptu. Cōtra, locū lunæ in cōcep tu horoscopū esse natiuitatis: hoc posito methodū tradunt qua putāt posse dep̄hē/di locū lunæ cū semen uterꝫ īpleuit: quo repto similē quoq; gradū colligūt hora na tiuitatis ascēdere. Fuit autē eis erroris occasio mendosa trāslatio librorꝫ Ptolemæi: quoniā nusq̄ ille de gradu hoc scripsit uerū de signo tm̄: uerba eius loco supius me morato sunt hæc ενθα. & quæ sequuntur.

Aliud dog/ma iuniorꝫ. | Occasio erro ris eorꝫ. Mē/dosa trāslatō Ptolemæi.

Latine ita ad uerbū ubi est tp̄e natiuitatis illud signū cōceptus horoscopū statuas: ubi fuerit ī cōceptu illud fac horoscopū partus uel eius oppositū. nō putauit igitur Ptol. hac uia partiliter posse horoscopū inueniri: q̄re ī libris apotelesmatō ubi hoc īqrit nullā placiti huius facit mētionē: alioqn si de gradu ītellexisset qđ ex eius uer bis falsum ostēdimus, facillimū quoq; existimasset ī cōceptu horā inuenire quā ho die nullo magno negocio iuniores qbuslibet desiderātibꝫ reddūt, usi methodo quā Ptolemæi esse uolūt: qūo igitur ip̄e Ptol. apoteles. lib. tertio principiū semiale επιπλεον: hoc ē plerūq; seu maxia ex pte ait ignorari: & cū ī eius cognitionē deueni/tur id aut συμπτωματι: hoc ē aut casu. f. fortuitoq; aut obseruatōe debuit cer te addere aut εντεχνως: hoc ē artificiose siqdē arbitrabaf arte aliqua & uia istud posse dep̄hēdi: qūo āt ait casu cognosciſ aut obserūatōe declarat græcus īterp̄s ca/su cū accidit mulieri recepti semīs sensū fieri ut Cleopatra docet: obseruatōe si cōsul to uir illud tp̄s ānotat quo semel fœmiæ cōgressus deīceps abstiuerit: tū fœcūdū fu isse cōgressū mēses declarauerint. p̄ter hæc aliā esse uiā tempus illud ad liquidum explorādi ueterū nemo ꝓdidit nedū ex eo natiuitatis horā uoluerint iuuestigare.

Nullus uete/rū tradidit ui am uestigādi seminis susce ptionem.

Nam quod arabes dicũt Hermetẽ hoc p̃cepisse/fabulosum est: sicut alia multa (qđ primo libro notauimus) mendacissime ad eundem referunt auctorẽ: qđ enĩ ægyptii sup hac re tradiderunt: Ephestion refert & Porphyrius qui hoc ipsum preceptũ qđ leg tur in Ptolo. Petosiris ægyptii inuentũ fuisse his uerbis ο δὲ πετοσιρισ & quæ sequuntur. Ephestion. Porphyrius.

Petosiris autẽ inquit signũ in quo luna fuit tẽpore cõceptus illud in partu horoscopũ eẽ aut eius oppositũ. qđ autẽ luna tpe partus occupauit illud cõceptus horoscopũ fuisse. sed eodẽ loco Porphyrius duos alios refert modos ex Antiochi quorũdã q; alioꝶ snĩa signi uestigãdi: ĩ quo fuit luna hora cõcubitus/de gradu nũq̃ facta mẽtione: quin ipm quo scribuntur hoc capite περι σπορίμου σημείου inscribitur: hoc est de signo seminali lunæ qđ illud lignãt: qđnã signũ luna tenuerit cũ loco genitali semen admissum est. Ephestiõ quoq; thebanus tres alias ab his diuersas: quaꝶ Porphyrius meminit/ægyptioꝶ methodos narrat/quib; hoc idẽ inuestigarent: quodnã. s. signũ hora cõcubitus ascenderet: ubi uerbis exp̃ssis admonet nos ephestiõ nõ peruenire p eas uias ad partilẽ horoscopũ: sed eũ παχυμερωσ indagari: hoc ẽ crassa (ut dici solet) minerua. gradus uero determinãdi unicã ee rõnem quã tertio lib. apotelesmaton tradiderit Pto. Est autẽ ea quã capite pximo cõfutauimus: uerũ ut diximus in errorẽ lapsi iuniores/qm̃ in arabica trãslatione quã latini sequũtur/interp̃tes gradũ pro signo pperã posuerunt. Cæteꝶ qcqd scripserit auctores quænã ratio dogmatis: aut qua potuit hoc obseruatõe dep̃hendi? Respondet inquiunt supputatio: quoniam ex loco lunæ hora natiuitatis quot diebus in utero infans fuit hora natiuitatis intelligitur quos si retro numeres ĩ cõceptus horã deuenies: atq; p id tp̃s lunæ locũ inuenies eũ qui tpe natiuitatis ascendet. Verũ illud ĩterrogo quis nos doceat ex loco lunæ tp̃s mãsiõis ĩ utero definire? nõ hoc Pto. nõ ueteꝶ quispiã: nõ uester etiã Hermes pdidit: quod respõdeatis aliud nõ ẽ q̃ ita definiri mãsiones illas oportere ŭ ueꝶ sit dogma de pmutatõe ascẽdentis & loci lunæ in cõceptu & natiuitate: circulo igitur demõstratis ueritatẽ dogmatis pbãtes/q; eueniat ita mãsionib; obseruatis, & mãsiones obseruari ita debere: q̃re dogma ueꝶ aliter nõ erit. s. ita facile sit cuiq; dogmata cõfirmare. Quod si forsan audetis experimẽto id asseuerare simul obseruato collatoq; inuicẽ tpe natiuitatis atq; cõceptus: ĩpune uobis mẽtiri licet acta re sine arbitris: ueꝶ ex uestris qui se maxime contendunt expertos negant ueritati respondere præceptum. Abraam enim auenazra se quinquies id obseruasse dicit ter non successisse: quod nunc quidem in martem: nunc in uenerem: nunc in mercurium refert. Puto si decies id obseruasset alios quoq; planetas pariter accusasset. Nam Hemanuel hæbreus Auenazræ sectator bis expertus ueluti qui eisdem quibus Auenazræ placet modis castigatum semel a uero tempore natiuitatis per septem dies reperit uariare Aboasar numen

Petosiris. Error iunioꝶ. Reprobari dogma experimentis. Abraã auen. Hemanuel

Sedis
Auenrodan.
Ioãnes saxo.

astrologos falli methodũ istã quinq; gradibꝰ posse credit: ut Sedis eius discipulus narrat: qđ si est nihil nos iuuat quibꝰ de gradu tm̃ sollicitudo. Pariter & Auenrodan magnus apud istos expositor Ptolomei mentiri sæpe illum testatur. Saxoniensis ĩterpres Alchabitii falsam & uanam penitus putat inutilem quoque affirmans fieri non posse: ut per eam incertus gradus horoscopi certus unq̃ reddatur: qđ exẽplo ꝓpositæ genituræ late manifestat.

Caput V Messallæ figmentũ cũ aliis quinq; a Paulo alexandrino recitatis explorandi horoscopi modis refutatur.

Figmentum Messallæ

h I sunt fere modi qui recepti magis astrologis: Messalla figmentum aliud cogitat: sed explosũ ab omnibꝰ pfectæq; uanitatis. Iubebat.n. lunæ tp̃s a nouilunio ad pleniluniũ: uel cõtra a plenilunio ad interluniũ: quasi horã unã existimari: tũ utrum illoꝝ antecederet geniturã: quod ĩter ip̃m & tp̃s genituræ spacium caderet cõparari ad totã distantiã lunæ nascentis & cõsumatæ: & qualis esset interualloꝝ ꝓportio, eã partem sumere horæ tẽporalis: ita tamẽ ut illud obseruaremus: ne quãdo mas hora pari nec fœmĩa impari nasceretur. Risit secuta ætas experimento deprehẽdens eadem hora mares & feminas nasci. Ego uero nõ tam placiti unius cogito uanitatem, q̃ hinc totũ Messallã illũ iudico. Nã ut labi errare decipi ꝓprium sit hoĩs: attamen scribere tã pudẽda: niti rebꝰ ridiculis: fabulas ponere q̃si dogmata: loqui quæ reꝝ passim euidentia cõfutet, nõ est hoĩs certe, si dos hoĩs ꝓpria ratio est. Sed nec tã unũ Messallã estimo q̃ de Messalla oẽs astrologos: apud quos primi ordinis est: nec temere in ea familia sapientiores inuenies. Nã antistites sacræ isthus disciplinæ mirabiles ægyptii, quãta super hac re fabulamenta cõmenti sunt. Refert Paulus alexãdrinus methodos qnq; diuersas a tribꝰ iã memoratis qbꝰ ad horoscopi ueritatẽ partiliter indagandã utũtur, deus bone q̃ uarias, rudes, futiles, fallas. Prima huiusmodi respice inqunt epochan soli; in diurna genitura, lunæ in nocturna: & cuius planetæ fuerit monomiria, fac eiusdẽ planetæ monomiriã suspecto gradui proximiorẽ, ueꝝ horoscopũ. Altera siue dies fuerit siue nox lunæ tm̃ epocham ĩspicit cætera similis. Tertia quæ Ptolomeo sui dogmatis p̃buit occasionẽ pleniluniũ uel interluniũ proximũ genituræ cõsiderat: tũ uero despotem hoc ẽ dominum domus in quo cõtingit & onocratorẽ hoc est finitorẽ dominũ: uidetq; uter fortior ĩ natalitia cõstellatione, uter plus in ea possideat auctoritatis: & ex isto dinumerat gradũ ascendentẽ. Quarta dũ taxat inspicit dominũ sũmum gradus.s. in quo sol & luna postq̃ infans utero ꝓdit uel coeunt uel opponũtur: & quot fines in ascendente signo possederit ille planeta tot gradus eiusdem signi putant in oriente iam aparuisse. Postrema nõ solũ genituram, sed cõceptum obseruat: hoc est quod utrunq; tẽpus uel pleniluniũ uel nouiluniũ antecessit: tamẽ graduũ quibꝰ illa cõtigerit dodecathemoria fieri iubet & obseruari: in quo planetaꝝ cadãt monomeriis: ut qui in themate melius se habuerit arbitriũ habeat horoscopi metiendi scribens Heliodorus quo pacto inuestigarent tempus cõceptus: retrocedebãt inqt a genitura p nouẽ menses, quasi gestandi uteri tempus semp sit æquale: ut rudissimi ubiq;

Videpulchrã deductionẽ stultitiæ astrologorum.

Quinq; aliæ uiæ ægyptiorũ a Paulo recitatæ. Pria

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta

Heliodorus.

diuinissimi isti ægyptii inueniantur. Possem autem obiicere multa quibus peculia riter ista dogmata peccāt. Veꝝ illa una ratio breuitati studentibꝰ satis est qua Pto. quoque dogma reiecimus. nā quācūque secuti fuerimus methodū ex ꝑdictis: sem/ per eoꝝ qui simul nati fuerint/regione tamen diuersa/faciemus eundē horoscopū: quoꝝ tamen oībus mathematicis extra omnem cōtrouersiā cōstat esse diuersum.

Caput VI Initia urbiū/regnoꝝ/factionū/legum ignota esse/nullāq; artē astro logos tradidisse qua possint inuestigari.

Iquet ex his nūq̄ horā natalem ꝑterq̄ casu notā ad liquidū esse: tū q̄d aber/ ret nullā posse ꝑ artē restitui. sed cū ea uera nō fuerit ueritas ꝑdictionis con stare nō pōt. Nihil igitur ueri dici pōt a genethliacis qui partilem horosco pū cardinē genituræ/compagē totius fati fundamentū totius apotelesmaticæ/ una uoce testātur. Neque uero melior fides in urbiū & regnoꝝ initiis: quorum notitia scrupulari longe difficilior q̄ genituraꝝ/quis. n. hæc prodidit? quis obseruauit scrip tor hystoriaꝝ? quaꝝ fides & diligentia si reddiderit diem urbis īstauratæ/uel urbis cōditæ utiq; magnanimus existimabitur. Romæ diem natalem colli mos fuit: sed nō plus inde constat astrologis q̄ ī imp fuisse lunā hoc est in libra cū cōdebatur.

In epistographis Pauli Florentini medici & mathematici duplex repperi tp̄s anno/ tatum instauratæ urbis Florentiæ: alteꝝ anno gratiæ octingentesimo primo: alteꝝ octingentesimo secundo: unde sydeꝝ cōstitutio penitus diuersa. Crediderī & mul tas uariari urbiū cōstellatiōes quæ uulgo feruntur fictas ex apotelesmatis: quales ueterum fingit Iulius firmicus Paridis & Platonis/& alioꝝ/q̄d de mundi quam as fert genitura/ipse quoq; testatur. Præterea magni quoq; eē momēti uolūt illud mo mentum quo noua factio ꝑualere cæpit ī ciuitate: quo tyrrannus urbē occupauit: quo seditio facta īter populares: quo ciuilis discordia nata: quo gēs extera regnum inuasit: quo nouæ cōditæ leges noua decreta fuerunt ꝑmulgata: quarum rerū ho/ roscopum quisnā reddet nō diuinator? cū hæc tamen habere prius oporteat q̄ diui nemus. Denique ut haberi momenta possint aliqua temporū istorum/certe nō de negabunt ea fore minus exacta/minus certa/q̄ particulariū genituraꝝ. quare si pu tant istas indigere castigatione/nec aliter eis fiendū: multo hoc magis opus fuerit ī illis: quas tamē nulla ratione docent emendare. nā quas memorauimus methodos genituris tm̄ hominū adhibentur. Erat igitur manca fallax omnis eorum prænun/ ciatio de fatis urbium & regnorum/quādo de momentis illis primordialibus uolūt hæc depēdere: quæ tamen aut ipsi penitus ignorāt: aut nō satis ex fide/satis ad un/ guem tradita receperūt. Nō iam igitur hoīes mortem/exilia/paupertatem/nō exci dium/urbes/aut pestilentiam uereātur/cum audacissimi nugatores æditis passim libellis annuis ista minitantur.

Paulus Flo.

Iulius Firmi.

Caput VII Incertum adhuc esse apd' astrologos quomō domus diuidendæ: quātū eaꝝ uires extendātur: & quibus signis utendum.

Eliquum de pricipiis āni/ magnarūq; coniunctionū/& defectuum dicere. nam momentū quo fiunt obseruantes inde uaticinantur fata rerum publi.

& uniuersaliū. Erit igitur declarandū huiusmodi tempora citra lapsum erroris ab illis deprehēdi non posse: ue℞ hoc ex sequentib9 elucescet cum incertos adhuc motus planeta℞ nec inaccusabili supputatione cōprehēsos ostendemus. Hactenus igitur q̄ sit incerta cuilibet rei fatalis hora dixerimus si sunt horæ fatales re℞ q̄s astrologi maxime putauerūt: nā nullas esse fatales, & si quæ sunt, alias esse q̄ putēt supra demonstrabamus. Nūc illud palā faciamus etiā si tempora cōsequantur auspicandæ p̄dictiōis, quæ tamē syde℞ pō: qui cæli status ad eā horā, scire eos nō posse. Primū igitur opus thematis disponēdi p̄finitis duodecī locis quas appellāt domos: ubi quātis astrologi tenebris offundātur: quātū inuicē digladientur re penitus incōpta nemo nescit qui libros mathematico℞ attigerit: alii sex circulis ista loca discrimināt quo℞ unus per orientis punctum circūuolutus & septimū facit cardinem & horoscopum: alius ip̄e meridianus ætheris sūma infimaq; deliniat: alii quatuor mediis locis ītercepti p quatuor pūcta notasq; ducūtur diuisionū arcus semidiurni & arcus seminocturni in tres æquales portiōes. Sed & oēs isti circuli mundi uertices permeant: quā opinionē uulgo receptā superius coarguebamus. Abraā auenazra docet ī astrolabii compōne. Tum alibi quoq; domos ita partiri ut sex circulos designemus quo℞ unus orizon, alius ip̄e meridianus: quibus quatuor statim cardines statuūtur. Alios quatuor duci iubet per notas sectionis orizontis & meridiani ac diuisionis partiū æquatoris cadentiū inter oriētē & meridianū, diuisiōis inq̄ in tres æquas portiones. Hanc methodū ualde probat, auctoris tamē nomine suppresso. Ioānes de regio monte sublimis ætate nostra doctissimusq; mathematicus, quāq̄ Campano tam non satisfecit qui nouam ip̄e quoque partitionis istius attulit rationem, cætera similis Auenazræ: sed in eo plurimū diuersam, ꝙ pro æquatore factitio quodā utitur circulo quem nuncupauit circulū uerticalē: unde alius mensus aliiq; locorum fines emergunt: scripsit Ioannes copiose confirmationē huius dogmatis multis tum mathematicis: tū ueterū astrologorū auctoritatib9 nitens. Alii & aliter partiūtur: & Ludouicus heremita noster diligens exactissimusq; supputator solitus est p̄bare nullam ex methodis quas memorauimus Alchabitii dictis cōuenire. Quid ꝙ eadem loca per zodiaci gradus quos æquales uocāt multi censent diuidenda, uel hac tantum utentes uia (quod plerūque fecisse indos supra quoque monuimus) uel utranq; diuisionem pariter recipientes: tum eam quæ ex anaphoris uariatur adæquatorē tamē quæ gradus signiferi tātūmodo respicit: quod hispanus Abraā præceptor Auenazræ: & Henricus ualensis obseruant nō minus ex loco pronunciantes in quo planeta sit, facta per æquales gradus distributione, q̄ ubi cōmuni more diuisionibus ānotatis. Præterea si constaret ubi loco℞ pricipia finesq; statuendi superest alia dubitatio quæ rursus omnia reuocat ad incertum: quoniam nō conueniunt loci uirtutem & efficaciam intra spacium claudi loci designati. Sed Ptolemæus supra illud ad antecedentes signorum partes quinq; gradus exorditur. alii tribus tantū partibus illud extendunt. Aegyptiorum sapientes initiū loci quā uulgo cuspidē appellant non initium, sed medium esse quasiq; centrū uirtutis uo/

Discordia astrologo℞ in domuū diuisione.

Abraam

Ioannes de regio monte.

Ludouicus heremita exactissimus supputator.

Abraā hisp. Henricus

lebant: quare quindecim ſupra gradus loci illius eū diffundi/& totidem citra: quas omnes opinionū uarietates ſi paribꝫ fere omnes uel rationibꝫ uel auctoritatibꝫ cō/munitas aīaduerterimus/uel hac dūtaxat incertitudine totam pronunciandi per aſtra rōnem(ſiqua ſit illa)in ambiguo eſſe cōfitebimur. Nam uariatis locorū diui/ſionibꝫ oīs uariatur conſtellatio/quādoquidē(quod ſupra reprehēdebamus)mutāt ſtellæ apud aſtrologos pro loci mutatiōe/naturā/influxū/& proprietatē: & quod maximum eſt,illa loca pugnanti & contraria imprimis cōditione decernunt quæ ſunt ſitu coniuncta & coherentia. nā primo loco & duodecimo qui deinceps ſe ha/bent: qd magis pōt eſſe diuerſum? qd ſexto & ſeptimo rurſus qnto & ſexto? undeci mo itē & duodecimo: nono rurſus atq; octauo: atq; ita de reliqs. ſæpius āūt quem alius mathematicus ſexto loco planetā collocabit/alius in qnto eſſe contendet: qđ oēm ꝑdictionē penitus uariabit: & quē quidā in nono eſſe decernet: alius ad octa/uū dicet pertinere. Tota igitur iſta locoꝝ diſtributio radix & fundamentū oīs apo/teleſmaticæ remanet in icerto. Seqtur eā cura ſignorū quibuſnā.ſ.uti debeamus: ubi perplexa nec explicabilis quæſtio de mobilibꝫ ſignorū & īmobilibꝫ deq; ſphæ ra octaua nona & decima: de qua re nō eſt nobis hoc loco dicendū: quoniā ſupra abunde eſt ꝑtractata. iudeus Abraā duplex thema fieri præcipit: ut qui.ſ.contro/uerſiam diiudicari poſſe nō crederet. Erit autem incertum ex hac dubitatione quæ nā ſigna planetis debeātur: ſed ex ea quā ante tractauimus quænā loca: ſed oīs hic pendet aſtrologica ꝓnunciatio: oīs igitur dubia/incerta/inexplorata. Abraā iude. duplex facit thema.

Caput VIII. Loca planetarū ueriſſime aſſequi eſſe laborioſiſſimum deq; in/ſtrumentorum fallacia.

Locis diuiſis ſigniſq; diſtributis ſupeſt labor epochas ſtatuendi ſydeꝝ & ſtel/laꝝ: hoc eſt quibꝫ gradibꝫ & minutiis tam nō errātes q̄ errātes ſtellæ repe/riantur indicandi: quod officiū rudes & imperiti facillime putant poſſe ſe ꝑ ſtare: doctiſſimi hæſitāt & diffidunt: quibꝫ.ſ. notū/quāta ſit difficultas aſſequen/di ueriſſime loca planetaꝝ: qđ impoſſibile ne dum laborioſum multis iudicatur. Andreas ſūmarius grauis mathematicus ſuū ita libꝝ exorditur: motus ſtellaꝝ an ſciri poſſint neſcio/nōdū eſſe ſcitū/certiſſime teneo. Affert rōnem ſententiæ ſuæ ta/lem: quoniā q metiuntur ſyderū motus/neceſſario prius locū ſyderis definiunt: in quo illū inſtrumenti ope cōſpiciunt/& loco ſtellæ cōperto quaſi ſuppōne utuntur ad ipām ſup eius curſu ſupputationem digerendā/q; ſi locus uere deprehenditur: uera motus futura ſupputatio: nam mathematica ratione nitūtur: quæ minime fal litur: uerum loci deprehēſio fidelis uſq; quaq; non eſt/organo ſimpliciter utiq; defi ciente. neque enī poteſt qualiſcūque uaſtitas inſtrumenti mecanici ſatis eē diuiſio/nibꝫ actu ſenſuque perceptibilibꝫ quæ ſunt errori uitādo neceſſariæ: ſi diſtātiæ ſtel/læ cuiuſlibet ab obſeruantis loco: tum ꝓportionis illius qua ambitus uniuerſi/iſtru menti ambitum excedit ratio habeatur. quare cum habitudinem partiū inſtrumē/ti corporis perexigui/ad totius partes tanquā ad res īmēſas nequeat ſenſus aſſequi locus ſyderis obſeruari ſine fraude nō poterit. Verum forte latebit error/ſed ætatis Andreas ſū/marius.

successu fiet euidẽtior/sydere semp a uero loco singulis restitutionibꝰ magis recedẽte. Cõfirmat hoc Pto. qui hanc ob cãm de fallacia instrumentoꝝ iubet ducentesimo quoq; anno astronomicos numeros instaurari: q; eo tpis tractu ueteris obseruationis culpa retegatur: quare nouis obseruationibꝰ castiganda: quæ nec ipẽ futuræ sint inculpatæ: sed citra tamẽ errorem qui tunc sensu dep̄hẽdatur: quæ cum rursus exactis multis euolutionibꝰ aberrabunt insigniter/noua q̃ maxime fieri põt/rursus castigatione redigentur ad ueritatẽ: sic tabulæ Pto. principis astrologoꝝ multis retro ãnis habitæ sunt inutiles: & enim studia recentioꝝ obseruationes identidem corrigunt: quoniã ut p̄diximus/nulla tam solers/tã subtilis instrumenti cuiuscunque fabricatio: nulla itẽ tam uasta magnitudo quæ locũ syderis inculpata fide renunciet. Refert Abraã iudeus ĩ lib. sup ope tabulaꝝ de duobꝰ astrolabiis sũma ratõe cõfectis: tũ magnitudinis tantæ: ut utriusq; diameter nouẽ palmis extẽderetur & cũ duo fratres Bersechit instrumentoꝝ cõpositores simul ingrediente sole ĩ arietem/solis altitudinẽ obseruarent: nõ idem utrũq; retulit instrumentũ: sed duobꝰ minutiis inuicem uariarũt. Henricus baten. machiliuensis ĩ hac arte præcipuus ut in oĩ mathematica. scripsit enim super astrolabii cõpõne nobilẽ tractatũ/putat uel impossibile/uel ut inquit p̄ximũ impossibili fieri instrumentũ nullo modo fallax: & cum esset Parisiis refert se uidisse/duobꝰ arte mira dispositis maximis quadrantibꝰ altitudinem solis maximã in meridie. s. æstiualis solstitii obseruatam: & altero quidẽ instrumento/partibꝰ dep̄hensam quatuor & sexaginta/minutiis uero duabꝰ & quadraginta. Altero totidem partibꝰ sed minutiis nullis: quare fuit error ĩ alterutro minutiaꝝ duarum & quadraginta. Vide q̃ falli poterunt etiã qui nascentis horoscopũ colligunt instrumento: quod admonitos quoq; nos ab Auenrodan supra sumus testati. Baten itẽ quẽ mox citauimus in naturaliũ rerum speculo multis millibꝰ uersuum p̄bat nec Pto. nec Ieber: nec Albategni/quãtitatem diametroꝝ solis & lunæ certius indagare q̃ per defectus: nã fidem instrumentoꝝ super ea re fore suspectam Mitto q̃ multis modis in magna cõpõne docet Pto. & Allacen lib. septimo de uisu falli oculos posse super stellarum locis obseruandis. nam ut aer serenus & ĩnubilus habeatur/qd p̄hibet uentum flare qui nõ sentiatur? At scribit philosophus Arist. euro flante uideri sydera maiora. Leo hæbreus uir ĩsignis & celeber mathematicus quasi ueteribꝰ parum fidens: excogitauit nouum instrumentum: cuius uidimus canones mathematica subtilitate p̄cellentes: uerũtamẽ eo duas nõ erraticas bis eodẽ anno cum obseruasset/discrepasse priorem ab altera obseruationem duobꝰ gradibꝰ dicit: quod in aeris statũ putat referendũ.

Cõfirmatio p̄ sniam Haly.

Abraã iude. Astrolabia quorũ diameter nouẽ palmorum.

Error q̃dragĩta & duarũ minutiarum

Oculos multis modis falli posse.

Leo excogitauit nouum instrumentũ

Caput IX Variæ sententiæ de planetaꝝ motibus: ãni inæqualitate: & maxima solis declinatione.

h Inc nata est forsitan ĩter auctores tantaꝝ diuersitas opinionũ de motibꝰ sydeꝝ: qm̃ si loca nõ fallẽtibꝰ ĩstrumentis uera dep̄hẽdissent: ĩ metiẽda ut dicebamus mora restitutionis nõ aberrassent nec dissonassent inuicẽ. Ptol. in magna compõne motũ solis uocat manifestissimũ oĩum/quoq; cæteros ueluti no/

tiore metiri debeamus: hic uero q̄ pa℞ certe sit exploratus nihil certius nobis ostenderit, q̄ quæ pugnātissime super eo a principibꝫ astronomiæ sint scriptæ traditiões. Antiqores Hypparco solis restitutionē qua cōficitur ānus, trecētis sexagita quinq; diebꝫ cōstare uoluerunt plus quarta parte unius diei. Alii tm̄ quartā partē supaddiderunt. Hypparcus ab Alexandri morte āno cētesimo septuagesimo octauo scribens ex suis & chaldeo℞ obseruatōibꝫ minus quarta parte diei adiiciendū supputauit, ue℞ quantū illud esset qđ deficeret ad liqdū nō exegit. Posterior eo Pto. annis ducētis octuagītaqnq; trecētesimā eē illā diei partē diffiniūt Albategni post Ptol. ānis. dccxliii. obseruans cælestia motū solis īuenit ueloctiorē: q̄re deficere a quarta illa parte p centesimā & sextā diei partē. Thebit ānū cōstare dixit. ccclxv. diebꝫ. horis sex. m̄. ix. gra. xii: Tū illa magna diuersitas ꝙ alii putant annos oēs æquales ut Pto. Alphonsus. Alii īæquales: ut Azerchel: Baten: Isaac Israelita: quos sequuntur & alii ex iunioribꝫ: quare citius īterdū, īterdū serius redire solē ad locū unde digressus est: cām inæqualitatis esse ꝙ sphæra octaua nō ab occasu semp ad ortū, ut putant Pto. & multi: sed ab oriente īterdū feratur ad occasum: quare illius motu cum ad eandē ad quā sol reflectitur partē, solis motū fieri uelociorē: cū ad cōtrariā tardiorē: hinc diuersis tpibꝫ ānū nūc pductiorē nūc breuiorē obseruatū. Et quē citauimus Isaac eo lib. cui titulus iesodolā, q̄si dixeris seculi fundamentū tpe suo: scripsit autē āno gracie. Mcccx. qui erat ānus mūdi hæbreis. MMMMMdcc. putauit annos ad sūmū breues, ita ut breuiari magis nō possent: sed iā tp̄s apparere ut sphæræ octauæ motu paulatius pduci inciperēt. Inter illū aūt q posset esse longissimus & eū cōtra qui breuissimus, mediā morā esse die℞. ccclxv. & hora℞ qnq; : tū diuisa hora ī ptes mille octuaginta partiū habere nōgentas nonagīta sex [illegible] minutiarum . xlviii. qua℞ quelibet sit. lxxvi. pars unius ex illis mille & octuaginta ptibꝫ: quam scrupularē supputationē memini etiā me legisse apđ uetustissimū hæbreo℞ scriptorē rabi adabaraba Adā abræ filiū. Deniq; q̄ sit solis motus ī ābiguo solis defectus ostendūt q p̄cedūt tp̄s ī tabulis ānotatū plus dimidia parte horæ: qđ & Andreas sūmarius tradit: & euidētia sensus quotidie declaratur. Henricus quoq; machliuē. in lib. quē inscripsit speculū re℞ naturaliū, asserit in defectibꝫ dep̄hendendis seu locū seu horā, siue quantitatē inspicias erraturū qui numeros motuū tā Pto. q̄ Albategni fuerit secutus. Paulus Florētinus insignis mathematicus cū obseruasset īgressum solis ī arietē diligentissimis ānotationibꝫ īuenit eū tpe in tabulis definito tertia parte horæ ueclociorē. Tradit & Alliacensis ī elucidario cū āno domini . Mccclxiiii. solis īgressus īæquinoctiū uernū Parisius obseruaretur deprehēsum Alphōsi tabulas excidere a ueritate. Quod si in tanta luce cecutiunt hoc ē ī motu solis oīum manifestissimo, ubi siquid erretur, errare quoq; in reliquis sit necesse: qd de motu erit mercurii, q se nūq̄ mortaliū fere oculis ostēdit: quē Sosigenes p̄ceptor Alexādri ex aphrodisiade, nō plus duabꝫ & uiginti ptibꝫ posse a sole distare tradit: Theon Paulus, Heliodorus, Porphyrius tribꝫ & uiginti: Pto. etiā octo atq; uigīti; de cuius planetæ motu īsignis qdā mathematicus fatebaē nihil a se cōpertū. Porro martē ptes

Op. antiquorum.
Alia opīo.
Op. Hyp.
Op. Pto.
Op. Albate.
Op. Thebit.
Pto. Alphō.
Azerchel
Baten. Isaac
Snīa Isac de ānis sui tpis.
Annus mediocris.
Vide inconsuetā supputationem
Adabarba. uetussimus.
Paulus Flor.
Alliacensis.
Variæ opīones de distantia mercurii a sole.

fere una minutiisq; triginta tardiorẽ esse q̃ putarent quod ipse dephendisset in quare tam̃ studiis posteriorũ esset exactius inuigilandũ. Idẽ maximã solis declinationẽ ab æquatore ꝓdidit a se obseruatã partibꝰ tribꝰ & uiginti. minutiis. xxx. quã tamen Pto. iisdẽ partibꝰ sed minutiis una & qnq̃ginta. Albategni. xxxvi. & . xxx. Archazel plus tertio & uigesimo ꝓtulerunt. Deniq; Abraã auenazra sũmus mathematicus ĩ sexto de reuolutiõibꝰ affirmat ĩueniri partẽ nõ posse quæ sit ĩ horoscopo cũ partem arietis primã sol ingreditur. quare. s. tp̃s quo ꝑuenit ad arietẽ/nec certa ut ait motus supputatione: nec aliquo generi instrumenti ad liquidũ dephẽdatur. quod Auẽrodã etiã exponẽs Pto. apte confitetur. Idẽ sæpe citatus Auenazra qcq̃d exquisita rõne foret supputaturus/Tria canonũ genera ut scribit/adhibebat: Ptolemæi psaꝝ & indoꝝ/ꝙ uariarẽt inuicẽ oẽs & ad loca diuersa planetas determinarẽt Plutarcus Pto. posterior & Emilio Romano mathematico sũmo sub Traiano contemporaneus/in problematis rerum romanarum hoc quoq; inquit tpe quo ad sũmam astrologiæ peruentum est: inæqualitas tamẽ tẽpoꝝ/mathematicoꝝ peritiam uicit: & eoꝝ numeros ac supputatões sæpissime fallit ac fugit.

Pto. Albate. Archazel. Abraã auẽ. Auenrodan. Plutarcus Emilius.

Caput X Vnici gradus errorẽ/imo & solius minutiæ/multos interdũ errores parere: nec per reuolutiones uel annorum uel genituraꝝ: aut ꝑ magnas coniunctiones astrologum posse iudicare.

Ex hac autẽ cælestiũ motuũ incertitudine quis nõ totã labefactari uidet diuinatricẽ astrologiã/quã si labatur uno gradu cadere tota ueritate sit necessariũ: fiet. n. mutata signi pte qua sydus reperitur: & fines sæpe ꝑmutari: qbus parẽ uim domibꝰ/alii maiorẽ/maximã oẽs cõsitẽtur & ĩterdũ exaltatões quas determinatis ptibꝰ pscripserũt: certe monomiriæ semꝑ uariabũt: & nõnũq̃ cõfinia decanoꝝ: & si planeta postremas signi teneat partes/fieri põt ut error unius partis a signo trãsferat ad signũ: & quæ foret in tauro luna fiat in geminis/cũ sit felix ĩ tauro ĩ geminis ĩfortunata. Tamẽ a mascula parte mutabitur ad fœmineã/a lucida ad opacã: ab opaca ad tenebrosã: a puteo ad altitudinẽ: a plẽis ptibꝰ ad inanes: a morbosis ad fœlicissimas Postremo cũ sit graduũ oĩum apd' astrologos differens ĩuicẽ ꝓprietas/imo etiã minutiaꝝ quaꝝ discretas ꝓprierates ĩ myriogenesi tradidit Esculapius/qũo uariato loco planetæ gradu uel minutiis multũ ab errore nõ mutabit uirtus syderis & ĩfluxus/& quẽadmodũ error gradus ĩterdũ uãriat signũ/ita minutiæ error ĩterdũ uariat gradũ sed & locis quãdoq; fallet ob gradus unius lapsũ: ut q forte sit in occidẽte sub terra collocetur: & q ptinet ad horoscopũ ĩ. xii. locis tenebris retrudatur: ĩ dodecatemoriis error unius gradus. xii. faciet gradibus aberrare: nec si syderis epocha ꝑperã habeatur sortiũ ulla (quas uocant ptes) recte statuetur. Adde fallaciã in radiationibus ex unius tm̃ partis uarietate: cũ aliud si partilis sit radiatio faciat: aliud applicãs/aliud uero defluens. Adde peccatũ oĩum grauissimũ dirigendis ut dicũt radiis planetaꝝ/si parte una labatur astrologus unde anni unius error eueniet. Sed hæc sũma atq; maxima ꝓpeq; flagitia ĩ ista ꝓfessiõe: quæ tam̃ si cõpares aliis erratis parua uidebũtur/quæ tũ eos ĩcurrere sit necesse cũ horas initiales

Mutantur fines. Exaltationes Monomyriæ Decani. Signum Esculapius

ex motib9 capiũt planetaꝝ/qđ ſupius dicturi diſtulimus in hũc locũ. Sit igitur ãni principiũ ad ĩgreſſum ſolis ĩ primas arietis minutias ſtatuendũ/porro ſi queádmodũ uidimus hora dimidia plus ibi fallũtur conſtellatio penitus erit diuerſa tanta.ſ. eueniet uariatio. Nec minus idẽ eueniet ſi nõ ab ĩgreſſu ſolis ĩ arietẽ q̃ a plenilunio ſiue interlunio antecedẽti ãnũ auſpicẽtur. Nec uideo cur Auenazra pariter & Auẽrodan ill' e qdem errorẽ uitari poſſe nõ putẽt/hic uero putent cũ dephẽdi coitus hora ad liqdũ nequeat/niſi motus ſyderis utriuſq; recte teneatur. qđ Auenazræ Machliuenſis etiã obiectat: pariter ãnuas genituraꝝ reuolutões cũ a reditu ſolis ad locũ eundẽ ordiãtur qũo pperã nõ definiẽt inexplorato tpe reſtitutionis? Aſcendentia quoq; magnaꝝ cõiunctionũ q̃ recte ſtatuent nõ exacte cõphenſis motib9 iouis & ſaturni a quoꝝ pfecta cognitione tm̃ putat abeſſe nos Abraã ut magnũ eſſe pnunciet ſi uel diem ſciamus qua debeãt ſimul inueniri: cuius ſñiæ Saxoniẽſis accedit q pterea factũ dicit uti aſcendẽs magnæ cõiunctiõis nõ illud habeatur: quod hora magnæ cõiunctionis aſcẽdit: ſed qđ ãni uertentis initio quo illa cõtigit aſcendebat. Sic errorem errore tuẽtur. Veꝝ cõiunctionis aſcendens nõ deſinit eſſe quod eſt ppea quod a nobis ignoratur: quare potius erat dicẽdũ ſciri a nobis nõ poſſe qd cõiunctio ſit factura: quare ſciri nequit horoſcopus/q̃ qa uerus ignoratur aliũ ſingere minime ueꝝ. qd.n. cõiunctioni cũ horoſcopo ãni tot forte mẽſib9 antegreſſo? aut quæ ratio ut aſcendẽs deficientiũ luminariũ obſeruemus/cõiunctiõis no obſeruemus? Deniq; ut uim cõcedatur habere in cõiunctione aſcẽdens ãni/tam̃ nõ negabũt/aut paris/aut maioris eſſe momẽti pprıũ aſcẽdens a quo diuerſa cũ oriatur penitus cõſtellatio quã ignorãt/neceſſe ſit eos ĩ p̃dicendis coniunctionis effectibus uacillare. Mitto q; aſcendẽs ãni auctore eodẽ Auenazra pariter eſt incertũ. Ex qb9 oĩb9 patet error pudẽdus Aboaſaris: q prĩo li. maioris ĩtroductorii dixit nõ referre ſi gradu uno erret aſtrologus ĩ quo uerbo ſe plane neſcire quã defẽdebat aſtrologiã oſtẽdit ut nõ iã illđ ueꝝ qđ dĩ accuſari eã a multis ob ignorãtiã cũ potius nõ dãnetur niſi penitus ĩtroſpecta nõ collatur, nõ ametur niſi pcul & delimine ſalutata

Principium anni.

Error Auenazre & Auẽrodan.

Saxonienſis.

Auenazra.

Caput XI Diſſidentes ſententiæ de motu octaui orbis: diſtãtia capitis arietis octauæ a capite arietis nonæ: & auge ſolis.

q Vid q; hactenus tm̃ de planetaꝝ motu dicebamus q forſitã magis exploratı: ſed herẽtiũ ſydeꝝ motũ qs fideliter reddet? qb9 eẽ uĩ magnã ĩmo p̃cipuã & admirabilẽ cõfitetur oĩs aſtrologia: qs inq̃ recte collocabit ĩ themate ſtellas fixas? aut qd denegabit errorẽ unius gradus oĩo nõ habere momtũ? quãdo tm̃ unus ẽ gradus ĩ quo credũtur efficaces hoc ẽ uel cardinũ uel lũinariũ: ſed hẽmus ĩqent oẽs ĩ aſtrolabiis: ĩ nũeroꝝ tabulis paſſim uulgoq; deſcriptis: hoc.ſ.ẽ qđadmonebã cũ ſup his cœpimus diſputare facillima hæc uideri aſtrologis triuialibus quorum doctrina de paucis omnino ſcedulis: uerum doctioribus & peritis inextricabilia/qui cum litteras paulo remotiores adierint peruident æquali auctoritate magiſtros ſuper his tm̃ diſſentire/quãtum diſtat oriens ab occidente. Aegyptii chaldei uetuſq; oĩs denique ſñia ſtellas erraticas unotantum moueri motu putant: quem

Op. Hyppa. uocamus diurnū: Hypparcus aliū introduxit qua raperētur sicut errātes ab occidēte in orientē sit hæc. igitur prima cōtrauersia moueātur ꝓprio motu nec ne. Recentiores cōtrauersiā nullā dicēt: quoniā nō sit mirū a iunioribꝰ obseruatū: qđ ueteres nō dū poterāt dephēdisse. Verū sunt etiā ex iunioribꝰ qui sniam ueteꝝ tueātur qꝗ nō dubitēt falli q cōtra existimauerūt. Proclus posterior lōge Ptol. pitissimus fuit oīs mathematicæ qđ eius cū astrologicæ suppōes: tū de sphæra tractatus & đ astrolabii compōne: cōmentaria sup Euclidē quæq; alia scripsit multa, facile declarāt. Is in cōmentariis sup Thimeū qđ & alibi facit, Hypparcū Ptolemæūq; retaxat q putauerint stellas nō erraticas circa polos signiferi uolui ad orientē post centesimum quēq; annū una parte pacta: sed potius accedendū ægyptiis & chaldeis q diuturnis obseruatōibꝰ nihil huiusmodi ꝓdiderūt pserti ita sensibꝰ attestantibus antiquæ traditioni: ut nō possit accedere Ptolemæo q nō sit exoculatus. Nā si mouētur inqt sup polos zodiaci qūo putāt Hyp. & Pto. necessariū fuerit i his locis nō paꝝ uergi ursam sub occasum: quæ tamē ab Homeri usq; tpibꝰ ioccidua dicta sit & Canopū oporteat amplius nō uideri cū faciat ea stella degētibꝰ in tertio climate breuē periodum supra finitorē: His aūt q Rhodū incolūt radat orientē, ut scribit Possidonius: cū igitur arctos eadē nūc apparet ioccidua: quæ tot retro seculis semp appebat: & Canopus eandē seruauerit pōnem dephēdi falsum sensus euidētia: quē recētiores herentiū stellaꝝ motū introduxerūt: qui si forsan obiciant supputatōes motuū planetaꝝ colligi recte testimonio sensus ab his qui i numeris digerēdis & i canonis expositione fixarum motū assumūt: dupliciter ait dilui obiectionē. Primū ꝙ hi quoq; qui fixaꝝ motū illum omittunt in supputandis motibꝰ planetaꝝ cōsona dicunt apparētibꝰ & de sydeꝝ reuolutiōibꝰ canones statuentes quāq̄ nō errantes imobiles faciunt: ad uerissime tamē rationis exeunt cōpetentiā: deinde quod notū est ex falsis supputatiōibꝰ colligi ueꝝ: q̄re sensui respondere qđ colligit. fidē nō facere ueritatis i suppōnibꝰ. Hæc doctissimus ille philosophus & mathema. Abraā auenazra cum sæpe meminerit utriusq; sniæ: quarum altera mobiles nō erraticas: altera facit imobiles: quam Indis ascribit: nūq̄ præiudicat: sed in medio rem relinquit: ut in lib. de genituris duplex fieri thema præcipiat, alterum quasi mouerentur: alterum quasi nō mouerentur. Et quāq̄ super his ego nihil definio præter hoc unū nihil posse certum definiri: uerisimū tamen illud, opinioni ueteꝝ hoc fauere: quod assertores dogmatis oppositi nihil īter se conueniunt. Nā Ptolemæus quidē post Hypparcum ab occidente moueri uersus orientem semper putat. Arzachel maurus cū processerint certum spacium regredi ab oriente uersus occidentem: quod Isac sequitur israelita uerissimis dicens experientiis obseruatum. Thebit benchorath istum motum expungit alio cogitato qui uersus austrum uergat & aquilonē recentiores inuentū Thebit ꝓbātes admittūt etiā opīonē Pto. triplici sphærā octauā motu discerpentes. Tum qui sentiunt cum Ptol. progredi illas ad orientem neque cursum mutare digladiantur tamen de uelocitate cursus: id falsum putantes quod tradiderat centum annis expleri partem unā. Nā Auērodā Moses ægyptius: Auenazra post

Proclus oīs mathematicæ pitissimus

Proclus taxat Pto. & Hyp.

Possidonius.

Duplex responsio.

Abraā auē.

Pto. Hyp. Arzachel. Isaac. Thebit

annos ſeptuaginta pertranſiri partis unius ſpacia tradunt. Albategni poſt ānos ſex & ſexaginta ut fere ſexqualtera ꝓportione fecerit eas ueIociores q̄ Ptol. Paulus Florentinus eas otius uolui q̄ dixerit etiam Albategni, aſſeuerabat: has opiniōes quis diiudicabit? Deprehēdimus inquiunt iuniores fidelibꝫ inſtrumētis eaꝝ loca quare falli nō poſſumus. Quidnā igitur illos ueteres fefellit, quibꝫ inſtrumenta nō defuerunt, nec minor artis peritia q̄ uobis? uulgatū hac tempeſtate mobilē arietem ab imobilibꝫ uigintiquinqꝫ partibꝫ diſtare. Sed Auenazra libro reꝝ aſtrologicaꝝ octo partiū tradit cū ſcribebat fuiſſe diſtantiā: ſcripſit. n. āno gratiæ mileſimo centeſimo qnquageſimo tertio. quare noſtra fere tēpora trecētis & quadraginta plus minus annis anteceſſit. Proinde ſi motū quem tradit Albategni q cæteris ocior imitemur nō plus ānis qui ab Auenazra ad nos abiere aſtra gradibus quinqꝫ ꝓceſſiſſent: q̄re foret hodie diſtantia nō ut aiunt graduū xxv. ſed tredecim. an fallebatur igiť Auenazra? cui ratio tum organū ſuppetebat. Moſes ægyptius in eo lib. cui titulus miſnecota quaſi dixeris græce Δευτερωσις: latine ſecundā legem, inter initia primæ ꝑtis ait tꝑe cathacliſmi cōcordaſſe mobilē arietē cū imobili. Tū poſtea ſemꝑ motā ſphærā octauā uerſus orientē ſeptuageſimo quoqꝫ āno gradu uno. Cū igitur inundauerint terras aquæ āno mundi mileſimo ſexcēteſimo quinguageſimo ſexto nunc agantur ab orbe cōdito: ut uerior docet ſupputatio (Neque enī refert hic ad liqdū rem exigere) annorū quinqꝫ milia adiectis fere trecentis erunt a diluuio ad nos āni fere triamilia ſupra ſexcentos aut circiter. Quare mota erit octaua ſphæra tot annis gradibꝫ plus minus duobꝫ & quinquaginta: quibꝫ diſtaret mobilis aries ab imobili. Iſaac iſraelita ſcribit cōcurriſſe ſimul utraqꝫ ſigna āno qui fuit nobis a Chriſto nato quingenteſimus & ſexageſimus: Petrus apponēſis in elucidario tradit id eueniſſe āno Chriſti ducēteſimo & ſexageſimo: quæ ſupputatio per ānos trecentos a priori ſupputatione diſcordat. Angelus mantuanus & plærīqꝫ recentiores idem fuiſſe contēdunt āno gratie qntodecimo paucis menſibꝫ ſuperadditis. Idē refert Iſarith quendā iuniorē cū ſupputaſſet loca ſolis & lunæ ad octauā ſphæram deprehendiſſe nouilunium menſis martii exactis a mūdo ānoꝝ quinqꝫ milibꝫ ducentis uiginti quatuor ꝓpe decimā quartam partē piſcium. Se uero angelū nouiluniū id ſupputantem ad imobilia ſigna ſiquidem tabulis Emanuelis utebatur quas iſcripſit Baal Cuaphaim deꝑhendere illud in uigeſimo octauo gradu piſciū: ſi Alphonſi tabulas ſequentur in uigeſima ſeptima parte minutiiſqꝫ quatuordecī. Vnde colligeretur diſtaſſe mobilia ſigna ab imobilibꝫ gradibꝫ tredecim uel quatuordecī. Scripſit autē iſte paucis annis ante noſtram ætatem quare ſibi mirabile ait eſſe quod Ozonieſes tabulæ tradant ſitam inter arietis cornua ſtellam quæ ſ. arietis mobilis eſt pricipiū ſemotā ab imobili ariete āno gratiæ mileſimo trecenteſimo ſexageſimo gradibꝫ uiginti quatuor & minutiis quinquaginta ſeptē: per quæ tēpora iuenio aut annis ſupra fere quadraginta: tum Iſac illū: tum Rogerium baconē floruiſſe: quorū uterqꝫ nō plus gradibꝫ decem ætate ſua putauit imobilem arietem a mobili uariaſſe. nam uterqꝫ ſecutus eſt Azerchelē q maximam iter eos diſtantiā quæ poſſet euenire tot

Albategni

Paulus Flor.

Auenazra.

Moſes ægyp.

Tꝑs diluuii.

Anni a mundi initio

Ange. man.

Iſarith.

Tabulæ emanuelis

Quo tꝑe Iſac & Rogerius bacō floruerint.

partium existimauit.s.decem: ad quarum finem peruentum sua tempestate prodidit Isaac. Quare tẽpus asserere & pximare rursus inciperent retrouersus occidentẽ motu reuoluto. Sic igitur colligamus aut nõ fallunt organa thematica: aut fallunt: si nõ fallunt/quomõ Isaac & Rogerius stellas obseruantes mobilis arietis nõ plus ptibus decẽ ab æquinoctio sũmotas iudicarunt/quæ tamẽ si tabularum ozoniensium: si recentiorũ uera sententia plus tribus & uiginti partibꝰ istinc mouebantur: ut pateat error graduũ tredecim si fallunt: unde nostri cognoscunt se nõ falli/principibus in hac arte uiris tanta opinionũ uarietate dissentientibꝰ/inter quas utiq; siquis putat se posse diiudicare bruto magis iudicio/q̃ ut de celestibꝰ iudicet. De locis igitur non erraticarum qui sententiam pferat casu forte nõ errabit/assequi hoc ratõe minime poterit. Sed nec illud p̃tereundum quod Proclus & Ptolemæus negat apogeon & epigeon solis moueri. Est autẽ quod appellant barbare/augem & oppositum augis: recentiores uolunt/quos retaxat hæbreus Leo/uerã sententiã Ptolemæi defendens. Mitto super æquatione dierũ q̃ nesciant/q̃ digladiẽtur. unde horoscopi colligendi maxima incertitudo.

Epilogus rõis

Proclus. Pto.

Leo hæb. cõsentit Pto.

Caput XII De directionibꝰ q̃ multiplices astrologorum sententiæ.

His oĩbꝰ superest opus inextricabile sup radios cõponendos & quas apheses uocat Pto. atq; peripachos/uulgo directiones exacte dinumerãdas. Nã mutuis utrobiq; uulneribꝰ cõfodiunt se mathematici: nec niti æqualẽ ita aduersus auctoritatẽ/uel arbitrari rẽ quãq;/uel tot ætatũ expientia potuit. Recentiorum opĩo est exactissimã radiationẽ ex anaphoris rectis/obliquis mixtis/p locorũ uarietate componi. uerũ illud eueniet ut siquis edatur in regione cui supra finitorẽ uertex exaltetur gradibꝰ. xlviii. & pars prima capricorni sit in horoscopo trigona radiatio sit futura in partibꝰ cancri: quem tamẽ ex diametro scimus opponi capricorno. Henricus batensis obseruat eam configurationẽ planetarũ ratione locorum: ut trigonus sit horoscopo qui locum quintum tenuerit nulla interim habita signi ratiõe atque ita de reliquis. Albategni per zodiaci gradus numerat interualla quos æquales uocant nisi sidus ad latus altrinsecus declinauerit: quãq̃ parum ob id numerus uariatur. Neque enĩ plus triginta minutiis etiã si decem partibꝰ declinauerit. hanc secutus est methodũ Ioãnes de regio monte: quam tradidit & Abraã princeps præceptor Auenazræ. Quod si dicas experimẽtis esse dep̃hensum per anaphoras schemata cõponẽda eẽ resistet Auenazra diu multis obseruatõibꝰ infinities dicet ãnotatũ p æquales gradus eẽ cõstituẽda: sũt q rectas anaphoras semp usurpẽt: qđ obiici falso Pto. supra declarauimus. Adde q latitudinẽ nõ obseruat Pto. p̃terq̃ ĩ planetis copulatis. Abenzagel aũt ĩ oĩ radiatõe p̃terq̃ ĩ diametro. Aboasar & ĩ diametro qđ illi calũniãtur. Mitto q̃ta dissentiãt quonãuisq; radiatiõis uis extẽdaẽ: sũt q gradibꝰ tribꝰ: sunt q potius qnq;: sunt in luna q ad. xii. usque partes: sunt etiã q ad tredecĩ ut Porphy. ait: Par quæstio mathematicis inexplicabilisq; dissensio sup directõibꝰ: (ut cũ eis eorum more loquamur). Nam ægyptii quidem anaphoris regionis semper utebantur. Dorotheus in dirigenda prima parte rectis semper assensionibꝰ: qđ

Op. recẽtiorum

Rõ aduersus ipsam.

Opi. Henrici baten.

Op. Albate.

Ioãnes đ mõte regio

Abenzagel. Aboasar.

Porphyrius.

Dorotheus.

experientiæ respondere sæpissime Abraã testatur. Ptolo. & fere posteriores in oriente posito sydere & occidente per regionis ascensiones: positis quarto loco uel decimo per æquatoris: mediis locis uero per admixtas. Idem sentit Almeon capi. septimo tractatus quarti de directionibꝫ: Aboasar per zodiaci dirigit gradus. sic enim octaua differentia secundi tractatus libri de magnis cõiunctionibꝫ dirigit lunam ad locum cõiunctionis syderum infortunantium. Idem sentit Auenazra libro cui titulus initium sapientiæ confirmans auctoritate etiã Albategni. Sũt qui putãt utroqꝫ modo tam radios extendendos q̃ sydera dirigenda. s. per signiferi gradus & anapho rarum ꝓportionẽ: quod uidetur Ioãnes hyspalensis in isagogis suis uoluisse: Nam secunda parte sui quadripartiti capite super prima domo idem est executus. Alii extendunt quidem radios per zodiaci gradus: dirigunt autẽ per ascensiones qđ Messalæ necnon Ptol. uidetur Auenrodan ascripsisse. Cõtra Abraam iudeus eandem affert rationem operis utriusque: quare schemata componantur per æquales gradus per eosque dirigendum sit. Mittam q̃ discordant ad quã partem planeta sit ducendus: ubi quid ab aliis Ptolemæus dissentiat in apotelesmatis est uidere: tum nõ nihil Auenrodan explicante: sed nec illud hoc loco ptractamus quanta sit difficultas his qui putant ascensionibus mixtis utendum in dogmatis excutione. Nã Ptolemæum id parum recte uel sufficienter præcepisse doctissimi iudicarunt. Paulus alemanus insignis mathematicus qui nũc apđ Guidonẽ urbini ducẽ pricipẽ lřatissimũ uiuit, scripsit aliquãdo se nunq̃ uidisse qui sydus ad locũ triãgulũ recte dirigeret: quĩ etiã (qđ superius erat dicendũ) negat in latitudinibꝫ planetaꝝ fideles esse tabulas quæ feruntur. Ex quibꝫ omnibꝫ in capescendis horis initialibꝫ siue geniturarum, siue urbium, siue constellationũ: tamẽ in themate disponẽdo siue cardines statuantur: siue loca p̄finiantur seu signa diuiduntur: seu sedes syderibus, uel hærẽtibꝫ, uel errantibꝫ tribuãtur: seu schemata cõponãtur: siue apheses numerẽtur q̃ta patet erroribꝫ ianua quæ adhuc ueritas super his & mathematica certitudo in Heracliti antro lateat inexplorata.

Abraã. Pto. — Almeon. — Opĩo Aboa. — Auenazra. — Alia opĩo. — Ioãnes hysp. — Alia. — Auenrodan. — Abraã iude. — Alia discordia. — Auenrodan. — Paulus ale. — Guido urbini dux

Ioãnis pici mirãdulæ disputationũ aduersus astrologos libri noni finis.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER DECIMVS.

Caput primũ Epilogus eoꝝ quæ hactenus confecta: & quid in sequentibus agendum sit libris.

Vltis iam gradibus astrologicam rem deiecimus dum nec cælo pendere fata inferiorum omnium declaratũ est: nec significari: nec si dependeant, aliter potius pro naturæ cognitione quoꝝ utrunque confirmatur ex perpetua & stabili conditione cælestium quæ sui par semper, suiqꝫ similis non mutatur: ut fingunt instar Cameleontis ui locoꝝ uel distantiaꝝ. Deinde q̃re qđ cælũ faceret uel ĩdicaret id ĩtelligi a nobis posse

negabamus: tum quare nec horas illas fatales quæ nam essent: nec in choro cælesti penes quos fati decernendi potestas collocata cognoscere nostræ sit imbecillitatis. Certe quæcunq; sup his illi tradiderunt exorbitant penitus a rōne. rer̄.n. fecerunt primordia quæ nō sunt primordia ueris omissis: & cælestiū potētissima uel nesciētes uel negligentes utuntur ī pdicendo comēticiis causis & fabulosis: quibꝫ ut nulla ueritas inhæret/ita nulla ptās aliquid efficiendi. Post hæc tertio declarabatur si nihil in istis quæ dicebamus offenderint nō mō nō cōtigisse speratū: sed potius a pri rī q̄ sit impmeabile/nec humano uestigio ptransibile: quod est illis cōficiēdum: ut .s. initiales horas indagent/& cælestiū quas finxerūt cārū/statū ac pōnem omnem momētis singulis assequātur: quor̄ neutr̄ sciri posse li. pximo di: putabamus. sed hæc etiā si pstiterint tm̄ abest ut suū munus impleuerint: ut nec dum suū officium sint aggressi. nā labor ille pprius astrologi/themate iam cōstituto(qđ opus est mathematici)quid explorata constellatio faciat indagare. inter omnia est difficillimus hæc si darentur ratiōe cōstare sciētia foret astrologia si experimētis ars si nec ratiōe nec experimētis nec ars utiq; nec scia/sed temeritas incōstabile præstigium: circulatorum figmētum fabulosissimum primum igitur rationis auctoritatē: tū fidem experimenti astrologis eripiemus.

Caput II Rōnes astrologorū inanes esse & ridiculas.

Aristoteles. Plato.

Eneralia quædā de syderibꝫ Aristoteles/Plato/cæteri philosophi/nixi rōnibus tradiderūt substātiā sempiternā/motū circularē/reliquaq; id genus uerū pprias syderū pprietates nusq̄ pdiderunt/nihil super eis/quæ physica dici posset/indicāte rōne: alioquī rer̄ corruptibiliū quas tractamus: quas pxime sentimus: quas ītimius noscimus: dotes peculiares ab euentis tm̄modo effectisque cognoscimus. quas aūt astrologi rōnes cōtinxerūt sua dogmata pbaturi/tm̄ absūt a rōne/ut nihil possit irrationabilius cogitari: neque enī solum nō demonstrātes aut rethor̄ etiā enchimematis īferiores/sed falsæ futiles/pugnātes/uitiosæ/ridiculæ: qđ excutientes/ordine singulas palam faciamus.

Caput III Duplex prīcipiū quo astrologi decernūt quæ domus sit fortior/falsum esse: utq; sit uer̄/nō tamē ex eo id colligi quod uolunt.

Xordiemur a rōnibꝫ quibꝫ locor̄ pbant pprietates: quor̄ tamē & nullas pprietates & īterualla sciri nō posse supra declarauimus. Primū aūt agemus de quātitate uirtutis locor̄. Secūdo de qualitate declarātes illud ubiq; principia quibꝫ nitūtur esse falsa: neque tamē colligi ex illis si sint uera (quod uolūt) Est aūt duplex quasi ploquiū quo definiūt quis quo loco sit fortior/quo debilior: unū est loca illa pualere quæ nectantur horoscopo radiationis affinitate siue trigonæ.s. siue quadrāgulæ/siue sexangulæ. Contra pigra deiecta quæ nō cōiungitur. Alter̄ cardines quos uocant angulos primæ potestatis esse: secūdo loca cardinibꝫ succedētia: tertio quæ declināt ab eis græce dicūtur apoclimata barbari cadentia dicunt. Primū igitur ista principia falsa/aut si cōcedātur: quæ tamē intelligunt ex his tum inter se: tū principiis istis pleraq; repugnant. Principior̄ falsitas ita demonstratur

efficatia locorum nõ poteſt alio referri q̄ ad habitudinem loci ſupra finitorem: ut i eo ſitu putetur ſtella quælibet efficacior/in quo poſita ſupra nos fortius operatur. Hæc philoſophus ſtatim dabit naturali rõne perſuaſus. hoc dare cogitur & aſtrologus: quoniã uirtus iſta locorum uel a natura petitur ipſius ſpacii: uel ex iſta quã diximus habitudine ad nos: a ſpacio deriuari nõ põt nõ modo: quare nulla iſtius ſpacii uis natura eſt: ut ſupra mõſtrauimus: uer₃ quoniã iſtud ſi dixerim erit idẽ horoſcopus eadẽque locor₃ partitio quacũq₃ regione cõſtituenda ſiquidẽ ſpacii partes determinatæ ſuas habuerĩt ꝓprietates quibꝰ inibi poſitas ſtellas afficiãt: quare non uariabũtur ex cælo/ſed erũt oĩbꝰ eedem: hoc autẽ toti penitus aſtrologiæ repugnat quæ ſydus eadẽ ſpacii parte collocatũ mihi quidẽ decernet in aſcendente: aliis ſecũdo loco: aliis duodecimo: aliis tertio: aliis undecimo: ꝑ cæli. ſ. ĩcliatõe diuerſa: quæ nõ eſſet ſpectanda: ſed natura ſpacii quã cõſequerentur iſtæ ꝓprietates nõ habitudinẽ illius ad nos: nã ꝑ cæli deuexiõe nihil illa mutatur: hæc ſemper alia fit & alia. Quod ſi locus cõceditur efficacior ĩ quo ſitus planeta fortius agit ĩ nos/cõcidũt ſtatim illa fundamenta de angulis & horoſcopo: primũ quicũque locus ſub terra debilior erit oĩbus qui ſupra terrã: nec quintus aut quartus erit duodecimo uel octauo ꝑ̄ferendus: tum inter eos qui ſupra terrã quicunq₃ magis aſcendet ſupra finitorem potentior exiſtimabitur: quare duodecimus primo præualebit: cõceſſit Aſchedẽlis aſtrologus auctor ſũmæ quã uocant anglicanã plus credens rationi prorſus indiſſolubili/q̄ aſtrologor₃ oĩum auctoritati. Sed Ptolæmeus quoq₃ rõnem uidit quã fere ſecutus apoteleſmatõ li. primo ſtatuit oĩum fortiſſimũ eſſe locũ medii cæli/q₃ inibi poſiti radii planetar₃ potentiſſime nos afficiũt: ꝓximũ illi uirtute locum undecimũ ꝓpter eã rõnem: debiliſſimos aũt eſſe planetas qui mediant ĩter occidentẽ & imũ terræ. Repugnãt hæc autẽ cæteris aſtrologis: quor₃ maxima pars orientẽ cæteris locis anteponit: ut Meſſalla: Firmicus: Aboaſar: quãq̄ Auenazra ſentit cũ Pto. quare nõ cardines omnes primos facit: uer₃ locũ undecimũ omnibꝰ antefert ꝑ̄terq̄ ſũmo. Poſtremo ſi dicta tuentur planetã quinto loco facient debiliſſimũ quãdo medius ẽ inter quartũ locum & ſeptimũ: tertio quoq₃ libro ſuper annor₃ ſpacio loquẽs omne quod ſupra terrã ꝑ̄fert his quæ ſub terra: ſed oblitus eor₃ quæ prius dixerat orientẽ loco ꝑ̄ponit undecimo: Tam̃ ſecutus aſtrologos abiicit. xii. nimis futili certe falſaq₃ ratione: quoniã inquit ſpiſſior & obſcurus terræ uapor ex humiditatibꝰ halãs illius uim deſcendentem turbat & infirmat: certe ſi ratio ualet natus aere caliginoſo naſcetur ſemper infelix cui planetæ ſub tenebris omnes erũt quaſi duodecimo loco collocati. Præterea cur nõ magis id patiatur in oriente poſitum ſydus? An plures habitus luce facta ſuperius quæ potuit uaporoſos fumos attollere/diſſipare nondum potuerit? Verum in ſole forſitan hoc procedit: ſed meridie quænam ſtella duodecimo loco reſidens aere uaporoſo præpedietur? rectius igitur primo libro tantum illud ſpectauit mediũ cælũ fore potentiſſimũ inter alia loca? ille intenſior uel remiſſior qui magis faſtigio minuſue ꝓpinquare: hoc eſt ſolũ quod dici naturaliter põt: ſi naturalium tm̃ uiriũ penſemus efficaciã: nã ꝓprietatẽ alicuius influxus habere

Ptol.

Snĩa Pto. ab aliis aſtrologis diuerſa.

Meſſalla. Firmicus. Aboaſar. Auenazra.

fositan locus potest sub occidente, quã cæli mediũ nõ habeat(siqs habuerit huius/ modi differentias)uerũ quod planeta facturus est ut fortiter faciat quid aliud erit ĩ causa q̃ ptãs diffundendi radios in finitorẽ. Nimis igitur stulte stellã fixã in quarto loco potentẽ sub imo.s.terræ latitantẽ, quæ si fulgeat sũmo fere cælo, cardinẽ ĩ par/ tibꝰ nõ attingat utriũ nihil sit habitura: planetã loco duodecimo nõ esse uitalem q sit tam̃ in qnto collocatus, cũ longe rõnabilius qntus locus sedes tenebrarũ q̃ duode cimus possit appellari nemini qsq̃ psuadebit fortius affici nos a sole cum procul ab oriente distat adhuc gradibꝰ.xxv.q̃ cũ lapsus uno gradu mergatur in occasũ: cũ ta men ad ascendentẽ ibi pertineat, hic ad locũ sextũ: multo minus nisi sensu carẽtibꝰ psuadebunt esse potentiorẽ quarto loco sub media.s.nocte, q̃ si octauũ uel duode/ cimum locũ occupauerit. nã colligatio trigona cũ horoscopo reprobatur ex supiori/ bus ubi de radiorũ diximus interuallis: ut si rectã sequi rõnem uelimus plus ad ho roscopi uim attinet eius anaphora q̃ tot spaciis distans bona fortuna. Quod si colli gatio talis habet momentum, cur nõ iunctus cardini meliori locus erit potentior? Est autẽ ratione docente tum uariis astrologis astipulantibus cardo sũmus omnibꝰ melior. Iigitur sextus locus illi triangularis debet bonis adnumerari: qua rõne no/ nus ex ascendentis affinitate. Hactenus falsitas principiorũ nunc principiis decreta dissentire. neq;.n.semp octauus malus si ppterea malus ꝙ disiunctus ab ascendẽ/ te: cũ plerũq; locatus ibi planeta, trigono radio foueat orientẽ. similiter & secundo loco sexagona radiatio nõnunq̃ uenit ad horoscopũ: quare quod colligũt nõ est p/ petuũ nisi loca p gradus zodiaci diuidãtur, hoc aũt nõ recipiunt, igitur nihil colli/ gunt. Illud itẽ respõdeant cũ affinitas ascendentis & anguli bonũ faciat locũ suffici at alterũ priuilegiũ, an utroq; sit opus. si alterũ bonus erit octauus locus succedẽs oc/ cidenti: si utrũq; malus secũdus diuulsus ab ascendẽte. Scribit item Heliodorus ex Pauli cæterorũq; sñia malos infortunãtesq; planetas in decliuiis uehementius ledere & nocere, ꝙ si locus infimus sua natura quodq; dicere solent ἀπρακτου tam ma los debet radios hebetare q̃ bonos.

Decreta principus dissentire.

Heliodorus.

Caput IIII Argumentatões astrologorũ qbꝰ sua roborãt dogmata ad qnq; fere genera redigi, infirma quidẽ & inefficacia.

e Xcutiamus nũc errores quibus locorũ pprietates probant: ut hic quidẽ fra/ tres significet: alius parẽtes: amicos alius: hic mortem: alius inimicos: uerũ ne sæpius eadem rep̃hendam, genera quædam prius refellã argumentandi quibꝰ utuntur astrologi qcquid sunt pbaturi. Tum particulatim cuiusq; dogma/ tis euertentes fundamenta, tantũ admonebimus e quo genere iam taxatorũ duca/ tur argumentatio: propriis uero locis hoc agetur: ut datis principiis & forma ratio/ cinandi non cõsequi tamen quæ putãt ostendamus. Sunt autẽ fere capita quĩq; ad quæ redigas oẽm astrologicam pbationẽ. Primũ locus dici potest ab ordine nume rorum: secundũ a parabolica similitudine. tertiũ a mathematicis. quartũ ab astro/ logicis principiis. quintũ a dialecticis: Ab ordine numerorum sic argumentantur. Clima primum subiacet saturno: ioui secundũ: tertiũ marti: quia saturnus primus

Quinq; capita ad quæ oĩs astrologorũ reducitur argumentatio.

planetarũ: iuppiter secundus: tertius mars. Loca sunt. xii. signa sunt. xii. Primum igitur signum primo loco respondet: secundũ secũdo: atq; ita deinceps. Sed tertium signũ geminorꝝ: tertius igitur locus fratres significat quasi geminos. Similiter primus planeta primo loco respõdet: secũdus secundo: tertius tertio. Sed iuppiter sydus secũdũ diuitias significat. Erit igitur loco secũdo super diuitias significatio. hæc methodus a nũeris ducta faciliter cõfutatur. Siquidẽ cũ philosophis, cũ dialecticis sermo sit: nã nõ mõ nõ cogit, sed nec colligit, nec solũ nõ ꝑsuadet sed nec suadet. Primũ igitur futilis nimis insanaque suppositio: primũ genere quoq; primo generis alterius naturæ cognatione cõsentire. Primũ ignis elementũ primus planetarꝝ saturnus qd ab igne diuersum magis astrologis ẽ saturno: mars tertius planetarꝝ: aqua tertiũ elementũ, nõne dissidet mars ab aqua, quantũ ab aqua dissidet ignis: aries primũ signũ: saturnus primus planeta: neq; tam astrologis habet aries cũ saturno ꝓportionẽ nõ regnat in eo nõ dominatur ĩmo deprimitur. fallax igitur suppositio rudis & imperita: quæ si uera foret nihil minus esset incerta, nõ tã ꝙ incertũ sit ne a luna saturnũ uersus ascendendũ: an potius a saturno descendendũ ad lunã: cum sua qlibet rõne sit primus ordine planetarꝝ, q̃ ꝙ mediorꝝ situs & ordo penitus ambiguo Manet. n. adhuc sub iudice lis antiqua sol a luna secundus an medius magis sit: creditus est ægyptiis lunæ ꝓximus: medius a chaldeis: mediũ quoq; putat Pto. & turba recentiorũ: Verꝝ nõ mõ Ieber acutissimus mathematicus sed & ipe Theõ interpres græcus Ptolemæi dissentiens a magistro putat supra lunã statim collocandum. Quod Plato quod Aristoteles etiã affirmarũt: nec mirꝝ sũmos auctores ĩ ea re dissentire: super qua rõnes utrinq; translatitiæ multæ, certa nõ potest ulla cogitari. Nã parallelares ubi sustuleris, hoc est obtutus discrimina, mathesis nihil indicat e duabꝫ stellis utra superior: nec de sole dum taxat ambigitur: uerũ etiã de uenere de mercurio: quoniã de marte ioue & saturno cõstat inquit Sũmarius oẽs supra solem: quo tamen ordine nec est scitũ nec sciri potest. quod multa. s: (ut loquuntur) aspectus est diuersitas, ꝑterq̃ rationes quascunq; feceris ex cõmunibus erunt uanæ & dialecticæ, nõ ex ꝓpriis certe & mathematicæ. Qualis illa Ptolemæi de sole conuenienter inter planetas medium poni: quoniã sũmouentur ab eo quidã longitudine loci: quod saturnus & iuppiter & mars faciunt: quidã sequũtur eum semꝑ ut uenus atque mercurius: friuola cõiectura nec ꝓcedens: quoniã luna digreditur ab eo quantũ superiores: nõ igitur medius ĩter digredientes ab eo & non digredientes. Alpetragii ratio pariter debilis ut sint motu uelociores inferiores. quã q̃ qui uidẽtur uelociores ꝓbat esse tardiores. Sic. n. locus ueneris solis & mercurii locis suꝑior erit quod nõ fore oẽs æqualiter resistunt: plus niti uidetur euidẽtiæueterꝝ ratiocinatio solem ꝓximũ lunæ decernẽtiũ: quoniã ueneris interiectu mercuriiue nũq̃ nobis eripiatur. Sed hæc quoq; multipliciter soluitur: ut qđ cõtingat id in mercurio paruitate: cõtingat in uenere: quia proxime soli radiis occupatur & ĩtercipitur. Quare radiis obstruere uiam nõ põt ad nos descendẽtibꝫ qđ remotior luna põt. Quid ꝙ forte tenuia nec lunari densitate terrosa radiis nõ obsistunt. Habeat itẽ ꝓpriũ lumen

Lis antiq̃ de solis situ
Aegyptii.
Pto. Chaldei
Ieber. Theõ.
Plato.
Aristoteles.
Sũmarius.
Rõnẽ Pto. eẽ friuolam.
Rõ Alpetra.

Auerrois in paraphrasi almagesti. Moses. Abubachesis

qđ cũ uice solaris erepti reddũt/nõ eripiũt lumen/sed cõmutant: quare defectus nõ pcipit. Auerrois ĩ paraphrasi magnæ compõnis Ptolemæi dicit se quõdã ĩ sole duas quasi maculas nigricãtes ãnotasse/cũq; nũeros digessisset p id tps inuentum mercuriũ solis radiis oppositũ. Recte igitur Moses ægyptius ex Abubachesis quoq; testimonio sitũ & ordinẽ planetaꝝ ĩcertũ pnunciauit. Nã lunã qdẽ scimus oĩbꝫ inferiorẽ cæliq; uestibulũ ppter maiorẽ aspectus diuersitatẽ quæ minorẽ iudicat necessario habitudinẽ semidiametri terræ ad sphæræ semidiametrum. Quomõ uero tres aliæ se habeãt sol/uenus/mercurius/incertũ. Similiter notũ quatuor has stellas nobis pximiores aliis tribꝫ: sed illaꝝ ĩter se triũ sitũ & ordinẽ ratio nõ demõstrat Cũ igitur genethliaci nitũtur ordini huiusmodi cõsequẽtiæ prĩcipio nitũtur primũ quidẽ falso: tum si ueꝝ foret incerto: licet aũt de signis idẽ obiectare quãdo (qđ satis demõstrauimus) ĩ zodiaco nullũ aut quatuor æque principia sint. Dictũ de primo genere argumentationis: a parabolica similitudine sic pbant: decimus locus in edito cæli uertice patet. quartus latet ĩ imo terræ. Cũ igitur magis cõpertũ cuiq; de matre sit q̃ de patre: cõuenit ut per decimũ locũ mater iudicetur. pater aũt p quartũ: q modus nõ est aliter q̃ ex suo titulo refutandus. Nã quæcũque de istis similitudinibꝫ argumenta petũtur nõ solũ philosophis sunt indigna docẽtibꝫ: uerũ nec dialeticis apta uel utilia disputãtibꝫ: qn nec rhetoꝝ psuasiõibꝫ cõmoda/ & uanæ fere poeticæ lusum potius p̃seferunt q̃ seriæ cuiusq̃ pbationis idoneã auctoritatẽ a mathematicis argumẽtari eos dicebã cum bene decreta mathematicis male uertũt ad suas p̃dictiões qualia quæ superius de zodiaci in signa: signorũ ĩ partes: partium ĩ minutias diuisiões dicebamus. Itẽ cũ qđ recta quædã alia obliqua signa illis dicuntur/ob ascensionis moras inæquales ipi trãsferũt ad naturã rectitudinis & obliquitatis ĩ moribꝫ. Ex astrologicis colligũt quotiens astrologicũ aliqđ dogma principiũ faciunt alterius dogmatis cõfirmandi. dialeticis utũtur/si quando cões & pbabiles quosdã ex natura uel p̃ria philosophia ppõnes assumũt. Sed id q̃ rarissimũ. Neq; enĩ memini apud eos legisse me rõnem quæ fidẽ dialecticæ pbabilitatis afferret.

Secundũ genus argumẽtãdi astrologorum.

Tertiũ genus argumentandi.

Quartũ genus. Quitũ

Caput V Rationes a parabolica similitudine ductæ: quibus domorum pbant proprietates refelluntur.

h Aec dixerimus in uniuersum nunc ad referendã particulatim fabulamenta descendamus (nã sic uerius dixerim q̃ argumẽta) qbꝫ locoꝝ proprietates asseuerant incohantes ab illis quæ sumuntur a situ & cõditionibꝫ signorum. Est autem locus a parabolica similitudine p hũc modũ: pater amat filios: & qntus locus amica radiatione: quare triãgula nectitur horoscopo: qntus igitur locus filios significat. Vt sit igitur modus argumentandi bonus q tamẽ plane est ridiculus ostẽdamus nõ recte colligi quod contendunt. Primus inqunt locus nascentẽ significat ipm: quoniã de tenebris prodit in lucem. Item horoscopus ecce parabolica similitudo de qua reddunt & rationem cur idem locus itinera modica repræsentet: ut cum de uico eiusdem urbis ad aliũ de urbe ad suburbiũ: de domo itur ad pomerium. Nã uolũt hoꝝ quoq; motũ cãm in syderibꝫ esse quæ primi loci dispõne portẽdãtur

ut ait Bonatus. Præterea uideamus an in reliqs locis similitudo pcedat. Est secūdi pprietas sup diuitiis: qm̄ nihil aiūt homini magis pximū: igitur herēs primo secū dus locus diuitias significabit. Necessaria rō penes eos qbꝫ nihil potius est diuitiis uerꝫ hoi pximiora & intimiora multa: puta dotes animi & corporis sapiētia & ua/ litudo: quare debuerūt potius hæc a secūdo loco significari q̄ a sexto uel a nono: qd ꝙ īter externa quoque parētes/uxor/amici/filii gloria/pecuniæ pferūtur: ut potio/ ra ut pximiora/pterq̄ apud unū hoīum genus q se uocant astrologos. Tum locus idem cur epistolas quoque notat ut ait Zael israelita præterquā forte in genituris notariorum: quibus semper hereant stilus & pugilaria: Iam pergamus ad reliqua Tertio fratres indicari uolunt/quinto filios diximus/causam: cur hic filios similis fratrū est ratio: qm̄ locus tertius exagona radiatōe iungitur ascendenti: qm̄ igitur exagona copulatio amica: sed melior est triāgula ppea filiis hæc quos amamus ma gis: illa fratribꝫ datur: & eandē ob cām locus undecimus ē amicorꝫ: quē pariter ex sexangulo respicit ascendens. uerꝫ eos īterrogo cur nō locus nonus filios significabit cū sit & ipe triāgularis horoscopo? Respondebūt qm̄ cadit. rogo igitur iterꝫ melior tertius an undecimus? & patet eadē rōne undecimū pferendū qm̄ cadit tertius: cur nō igitur tertius amicorꝫ undecimus fuit fratrū? nisi puertētes ordinē nature putēt amicos fratribꝫ pferendos. Illud quoque de filiis alio dicto pturbatur: nā parentes quarto dicūt iudicari: sed īter quartū & ascendentē tetragonus ē aspectus quo nul/ lus inimicitie magis iudex: qūo igitur nascentē nascētisque filios amica radiatione cōponunt eundē tamen cū suis parentibꝫ inimica? Præterea placet Pto. græcis oībꝫ & Auenrodā potius a decimo loco filios iudicari q̄ a qnto: qd Porphyrius iō rectū pbat: quare inde animæ ī corpora demittātur. Sed Porphyrii fabulæ fabulā possu mus opponere: quare phibētur animæ p cancrū labi deorsum p capricornū ascēde re. Est aūt cancer signū aqlonare cui respōdet apud Ptol. imū terræ nō sūmū: sed a quarto quoque pariter & undecimo pdictionē de filiis auspicātur. Quid ꝙ Alcha bitius & hæbreus Andragazar ad qntū locū legatos uolunt ptinere: & qd Vellius ait rumores & nūcios addūt & famā quæ post cineres: & quod Adla scribit uesti/ mēta: quanā igitur ista rōne? nullā. n. reddūt: illud ualde irrōnabile ꝙ sextū locū quem uocāt ω πρωκτορ quasi dixeris torpidū cessantē/inertē/inefficacē/ seruis attribuūt: quorꝫ tamē & labor & industria dominorꝫ nutrit ociū & ignauiam. Sed uide pulcherrimā quā super hoc dogmate facit rōnem Auenrodā: septimus inquit locus pares significat subiecti uero elōgantur a paribꝫ (uerba sunt ipius) quantum sexta domus a septima elōgatur: sextā igitur posuerunt p domo subiectorum: hæc ille: quæ ridenda sunt potius q̄ confutanda ne nimis ab Aristotele coarguamur.

Nam de septimo quod dicunt pares significari uide q̄ ipi minime ueracia/minime cōsentientia putēt sup illa. Referunt enī ad eundē locum uxorem/socios & apertos hostes: quibꝫ quid est pugnantius. Sed defendit Abraā in hunc modum quoniā septimus inquit locus opponitur primo: lites & bella significat: quoniā rursus descē dit ascendente horoscopo significat uxorem. Postremo quare mora descensus eius

Bonatus.

Zael israelita

Ptolemæus.

Auenrodan.

Porphyrius.

aequalis est tēpori ascensionū primi loci: quae nōnulla conuenientia est. ideo signifi/cat aequales/& socios: sic omnia facile cōfirmabūtur cū nulla sit res quae similitudīs alicuius istiusmodi argumēto/cuicūq; alteri similis & dissimilis fingi nō possit. ubi enī nō succedit? si de rebꝫ oppositis ab eodē ponūtur indicia quasi conueniant. Sed conueniunt inqt hac rōne ꝙ tēpora emersus in ascendēte casusq; in occidente sunt aequalia. Fateor bene dictū si id quoq; cōcedas eodem exēplo similē esse igni aquā qm̄ tot partes possideat aqua frigiditatis quot ignis habeat caliditatis. Tam enī pu to forsitan opponūtur (qđ nō sit dictū scrupulosissime) descensus atque ascensus/q̄ calor atq; frigiditas. Nonne certius uxor ad secundū locū pertinet ꝓxima uiro semp̄ illiq; succedens quasi suppar: & secūda p̄sertim cū uelint etiā ex signis alterꝝ eē ma/rem alterꝝ foeminam: quoniā ut inquit Pto. foeminae uiris inhaerent. Sed & reddant rōnem cur idem locus fures fugitiuosque significet (ut Vellio placet) & emptiones quoq; ac uenditiones: & quod alii tradunt itinera mediocriter longa. Tū quod scri bit Bonatus cultū purae diuinitatis p̄sciētiāque futuroꝝ. Certe mors isti loco recti/us debebatur q̄ octauo cū pariter hic a luce descendatur ad tenebras: sicut in ascen dente de tenebris itur ad lucē. Sed nō placuit inqt Auenazra: quare nō nihil ē simi lis ascendenti: tali. s. similitudine qua nos aquā ꝓbauimus eē similē igni. Sed Do/rotheus quoque ex hoc loco potius de morte iudicabat q̄ ex octauo dominū loci ad id obseruans. Illud item respondeāt cur octauus locus bella significet apud Aboa/li: & quod scribit Alchainil uillicationē. Quod alii uolūt etiā usuras: dicunt haere/ditates hāc etiā praeuideri. Ego nō uideo quomō cōueniant haeres & mortuus: me/lius igitur si mortē octauus locus iudicabat: haereditatē/nonus significasset q̄ succe dit octauo: sed relatas ad octauū haereditates ait Auenazra quod loco secūdo ꝓpor tione respondet ad quē pertinēt facultates. s. haec est illa saepius iam irrisa concordia reꝝ oppositaꝝ. nā quae oppositis locis erit similitudo p̄terquā dissimilitudinis? Qđ si super eis quasi similibꝫ semper loquerentur ignoscendus forsitan error/sed nūc q̄si similibus: nunc ut maxime dissimilibꝫ: & quidem ueris oppositis utuntur: ut. s. eis subueniat. Sic quasi contraria loca sumuntur dum secūdus & portendit quibꝫ nu/trimur/& uitā cōseruamus: octauus mortem exiliaq; significat: mox idē haeredita/tes & censum quasi secūdo similis & affinis: oīno qui moriūtur haeredes faciunt nō fiunt nisi forsitan caeli/qđ caelo certe nō subiicitur. Essent alia obiicienda: sed uereor nugas cōfutando/ne fiam ip̄e quoq; nugator. Praetermitti de nouo loco quod dicūt nullo modo pōt. unde tm̄ ꝙ rident habet lector ut fastidio multiloquii nōnihil sub leuetur. Nonus ait locus itinera longa significat: audi rōnem quoniā sol decimo lo co positus ad nonū descendens mouetur. hoc scripsit Auenazra libro rationū primo atque secundo: ubi opus omnino chachinnis potius q̄ syllogismis quasi in omnibꝫ locis ab uno transiens ad alium sol non moueatur. Quid ꝙ cū eo motu sol descen/dat puto non significabit locus nonus itinera quibꝫ montes & eminentia loca con/scendamus. Quis enim non iocetur litigans cum ridiculis? adde illam quoque sup duodecimo loco fabulam significari per eū animalia quibꝫ uehimur quoniā iūctus

Margin notes: Ptolemaeus. Vellius. Bonatus. Auenazra. Dorotheus. Aboali. Auenazra. Auenazra

sit ascendenti quotiēs idem signū utroq; loco protenditur. Alibi uero per eundē locum tenebras aiunt carcereſq; portendi: quia maxime distat ab ascendente: a quo s. est duodecimus: sic tam paꝶ sui q̄ ueri memores mētiuntur in quibuslibet. Qđ si iunctumeum locum dicunt horoscopo tū esse, cum idem signum sedem utrāque occupat: disiunctum cū diuersa sunt signa: sequitur illud ut nec animalia quibꝰ uehimur, nec carceres, ille locus semper indicet: īmo nunq̄ hæc simul sed illa cū idem utrobiq; signū: hos aūt cu signa sunt diuersa: qđ nullus tamen putat astrologoꝶ

Caput VI Confutatio rationum Auenrodā de ꝓprietatibꝰ signoꝶ quæ ab ordine & cōsequentia signoꝶ sūmuntur.

h Aec sunt a situ conditioneq; locoꝶ parabolica quadam similitudine ductæ rationes: Auenrodan primo libro apotelesmatō ab ordine cōsequentiaque signoꝶ argumētatur ut primū. s. signum primo loco respondeat: secundum secundo: & pro natura domini signi respondentis natura quoque loci iudicetur: sic per tertium locū fratres iudicari & itinera breuia: quoniā gemini quoque tertium signum quoꝶ dominus est mercurius. Istud idem inquit super res mixtas habet influentiam quare fratres significabit: & cursu solis ꝓximus hæret semper: quare breuia ad eum itinera pertinebūt. Sed nec alius quispiā astrologoꝶ nec ip̄e quem sequitur Ptolæmeus mercuriū facit fratrum significatorem. Sed nec ulla ratio est ut breuibꝰ presit itineribus: quoniā cursum solis imitetur. nā si ꝓpterea hoc ꝙ ueloci motu reuoluatur nō magis ad mercurium q̄ ad solem & ueneré hoc pertinebit: quorum omnium cursus ferme sunt æquales. Veniamus ad quartum cui respondet cācer. patrem inquit significat: quoniā sol patribꝰ p̄est: uis autem solis apparet in cancro. Vide q̄ uanas q̄ friuolas arripiunt cōiecturas. Nā in aliis quidem domino semper utitur domus: hic autem ad eū confugit qui nullam habet in eo signo auctoritatem. Neque. n. sol in cancro, uel regnum habet uel hospitiū uel trigonum uel decanum. Quoniā uero domina domus luna, ut iuppiter signi rex, significato patrū deseruiebant ad solem se conuertit: quoniā maxime in cancro positus calefaciat qđ ut sæpe iam diximus non de signi natura sed habitudine solis ad terram contingit: alioquin quæ cognatio solis si principia sequimur astrologorum cum signo humido frigido fœminino: in quo ut paulo ante monuimus nullā habeat dignitatis alicuius prærogatiuam. Præterea cum saturnus eodem in loco dominetur: ut ibidē dicit Auenrodan: quomodo etiam sol dominabitur? quorum naturam putant oppositā faciūt domos & regias ēt oppositas. Aut qūo & illud cōsonat qđ ibi loqtur? ut aquario loco saturni natura respōdeat. Quapp ī hereditates occultaq; ꝓtendaī: Cui tamē ut quarto cōpetit signo cācri ī quo saturnus a domo ꝓcul exiliū patitur. De octauo & nono loco nō minus falsa pugnantiaq; cōminiscitur. Scorpius inquit octauū signū cuius dominus mars quare mortē significat: ueꝶ nō qualē facit mars apud astrologos sed saturnus potius: nā sicut inquiūt uenena significat & pigriciā ac inertiam: ut ait Aboasar: quare a græcis etiam appellatur argos: quod naturæ martis minime cōuenit. Nonus locus ad iouem refertur: quare nonum signum est

Auenrodan.

Auenrodan.

Aboasar.

sagittarius: ppeaq; dicitur religionũ iudex & sapiẽtiæ ꝓ natura iouis. Sed cur non eadẽ rõne locus. xii. cui pisces respõdent æque domus iouis atq; sagittarius & si gratior ioui domus ẽ sagittarius: tam̃ si uera ista suppositio de qua rõ mutationis huiusmodi ducitur: ut loco. s. natura planetæ respõdeat quæ ĩ signo cõpari dominetur nõ debuit locus. xii. oĩum esse miserrimus: cui signũ ascribitur domus planetæ omniũ fœlicissimi: quãq̃ methodi infirmitatẽ satis ĩpse cõfirmat Auenrodan: qui qm̃ nõ ꝓcedere eam uidit ĩ oĩbꝫ usus est tm̃ ea in quinq; locis: in reliquis confugit ad rationes quas proximo capite cõfutauimus. Nos autẽ nec ĩ illis quinque sequi quod putauit ostendimus.

Auenrodan ĩfirmitatẽ cognouit dogmatis.

Caput VII Contra rationes earũdem proprietatum quas Aboasar ex ordine accipit planetarum.

a Boasar istas locoꝝ ꝓprietates a planetaꝝ colligit ordine: ut primus prĩo detur: secũdus secũdo: tertius tertio. Proq; planetæ comparis numeri ꝓprietate ꝓprietas quoq; loci decernatur. Sed grauissimũ statĩ ĩcidit ĩcõmodũ: ut eidẽ plãetæ reꝝ oppositaꝝ loca attribuãtur saturno primus & octauus: ioui nonus atq; secũdus: ueneri qntus & . xii. Est enĩ primus locus uitæ locus: octauus mortis: qũo igitur primo pariter & octauo p̃erit saturnus? postq̃. n. ꝓ numero planetarum septẽ loca ꝑcursa sunt redeũt ad primũ: quare saturnus ĩcidit in octauũ: quod oẽs cõfitẽtur. Itẽ nonus ẽ fidei sapientiæ religionisq; significator: secũdus diuitiaꝝ: sed deus & mamona nõ cõsentiunt. Adde ꝙ ibi sicut aliis quoq; locis ait Aboasar iouẽ futuri sæculi fœlicitatẽ significare, quæ ꝑ fidẽ & sapientiã acqritur. Venerẽ autẽ fœlicitatẽ istius sæculi: igitur cũ diuitiæ ad istius nõ ad uenturi sæculi fœlicitatẽ pertineãt potius a uenere q̃ ab ioue significabũtur: nec ad locũ secũdũ cui iuppiter nũero cõpetit: sed ad quintũ cui uenus datur referẽtur: p̃sertĩ ꝙ & ipĩ solent oppositas domos iouis & mercurii dicere: qm̃ sapiẽtia cuius auctor sit mercurius dignitatibꝫ & diuitiis iouiis aduersetur. Hinc quãdoq; calũniã repellentes qua sæpius incessuntur. ꝙ. s. per futurorum p̃scientiã & cælestiũ uirtutũ deductionẽ naturæ fere totius domini, uiuant tam̃ plerũq; paupes & ignobiles. esse. n. ĩ hoc fatũ dicũt sapiẽtũ ne ditescãt: qa mercurio iuppiter aduersetur. Quomõ igitur iouẽ nũc ut diuitiaꝝ ita sapiẽtiæ faciũt auctorẽ? sed ĩ uenere quoq; magis absurditas elucescit: quæ sicut qntũ locũ ita pariter ĩcidit ĩ. xii. quoꝝ alter letitiæ uoluptatis: alter carceꝝ & mœroris & tenebraꝝ locus dicitur. qbꝫ quidnã põt esse pugnãtius? excogitarũt qdã bellissimam defensionẽ: nam quoniã solet uoluptates consequi penitentia: dicunt ueneri utrunq; locum cõuenire tã gaudii. s. q̃ doloris: puto defendent ita quoq; pariter: ut qm̃ uitã seqtur mors ab eodẽ planeta utrũq; significari. Nec dubito pari rõne dicturos ad martẽ bella pacẽq; ptinere: qm̃ semp bella seqtur pax: sicut pluuiã quoq; serenitas: pluuia serenitatẽ. Veꝝ ne putẽt extra oẽ gaudiũ sibi semp mœrẽdũ ne aliquãdo mereãt, admonere illos uolo nõ oĩs lætitiæ comitẽ eẽ mœrorẽ: sed quæ p̃ter modũ fuerit & rõem: hæc ãt a qnto loco significari nõ dicẽt si suoꝝ prĩcipioꝝ mẽores sĩt. nã ad qntũ hæc referũtur qm̃ iuuẽt, foueãt, refocillẽt sicut locus qntus iugiẽ

Aboasar.

ascendēti per quod nascētis hoīs uita significatur. Immodica uero uoluptas quā pe nitētia dolorq; sequūtur nō ē uitæ fomentū sed pnities: sed nimis serio loqmur in cōfutādis nugis. De marte uideamus Aboasaris rōnem & finē faciemus fratres in/ qt significat & sorores: qm̄ ex illius sunt parentibꝫ: rō dogmatis hæc qm̄ primo loco quo genituræ dominus iudicatur ascribitur saturnus: secūdo igitur iuppiter q secū/ dus ē planeta. Tertio mars ꝑ sphærarꝝ ordine tertius. Sed ex eodē genere sūt mars atq; saturnus: qa uterq; malus & noxius est. Significabit ergo tertius locus quæ sūt generis eiusdē cū eo q nascitur: quare fratres atq; sorores. Hæc noster Aboasar qui nisi scripsit æbrius hæc certe scripsit insanus. Qui.n. dissimilis magis planetarꝝ mar te & saturno: ille ignis: hæc terra: ille feruore furit: hic torpet frigiditate: ille noctur nus: hic diurnus: & oēs si ꝑcurres nullū īuenies influxū martis saturni influxibꝫ cō uenire. Præterea cū filii quoq; similes sint parentibꝫ aut nō debuerūt a qnto signifi/ cari cui uenus ascribitur: aut erit dicendū saturnū cū uenere quoq; cōuenire: narra uimus rōnes astrologorꝝ qbꝫ locorꝝ ꝓprietates ꝓbant in eo forsitā magis arguēdi q̄ nimis diligenter q̄ q̄ parꝝ illas uere taxauerimus/ductas tenui quadā similitudie rerum: sed quāuis nullo negocio confutantur: habent tamen ex ueterꝝ traditōe scri bentiūque testimoniis potius inficiandā q̄ negligendā auctoritatē.

Caput VIII Gaudia planetarꝝ cū domibꝫ ruere.

I naturã cælestiũ cõsequi rõne nõ potuerũt: quod demõstrauimus, an potuerũt expientia? Et quãq̃ cur ita fiat ignorent: ita fieri tam̃ obseruatiõibꝫ didicerũt, ut si nõ possit astrologia scientie nomẽ, possit tamen & artis, & uere traditiõis habere ꝓrogatiuã. Quare uera quoq; ꝑdicere siue id syllogismis siue experimentis sit consecuta. Neque enim interest ad diuinandum modo sit consecuta. Solent autem astrologi: sicut oĩs ars prodigiosa experientie plurimũ titulo se defendere: inquã ueluti asilũ se recipiũt, quotiẽs supra fidẽ ꝑterquã rõnem aliquam uel loquuntur uel pollicentur: oĩbꝫ statim se laqueis oĩum rõnum putantes extricari si se ita dicãt expertos. Hoc igitur quoque perfugium illis adimemus: quod aliquod esse putant qui & labiis loqui & auribꝫ audire magis q̃ corde consueuerunt. Nam siquis exploratum meditatũque habeat quid sit experientia. Tum quibus uiis super ĩfluxu syderum comparari possit, is ne utique dubitabit syderum uires peculiares ꝓpriasq; operationes tam esse experimentis q̃ rationibꝫ homini imperscrutabiles. Et quidẽ patere potest hoc satis ex superioribus: quoniam si uel nullum e cælo fatum: aut si quod iam fatum non ex hora initiali: sed a materiæ cognatione dependet: patet experimentis nullam uiam relinqui, quando quæ quẽq; stella imprimis afflauerit: tam tibi erit incertum, q̃ prorsus ignota primæ illius materiæ conditio singularis: sed & horam seminalem siquis fatalem faciat, ipsi non negabũt astrologi nimis abditam fore obseruationis opportunitatem. Verum ut tempus quoque genituræ sit satis ob eruatum: quonã pacto fidelis obseruatio fuerit? si nec exploratum ut declarauimus quot & quæ causæ cælestes obseruãdæ: nec earum quas putant habere cõprehensas: quæ sit forma: quis habitus: quæ positio, possint singulis momentis ex fide determinare: tum ipsam quoque horam genitalem nec habere exactam a domino genituræ: nec quod aberrat aliqua methodo castigare possunt. Porro siquid in his deliquerint (ubi delinquere semper eos ostendimus (cadet necessario totius obseruationis auctoritas: nunc si non delinquant etiam in illis, fieri tamen experimenta super cælestibꝫ libro ꝑsenti nulla posse monstrabimus. Demus igitur genethliacis: ut horam genituræ fideliter teneant & statum cæli ad eam horã q̃ fidelissime rogo quale cæli decretum talis constellatio faciat uel significet: quonam pacto se putant experientia consecutos? siquidem experientia multiplici eiusdem rei & sepius iterata obseruatione colligitur: eadem uero constellatio aut nunquã ut probant doctiores: aut quod ueteres crediderunt: nõ nisi post multa milia sæculorum eadem est reditura. Respondebunt fortasse particulares redire constellationes iteratique

sæpius etiã si totius & absolutæ cõstellationis redintegratio nõ cõtingat: posse igit se notitiã particulariũ illarũ repetitis obseruatõibꝰ adipisci: unde collectis experimẽtis ex fide futura prænuncientur. Id quod ita declaretur exemplo. Nascitur aliquis ariete horoscopante posita inibi stella martis/& septimũ cardinẽ occupãte saturno. Tum aliis suo modo dispositis nascetur alius cætera quidem dissimili genitura: sed qđ ad martẽ attinet & saturnũ simile: poterit astrologus/quãq̃ nõ totius cõstellationis particularis/tamẽ illius bis facere obseruationẽ. Quod cũ sæpius euenerit sæpius iterata obseruatio faciet expimentum: hic se illi fortasse defendunt/sed parũ uere parũ cõsone etiã suis principiis.

Confutatio.

Tum qa particularis eadẽ cõstellatio in alio toto aliud operatur: tum q̧ substantia totius decreti/nõ tam a partibꝰ ꝓuenit/q̃ a toto: hoc est ab oĩum simul partiũ armonia peculiare/& ꝓpriũ aliquid efficiente/quod nulla seorsum ps/sed neq; oẽs simul efficient. Siquidẽ aliud sunt oẽs ptes aliud qđ ex oĩbꝰ de mixturæ ꝓportõe dissultat. Erit igitur iꝑfecta talis obseruatio qua sua colligunt expimenta. Nã impfecta quæ totu nullo mõ fallax quæ eandẽ partẽ non in eodẽ toto cõsiderat. quæ ratio nõ ex aliis magis q̃ astrologorũ p̄ceptis robur habet/asseuerantiũ ꝑ mixturis stellarum oĩa fieri nec a ꝓprus earũ uiribꝰ/sed a complexu simul uniuersarũ/& societatis coalitu fieri fati sortitionem. Nõ igitur si i una uel altera genitura cũ mars atq; saturnus in cardinibꝰ primis ex diametro se respexissent dominũ genituræ calamitatibꝰ distrahi uideris: poteris quasi facto expimẽto/cũ alias idẽ acciderit calamitates denunciare: Cũ nihil repugnet eã cõstellationem sub alia syderũ aliorũ tẽperatione/ita cõuenire ut uel noceat nihil/uel forte etiã possit/oĩno aliud efficiat/q̃ qđ in aliis genituris ex radiorũ diuersis mixtionibꝰ fecerat: ut si cũ astrologis sentiamus fieri fato res humanas: huc referri posset quod experientia quottidie dep̄hẽditur infœliciũ oĩum fœlicissimas esse genituras: & fœliciũ cõtra/infœlicissimas. quare s. quãq̃ particulares cõstellatões aut bonã sortem: aut malã portendere/uideãtur ex præteritis obseruationibꝰ: ip̄a tamen totalis temperatõis armonia nõ alias uisa nõ cognita: nõ explorata/facere aliud nũc potest: q̃ q̧ ille alias uel seorsum uel in alia mixtione portenderãt. Hoc animaduertẽtes antiquissimi astrologorũ nõ aliter huius artis dogmata tradebãt/q̃ singulares a se obseruatas genituras particulati exponẽtes. & cũ euentis demũ cõparantes: ut nõ tã qđ saturnus aut iuppiter: sed quid cõstellatio talis tota pepisset indicarent. Quod Maternus exemplo ægyptiorum sexto libro suarum cõmentationum aliquo modo est assecutus.

Maternus

Ptolemæus.

Accusat aũt illos Pto. q̧ ad methodũ artẽ nõ redegerint: q̧q; rem infinitam & incõprehẽsibilem ꝓsequerẽtur. Quare seip̄e ad uniuersalia p̄cepta & simplices uires syderum explicandas cõuertit: putans illis cognitis posse genethliacum sua demũ cõiectura de particulari mixtione iudicare. Sed quãq̃ accusat iure ueteres astrologos: ip̄e tamẽ non minus iure est accusandus.

Pto. accusandus est.

Viderunt enĩ illi recte qđ facto esset opus. Sed errauerunt existimãtes id esse tale quod fieri posset: cum infinitum sit illud/nec ad artẽ nec methodũ redigi possit: Tum nullus ex eo usus: nũq̃ .s. eadem restituta cõstellatione. Ita aũt Ptol. potius quid posset/q̃ quid oporteret

fieri estimans nimium aberrauerit, si de præceptis illis similibus ueras fieri posse pdictiones putauit: ut hinc forte contigerit quod scribit Auenazra præcepta Ptolemei nunquā euentis experimentisque consentire. Sed propterea minus culpādus Ptolemæus: q quemadmodum libro secundo ostendimus: & opinabilem & coniecturalem: & dubiam: & fallacem hanc esse artem plane confessus est. Ita igitur in medium allato themate genethliacum urgeamus. Hic est aliquid o Genethliace: si tibi cætera concedantur, in efficiendo potens atque præcipuum, proprius. s. armoniæ totius effectus: a quo maxime proprie nati fortuna dependet: cuius tibi notitiam, cum nec ratio fecerit, nec obseruatio, quomodo fati poteris explicare ueritatem. Falleris enim si non aliud putas totius efficientiam q̄ collectiones eorum quæ singulæ partes efficiant. Erit hoc enim in coaceruatis & hærentibus tantum uel corporibus uel qualitatibus: non autem ubi miscentur & halescunt in aliam formam: quod in radiis syderum credit omnis astrologia. Sicut igitur thæriacæ proprietatē non est expertus: qui rerum uires ex quibus conficitur obseruauerit: ita nec cæli agmen præsens intelligit, quid efficiat qui seorsum de partibus eius habuerit alias experimentum. cum non solum partis ad partem: hoc est syderis ad sydus: sed oīum omnino syderum inter se status & habitudo id efficiat maxime, quod nascentis est proprium: sicut eius quoque indiuidua propriaque natura non de confluuio gignitur accidentium: sed incōmunicabilis est, uel substantiæ peculiaris priuataq; sortitio. Quid q nec unius etiam stellæ notitiam consequi possunt experimento: cum nihil ulla seorsum: sed cum aliis omnia semper operetur: quo non solū id fit ut tantū quælibet possit ex habitudine ad alias definiri: sed ut nullo modo possit ab aliis separata cognitione discerni. Nam a tota quidem cōstellatione uidebis seriem talis uitæ: & euenta talia prouenire: uerum agentibus illa omnia omnibus stellis: quæ cuius rei stella fuerit auctor scire non poteris: nisi seorsum cuiusque stellæ naturā: uel ratione uel alia prius uia deprehenderis. Quod si te dicas ita obseruaturum: ut quorum uideris hominum aliqua fata similia: qua parte illorum decreta consonauerint, inde maxime rem prouenire illam argumenteris ea facta præcipue sæpius obseruatione. Respondeo nimis fallacem hanc esse uiam coniecturandi: tum quoniā similis stellæ status rem diuersam efficere potest in mixtura diuersa, & dissimilis potest eandem: tum quia sors eadem pōt eandem causam non habere: cū ex sententia astrologorum sint eiusdem effectus in cælo causæ pene innumerabiles. Erit autem exemplo totum hoc dilucidius: nascitur Petrus ioue posito in piscibus: nascitur Paulus ioue similiter se habente: reliqua omnino dissimili constellatione uiuūt dispari sorte: moribus: ingenio: ualitudine: tantū pari fortuna in opibus cumulandis. An hic licet coniectare datorem diuitiarum esse iouem loco secundo in piscibꝫ collocatū? Minime certe licet Nam quod illis cōmune fuit in fato, diuitiarum s. copia potuit a diuersis causis cælestibus prouenire, nō a cōmunibus: & si ī alterius genitura dominus horoscopi soli cardinem occupanti uim fuerit elargitus: altero ī lucem prodeunte pars fortunæ tenuerit orientem domino suo benigna radiatione

Exemplum

Ratio.

Solutio

Confutatio.

coniuncta: uel ĩ altera qdem genesi planeta fortunator primo cardine fulserit: ĩ altera mercurius eo loco situs fortunãti planetæ cardinaliq; uim suã fuerit mutuatus Sed & si uenus nascente Petro quinto residens loco ĩ primo habuerit ptãtem: Paulo uero nascẽte luminaria nullis humilitatibus debilitata amicabiliter se respexerit: erit ex opinione astrologoꝝ/nõ ab eadem stellaꝝ facie: utriq; tam̃ diuitiaꝝ eadem fortuna: põt sors uaria eius rei diuersis euenire: cuius tamẽ opifex stella in genituris illorum põne simili fuerit. Tũ ꝙ nõ põt idem omnino unius stellæ habitus esse nisi sit eadem penitus tota cõstellatio. Tũ quia potuit in alterius themate cõtraria uis adesse talis ibi syderis efficientiã /uel obruẽtis/uel hebetãtis. Patet igitur ex cõiuncto ꝑmiscuoq; stellaꝝ afflatu discernere nos nõ posse quacũq; obseruatiõe qd

Ratio tertia.

quæ stella potissimũ largiatur. Quare nec uires naturasq; sydeꝝ expimẽtis cognitas definire. Accedit alia ratio difficultatis inexpugnabilis etiam si seorsum ageret unaquæq; stella quod agit: quoniã cũ illarum effectus inuertere: interpollare: frustrari/cõditione uel ĩferiorũ circũstantiũque causaꝝ multipliciter possit. nemo nõ prodigus ꝑcepsq; iudicii sic asseuerabit hæc euenire ea stella sic se habente: igĩ cũ se alias habuerit ad eum modũ similis quoq; euentus erit expectãdus. Nã erat illa forte sua natura diuersam rem paritura: sed mutat opus priuati fati uel fatũ uniuersale regiõis ãni/uel pricipis/uel ciuitatis/uel familiæ/uel cõtubernii: uel antecedẽs: ut parentũ/auoꝝ/attauoꝝ/uel arbitriũ nati uel aeris dispositio/ p quẽ cælestes ad nos influxus traiiciũtur: uel materia cõtumax: uel proximior cã nõ cõmoda: non idonea/superioribus motionibꝫ. Hæc cũ oĩa ut uolũt ĩmutare stellaꝝ efficientiam possint/quomodo tuta erit argumentatio: si de eo quod euenit stellaꝝ naturã ĩter

Cõfutatio tacitæ solutiõis

pretemur/ꝑsertim cũ sint ea quæ diximus/ita semp ãnexa stellaꝝ opationibꝫ ut nõ possit ad stellã quasi initiũ referri: qđ obtigisse sæpius ãnotauerimus: Illud falli uidentur inexpiabiliter/ꝙ quæ suis exẽpli gratia/in regionibꝫ/uel ægyptii uel chaldei uel arabes obseruauerũt putãt uniuersalis dogmatis habere rõnem. Hoc ẽ in omni pariter regiõe ualitura/cũ tamẽ accidere oĩno aliter sit necesse/siquidẽ ea sunt uera quæ tradũtur ab eis quæq; usus & uitæ fides ipã demõstrat. Nã in aeris mutationibus id uidemus permanifeste ab eadem cõstellatiõe cieri alibi alias tẽpestates hic placidas/ibi uiolentas: hic fieri niues: ibi serenitatem: alibi uentos: alibi pluuias Nimis igitur est inconsequens in humanis corporibus pariendis: in successibus ne

Phauorinus.

gotiorum (si quidem fiunt ista de cælo) non aliud pro diuerso cæli curuamine / q̃q̃ stellas easdem/in diuersis locis opaturas. Obiecit hæc illis etiam Phauorinus quod

Confirmatio auctoritate Pauli alexandrini.

nos Pauli alexandrini auctoritate confirmabimus. Is enĩ in isagogis apotelesmatõ fœlices in ægypto genituras esse scribit eas potissimũ cũ aquarius principalia obtinens loca bene fuerit affectus: qm̃ sit aquario subiecta ægypti regio: ut hinc illud fortasse mercurium in aquario fœliciter ægyptiorum ingeniis aspirare / uerum ĩ oĩ domo saturni humiliari mercurium/ac male se habere proditum a Materno. Patet igitur testimonio singularis astrologi non ualituras in omni regione pariter easdẽ obseruationes (si quæ fieri possent in aliqua regione fideles) quod non contingere

rationibus multis iam demõſtrauimus. & ſi pater medicoꝝ Hyppocrates fallax in medicina dixit experimentum / nemo non indoctiſſimus in aſtrologia negauerit eẽ fallaciſſimum. Hyppocrates

Caput II Si qua experientia haberi de aſtrologicis dogmatis poſſit eam non dum eſſe habitam.

Gebamus hactenus hoc ipm ut ꝓbaremus nulla tẽporis diuturnitate nul/
a la hoium quorũcũq; uel induſtria uel doctrina de ſecretioribꝫ ſyderꝝ uiribꝫ experimentũ poſſe cõparari. Nũc ſiquidẽ id forte minus eſt ꝑſuaſum: uel hoc ſaltem euidentiſſime demõſtrabimus: ſi qua cõparari talis poſſit expientia nõ dum tam̃ eſſe cõparatã: nã prioribꝫ rõnibus illud certe cõlectum eſt: ut notitiã fateamur huiuſmodi oium reꝝ eſſe difficilimã / quæq; perfici niſi multis ætatũ reuolutõibꝫ nõ poſſit. Igit̃ ea primũ aſtrologoꝝ mẽdacia refutabĩus qbꝫ ſe paꝝ xpianæ paꝝ perite / paꝝ uere tot milliũ ãnoꝝ habere ꝑdicãt obſeruatões: tũ eas quaſcũque habent ex eoꝝ dictis fallaces eſſe declarabimus. Phauorinus philoſophus apd̃ Gellium / nõ eſt inqt iſta chaldeoꝝ diſciplina tãtæ uetuſtatis quãtæ uideri uolunt: & Panetii ſecutus auctoritatẽ Cicero / nã qđ aiunt: quadraginta ſeptuagita milia annorum in periclitãdis experiundiſque pueris quicũque eſſent nati babilonios poſuiſſe fallunt. Neminem enĩ habemus auctorem qui aut fieri dicat aut factũ ſciat: Hæc ille: Nos altius ordiẽtes ĩpudentiã illoꝝ coarguamus: & ſiue mũdus æternus ut philoſophi quidã uolũt / ſiue factus ex tempore: ut diuina ueritas docet: hoc teſtatiſſimũ relinquamus / nullas quatuor milibꝫ annis antiquiores obſeruationes potuiſſe ad iſtos peruenire qui de aſtris ſciam tradiderunt. Certũ enĩ philoſophis qui æternitatem mũdi crediderũt magnis tam̃ quibuſdã elementoꝝ mutatõibus: & ſiccefcere maria / & terras inundari quaſque terraꝝ & hoium ſedibus cõmutatis fieri oceanũ ubi erat terra: & terrã qua parte erat oceanus. Nec ſolũ ſacri hiſtorici: ſed & Plato philoſophus / & externi ſcriptores / eluuionũ huiuſmodi exuſtionũque itẽ ſæpe meminerũt: nihil aũt intereſt mundi nouitas / an mutatio præteritaꝝ rerũ memoriam nobis adimat. Hæc igitur q̃ uetuſta cæleſtium obſeruationũ eẽ potuerint ex hyſtoriis examinemus. Varro doctiſſimus romanoꝝ quã poterat uetuſtiſſimam cõtexturus hyſtoriam a regno ſicinioꝝ exorſus eſt / huic regno uel paulo ſuperior uel contemporaneus Trogus a Nino ipſo fecit exordium qui cũ Zoroaſtre bellauit: fuitque Abraã patriarcha paucis ãnis antiquior: unde fabuloſi deprehenduntur qui Zoroaſtrem ſcribunt quinque millibus annorum ante troianum bellum claruiſſe: cum nec tot ab Abraam ad nr̃a uſque tpa ſupputẽtur: quæ nã igitur cã cur & Trogus & Varro profeſſi hiſtorias ſcribere uetuſtiſſimas altius tamẽ orſi non ſunt: præter reꝝ aliquoꝝ mundi uel nouitate / uel certe inouatione / aut nullas aut penitus oblitteratas: nã q̃q̃ illi ſcribere ueteres atq; adeo primas hyſtorias uoluerũt / ueras tamẽ ſcribere uoluerũt / nõ fabuloſas quales Herodotus & Diodorus quorum ſolent interdũ dictis roborare obſeruationes tot milium, ſeculorum impudentiſſimi fabulatores: quaſi Diodorus inſcriptione ſua:

Phauorinus. Cicero. Plato. Varro. Trogus. Herodotus. Diodorus

Herodotus consensu oium litterarum nō habeatur fabulosissimus. Sed hæc ueluti
Porphirius mittamus est in re nostra Porphirii testimoniū euidentissimū:
Cōfirmatio p Porphyrii te/ stimonium. qui quidē quas Callisthenes ex babilone tpib⁊ Aristotelis & Alexandri chaldeoꝝ de astris annotationes in græciā misit/mille ait & nongentoꝝ triū annoꝝ obseruationem dūtaxat continuisse/quos annos ab alexandro retro si numeres in Abraam patriarchæ uel paulo superiora tempora desinere eos cōperies.
Alia cōfirmatio per Hyp. & Pto. Hypparcus & Ptol. principes astronomiæ: ubi pro dogmate statuendo ueterū obseruatōes afferūt/nullas afferunt ipi uetustiores his quæ sub rege Nabucodonosor apđ ægyptios Babiloniosue fuere/post cuius regnū sexcentesimo fere āno floruit Hypparcus a quo ad nostra hæc usq; tempora anni nū plus mille sexcentis aut circiter fluxerunt. Mendaciter igitur & fabulose tot seculoꝝ habere se iactant obseruatiōes / eas uero quas habent necessario esse falsas/ita facile demōstratur. Aut enī cepte sunt a temporibus Ptolemæi: aut ab his excidere qui Ptolemeū antecesserunt. Siquidē post Ptol. cœpit istius obseruationis tenor nō fuit satis hoc tēporis ad obseruationē perficiēdā quod nec ipi negabunt: si nititur experimētis antiquoꝝ: quæ .s. uel ægyptii tradiderunt uel chaldei: quis rursus dubitabit esse fallacem/quādo fidelis obseruatio de cælestibus esse nō potest apud eos qui motus cælestium recte nō tenuerint. In his uero chaldeos pariter & ægyptios aberrasse plurimū nemo nescit/qui mathematicoꝝ libros attigerit. Taxat eos ubiq; Ptol. in magna compositione: Taxat Hyppar
Thales. cus/nec facile quisq̄ crediderit q̄ sero de cælestiū motib⁊ sapere aliquid rectum uita
Eudenius cœperit: solis defectus primus Thales prædixit Eudenio auctore: & Callimachus
Callimachus dicit ꝙ primus inuentor fuit minoris ursæ qua phœnices nauigant. Idem annum ī
Plutarchus trecentos sexaginta quinq; dies diuisit: obliquitatē zodiaci primū syderalis sciētiæ
Pythagoras. rudimentū excogitatā Plutarchus asserit a Pythagora q̄q̄ eam Euripides quidam
Eurypides. chius Pythagora iunior iuentā primitus a se glorietur: priusq̄ Solon floreret ī græ
Solon. cia floruit autē ante tempora xp̄i annis fere sexcentis/nemo nō putabat lunarē mē
Proclus. sem triginta eē dieꝝ. Primus Solon errorem hūc emēdauit/ut scribit Proclus ī Thimeum Platonis. Quod si tam insigniter ī lunari motu tā facili familiariq; nobis er
Ptolemæus. rabant/qd de motibus syderum aliorum occultioribus tardioribusq; sit putādum: sed non est opus hic coniectura. Legatur Ptolemæi liber cui titulus magna compositio/patebitque citra suspitionē ueteres oēs in cælestiū motib⁊ toto ut dicitur cælo penitus aberrasse de motu quem dicebamus syderis ꝓximioris/nihil nō modo uerum/sed nec proximū uero dephensum ab antiquis ibi cognosces: Hypparcus pri
Quo tēpore Hypparcus. mus in Rhodo insula ducentesimo fere ante xp̄m anno lunæ cursum uerius obseruauit. Sed nec tamē ad liquidum quare corrigitur a Ptolemæo qui ꝓximius qdē Hypparco accessit ad ueritatē: sed ita ut nō attigerit ab hispanis deīde astronomis emēdatus/in solis motu quo cæteros metiūtur adhuc quoq; cecutiunt ne dum illū antiquitas sit cōsecuta: sed ægyptii plus nimio exorbitarūt fieri solis restitutionem putātes post trecentos sexaginta quinq; dies & quartā diei partē adiecta
atque trigesima: nā nec quartā impleri ueriores deinde obseruationes docuerunt:

Quomõ igitur fidelia fecerit experiméta super ãni fato sapiẽtia ægyptiorꝝ sup eius initio tantũ delinquẽs ibi quoq; ridiculi ꝗ annũ auspicabãtur: & Theophilus tradit cũ primũ ægyptũ nilus iundabat: Anaximáder ut scribit Phauorinus in oĩmoda hystoria primus Gnomonẽ iuenit: quo cõuersiones solis & æquinoctia notaret astrolabiũ Ptolemæi iuentũ esse nemo nescit qui eius libros legerit: primus Pythagoras idẽ sydus esse dixit uesperꝝ atq; luciferꝝ auctore Parmenide Pythagoras xp̃m quingẽtis ãnis nõ antecessit. Sed redeamus ad motus adeo parꝝ antiquis exploratos, ut de motibꝰ quinq; planetarꝝ præter solẽ & lunã: ita paucas extare ueterꝝ obseruatiões dixerit Hypparcus: ut nec aliquid sup eis quod fidẽ faceret a se quoque cõpertũ posset affirmare. Primus Ptol. aliquid sibi de istis certum uisus est dicere: ꝗꝗ secuta ætas multis eũ in locis pro tẽporis beneficio castigauerit. In ascensionibꝰ quas anaphoras græci uocãt signorꝝ dinumerãdis quãtũ exciderẽt a ueritate qcũq; in ægypto per sydera diuinabãt: & prĩo apotelesmatõ ptolemæus: & Apolinarius in cõmentariis testatus est: & Apolonius ex laodicea quĩq; libris opere dicato illorꝝ errata sugillauit. Quis igitur hæc cõsiderãs dubitauerit? nullũ apud ægyptios uel chaldeos de astrorꝝ influxibꝰ experimentum haberi uerũ potuisse: siquidẽ nec signorꝝ ascensiões unde maxima pars huius artis dependet: nec planetarꝝ motus haberent exploratos: quasi quid quo loco qs planeta faceret experiri fideliter possent, cũ semper essent ĩ eo loco planetæ quo ip̃i eos minime putabãt: ut nõ erraticas stellas p̃tereã quarꝝ motus oĩno, si ptolemæo credimus illis fuit ignotus Quod si illi errarũt, ut ĩdubie liquet, errãt græci qui illos, errãt arabes qui græcos, errãt latini qui arabes græcosq; sequuntur: & ex eorũ regulis ac expertis euentura ꝓnunciant. Neque enĩ quicquã putãt maiori se ꝓdere auctoritate, ꝗ ꝗ chaldeorꝝ & ægyptiorꝝ auctoritate cõfirmãt. Hinc Aesculapios & Hermetes, & Notepsos, & petosires, uana oĩo noĩa quasi nebulas lectoribꝰ spargunt, quasi nõ fuerint isti rudissimi scientiæ quam ꝓfitebãtur si uera nobis Hypparcus & ptolemæus auctores astrologiæ præcipui tradiderũt: Quid igitur Ptolemæus apotelesmatõ lib. primo quasi fidẽ dictis facturus ad antiquorꝝ experimenta se cõuertit? que uix ip̃e suo tp̃e uera potuit exordiri syderali scĩa, tunc primũ tolerabiliter indagata Petrus apponẽsis aberrantẽ Galenũ in lunæ motibꝰ sic excusat. Hæc exacte nõ scripsit Galenus, nõdũ enĩ erãt cõprehẽsa: nec fuit tamen Galenus Ptol. prior, sed cõtemporaneus: quare totã nos ita disputationẽ cõcludamus siquæ scripta est astrologia experimẽtis ueterꝝ nititur, fallax est, qa illis rõ defuit, cũ neotericis ista quoq; sint ĩ ambiguo ut supra ostẽdimus: ne dũ antiquitati fuerĩt manifesta, si iuniorꝝ adhuc fallacior quibꝰ & ratio pariter defuit & tẽpus.

Theophilus. Anaximáder gnomonis inuentor. Pythagoras. Petrus appo. Galenus pto. cõtẽporaneus

Ioannis pici Mirandulæ disputationũ aduersus astrologos libri undecimi finis.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE DISPVTATIONVM ADVERSVS ASTROLOGOS LIBER DVODECIMVS.

Caput primum Non esse adhibendã fidẽ astrologiæ quasi reuelatæ .



Ratio prima

I fabulamentis astrologorum nec ratio patrocinatur/ nec fides esse potest ab experimentis: quid iam super est: cur se illis homo sapiens dedat? an oracula putabuntur? & quæ uelut parum rationalia confutauimus/ea uelut diuina suscipiemus. astrologos imitati/qui si quid fit ab hominibus præter rationem referunt ad stellas. Pari ne igitur nos exẽplo hominum deliramenta referemus ad deos.? At qui si forte persuasio hæc aliquem cæpit sciat nõnihil sibi pdesse diuinas huiusmodi reuelationes/quandoquidem ut uidimus tanta sit in decretis astrologiæ dissensio: nec reuelatum sit adhuc chaldeorum ne astrologia: an potius ægyptiorum: an iudeorum: an Ptolemæi: an arabum illa sit quam munere singulari dii nobis benemerentibus aspirauerunt. Nihil igitur ista nos iuuat diuina beneficentia dum in colluuie nostrorum mendaciorum latet illa de cælo suscepta cælitus uerissima sapientia. Nec lydius aliquis lapis inde demissus quo legittima possit ab adulterina discerni. quod si mihi sermo cum christianis quæram putẽt a deo reuelatam/aut a demone potius/a deo dici nõ potest: siquidem illam litteræ sacræ diuinæ uocis interpretes interdicunt: si respondeant a demone/ nulla fides demoni quem mendacii patrem deus appellauit. Hinc illorum insania cõfutatur qui diuinitus hanc scientiam sicut alias omnes Adæ collatam fabulantur a quo per manus deuenere ad Noe: Cuius filium Ionicum referat Methodius multa futura per hanc artem prædixisse: tamen per filios Noe superstites Cathaclismo ad abraã patriarcham qui docuerit eam ægyptios teste Iosepho: & ab ægyptiis ad grecos/a græcis ad latinos deuolutam. Sic perbellam isti sibi successionem cõminiscuntur illaqueandis rudibus opportunam: sed doctioribus ubique falsam atque mendacem. Nam de Adam quod dicunt nisi hoc quoque reuelatum/quo testimonio probant An quod credimus illum dei munere scientias omnes caluisse sequitur hanc quoq; Certe sequeretur si hæc quoque foret scientia/si non uana/non falsa: non ridicula: non repugnans principiis uerarum doctrinarum/non deo ut dicebamus: sed nec inuẽtore homine digna. Ad Ionicum ueniamus: Scribit quidem de hoc Methodius sed idoneus parum auctor. Neque enim ille est cuius meminit inter uiros illustres diuus Hieronymus hic parcharensis fuit/ille alius omnino. citatus interdum a Petro cõmestore/in quo nemo mediocriter eruditus delectum bonorum auctorum non desiderat. Sed nec Methodius dicit eum prædixisse quicquã/ cæterum super isto Ionico quid ualere potest ignobilis scriptoris auctoritas? cum & Moses ipse p/



Ratio secũda

Ratio tertia.

Rõ quarta

Methodius .

Hieronymus
Petrus

pheta/tres tantum Noe filios numeret: Sem: Cham: & Iophet. Nec Iosephus aliũ quẽquã præter hos nominet. nec Philon/nec hæbreus quisquã/uel annalium con ditor/uel mosaice legis expositor/Abraam ægyptiis astrologiam tradidisse Iosepho credamus: sed non diuinatricem superstitiosam frequentiorem apud idolatras q̃ apud ueri dei cultores qui deus Abraam nuncupatur/a Mose & a prophetis sugil/latam: qui se tamen Abraæ traditionem & præcepta sequi profitebantur. Verum illam potius mathematicam de syderum motibus/moribusque scientiam: cuius usus frequens hebreis & necessarius/pro statis cerimoniarum temporibꝰ obseruan dis cuiusq; studio delegatum Hysachar tribum/hebreorum monumentis proditũ est. Hæc non sine arithmetica discitur: quoniam tota fere numeris constat & mẽ suris/quam simul cum astrologia ægyptiis demõstrasse Abraam/scribit Iosephus qui si diuinatricem potius istam intellexisset/falsus omnino esset/siquidem ait hanc astrologiam: quam primus ægyptiis Abraam indicauerat a chaldeis ægyp/tios accepisse. Liquet autem superioribus suam sibi ægyptios ad prædicendũ astro/logiam fecisse/cui nihil fere cum dogmatis chaldeorum sit cõmune: sed in ea quæ de syderum motibus est/paucos se chaldeos exercuisse absq; eis ad alios defluxisse docet Ptolemæus in magna compositione/non aliam igitur q̃ mathematicam istã iosephus intellexit. Irridẽdus autem Aboasar qui suo loco filios Noe in chaldeam cum uenissent hanc ait disseminasse scientiam/quam cælitus habitam chaldaicã ipse de finibus planetarum reiicit opinionem. Sed non fuit in confutandis his nu/gis tantum opere insumendum/cum nemo non intelligat nisi tardissimus/hæc de/liria esse hominum suis somniis fidem sic mancipantium: ut quæ nulla ratione ꝓtu lerunt/ab Adam repetita auctoritate confirment. Nam illud respondeant cur nõ aliæ quoque artes atque scientiæ per istam ad nos successionem deuenerint: sed ingeniis posterorum excogitatæ studii secuta diligentia cõsumatæ sunt: An in una astrologia quasi utiliore diuinæ hoc nobis prouidentiæ munus obtigit? Verum qđ non solet dormitasset illa prouidentia/non animaduerteres frustra nobis seruari hanc diuinatricem/nisi mathematica quoque seruaretur/sine qua uti recte illa nõ possumus. Neque. n. ꝓdest sydeꝝ uires & naturas habere cõpertas/nisi possis ex/acta supputatione notare singulis horis syderum habitus/formam/& posituram. Quod cum sola mathematica præstet/debuit hæc quoq; ad nos a primo patre he/reditaria traditione deuolui/si tam salutaris diuinationis usum deesse uitæ diuina prouidentia noluit.

Iosephus Philon.

Quinta rõ.

Caput II Quales ægyptii atque chaldei apud quos nata astrologia:

[H]Ic reiiciuntur qui nugalia hæc tam indigne de cælo tam mendaciter ficta: quasi de cælo tamen habita uenerãtur: quæ cum quis leget introspectans tam plane uidet uim eius/ut non relinquatur ulla suspicio cælestis inspira/tionis/id quod ex iam dictis hebetissimo cuique satis euidens puto. Verũtamen

nõ inutile fuerit sub uno quasi cõspectu reputare lector quõo nata pestis ista mun/do se diffuderit: hoc est quibꝰ auctoribꝰ orta: quibꝰ persuasionibꝰ recepta: qua au ctoritate cõfirmata: quibꝰ fomẽtis aucta pseuerauerit in hãc diem: Nã hoc quoq; ad abrogandã illi fidẽ detegendãq; illius uanitatem nõ oĩo erit inefficax. Nata igi tur de chaldeis ægyptiisq; parentibꝰ de quibꝰ dicendum aliquid priusq̃ de uanitate ipsoꝝ ista dicamus. Fuit igitur utraq; gens duaꝝ rerum imprimis studiosa atq; pe/rita idolatricæ religionis/& mathematicæ. Ad hãc loci opportunitate inuitabãtur: nam patẽtes campos & planicies latas/habitabãt: unde syderum facilis ueriorque prospectus: in illa hoc est uanis superstitiosisq; cerimoniis/cur præ cæteris gentibus occuparent honoraréturque cũ antiquitate factum pp quã primi deoꝝ cultus ex/ercuerunt quasique parẽtes aliis: & necessario magistri religiõis fuere: Tũ qđ ali/bi quoq; mõstrauimus ꝑpter imperitiã sapientiæ physicæque rõnis: & ruditatẽ in/genioꝝ. Nã mathematica quidem sapiẽtes nõ facit: quare ueteribꝰ pueroꝝ studiũ fuit: quin potius ut modice cũ rõneq; gustata uiam struit philosophiæ/ita siquis ei soli totum se tradiderit occasiones erroꝝ in philosophia maximas parit Aristotele teste. Fuerunt igitur ægyptii atque chaldei/quãtum equidem assequor cõiectura parum facto ad sapientiã ingenio id quod in hoĩbus earum regionũ nũc quoq; cõ spicitur: quibus si cultum studii casus ademisset: naturam tamen adimere nõ de/buisset. Neque uero nos fallat quod me quoque adolescentẽ olim fallebat/celebra ta ueteribꝰ etiãque platoni ægyptioꝝ sapiẽtia & chaldeoꝝ: quos adiisse pythagorã & Democritũ/Eudoxũ/platonẽ/alios cõplures nõ ob aliud q̃ cõparãdæ sapientiæ gratia/memoriæ proditũ est. Nã celebre quidẽ illud atque diuinũ sapiæ nomẽ de sola sibi cerimoniarum/& colendoꝝ deorum cognitione uendicabãt quĩ fuit apud omnes gentes/apud oẽs etiã bonos philosophos hæc semper persuasio sũmam sapiẽ tiam ĩ religiõe cõsistere. Quare plato pythagoras/aliique cõplures hoc quidem re cte uidẽtes uerissimã philosophiã in diuinorum esse notitia/cum fama esset ægyp tios huius imprimis esse peritos ad eos descendebant auiditate discendi quicquid apud illos occultius sanctiusque uideretur. Descendebant etiã ut mathematicã di scerent: quam quos modo memorauimus auide combiberũt: pythagoras ille De/mocritus & Eudoxus. Verũ tamen ille titulus sapiẽtiæ prærogatiuaque secretioris disciplinæ nõ aliunde chaldeis ægyptiisque q̃ de magisteriis doctrinaque numinũ colendorum: quam auditam ab illis probauerint nec ne boni philosophi alibi dixi/mus: hoc tantum asseueramus naturalis primæue philosophiæ quæ rationibꝰ de/monstratur/nihil græcos philosophos quicunque recte philosophati sunt ab ægyp tiis accepisse: sed quæ ad cerimonias mathematicaque spectarent: cuius rei uel il/lud sit argumento: Quod si aut de mathematicis/aut misteriis agitur chaldeos citari & ægyptios uidemus/eoꝝque sñias afferri semp ĩ mediũ: ĩ philosophiæ rõibꝰ apud platonẽ & Aristotelẽ illoꝝ noĩa nulla sũt. Quod si philosophatũ ĩ ægypto ta letem dicas nõ negabo: ut qui ab eis etiam didicerit aquam eẽ rerum principium

Solutio dubitationis.

in quam opinionem non ob aliud puto ductos ægyptios/q̃ ꝙ de nili inundatione beari suam regionem & fieri fecundam uidebant: Vnde ab illius quoq; exitu per ægyptum annum auspicabantur. Erant enim profecto rudissima ingenia ppeaq; superstitionibus idonea Quas nihil magis q̃ ingenii uiuida uis accedēte doctrina reiicit & aspernatur: ita faciles erant qui a demonibus etiam ad omne genus insanie perducerētur. ꝙ si nō erat eis religio aliđ q̃ supstitio qđ ex magna pte Iāblicus cōsitet̃ ĩ maloꝝ eos demonū cultu occupatissimos fuisse cōfirmans: seqtur cū nom̄ illis sapientiæ de religionis nomine foret: q̃to sapientiores ferebāt̃ / tāto fuisse illos insipientiores: q̃q̃ ut superius dicebatur illorum cōmertiū græcis philosophis magis semper fuit in mathematicis/q̃ illis fuit in superstitionibus. Thales in epistola ad Pherecidem ĩ ægyptū ĩqt/ego cum Solone descēdi ut sacerdotes & astronomos uideremus/nil de philosophia: Idem ab eis se didicisse geometriam. Demetrius dicit Democritum ad ægyptios isse ut geometriam disceret: Interdum Democritus & Platoni & prudentibus monstrosus etiā Pythagoras dictus Iamblicus. Thales. Demetrius

Sed inculpatum illud Platonis ingenium exhibens quod fuit satis seculoque necessarium antiquitati honorem & titulo religionis/de cætero suam massam ægypti fermento nusq̃ temerauit. Et sic Eudoxus quoque in uera ægyptiis est secutus astronomia in diuinatrice præterea illis non consentit. Verum ne longius digrediamur ita concludimus ægyptios & chaldeos occupatissimos in idolatria superstitione plurimumq; mathematicis deditos/ĩ reliqua se philosophia parum exercuisse. Nec quēquā moueat quod Auerois ait apud chaldeos olim pfectā fuisse philosophiā: nam de chaldeis ipe nō loquitur/quorum memoriæ uel monumenta ad nos peruenere: sed ex illa opinione quæ mūdi credens æternitatem infinities ait has artes & abolitas & redditas apud diuersas gentes: nec nobis etiam fraudi fuerit in uniuersum chaldeos non probasse ex quibus Abraam fuerit uir diuinus. Neque Abraā chaldeus: sed q̃q̃ ex regionum uicinia chaldeus interdū nominetur: & dictum est Platonis in ea gente quæ plurimum mala est siquis bonus nascatur: eum esse q̃ optimum. Nec ipse Abraam tam naturæ q̃ diuinæ gratiæ obtinuit priuilegium: Sed redeamus ad astrologiam: in qua re ægyptios & chaldeos quid nā adduxerit facile ē uidere postq̃ de illoꝝ studiis & ingeniis satis multa diximus. Auerois.

Caput III Quid chaldeos & ægyptios in hanc opinionē induxerit fieri fato rēs humanas & de stellis posse præuideri.

s Olent quicunque in aliquam disciplinam se totos ingurgitarunt omnia ad illam referre q̃ libentissime: non tam propter ambitionem: ut scire per illam omnia uideantur: q̃ ꝙ ita illis uidetur quibus s. usu uenit qđ per niues iter agētibꝰ: nā cætera quoq; illis alba uideri solēt: cādoris habitu ĩ oculos iam recepto: reliq̃ ĩ se trāsformāte: sic amantibꝰ perdite quicquid occurrat amatæ / aut faciem aut omnino aliquid refert sub ditionē unius imaginis tota imaginaria amātis facultate redacta: qui theologus est: nec aliud q̃ theologus ad diuinas cās oīs refert: medicus ad habitū corpis: physicus ad naturalia reꝝ pricipia mathematicus

ad figuras & numeros qđ pythagorici factitabāt: hac rõe cũ eẽnt ueteres chaldeorꝝ in cælestium motibꝫ metiendis & stellarũ cursibus obseruandis iugiter assidui: nec aliud qcq̃ eorꝝ magis ingenio detinerét, oĩa illis erãt stellæ: hoc est ad stellas libẽter oĩa referebãt id qđ de ægyptiis dictũ pariter ĩtelligatur. Cũ igitur ad hãc ex ꝓfessione ꝓpensioné accederét cõiecturæ quas libro tertio narrauimus & cõfutauimus: ut corpora ĩferiora moueri a superioribꝫ: nõ posse stellas uires ad influendũ maximas nõ habere: uideri ĩ sole & luna quãtũ nostris corporibꝫ aeriq; dominẽtur: & similia cũ occurrerẽt animis ad eã partẽ iã inclinatis, facile adducti sũt: ut quæcũq; acciderét hominibꝫ siue corporis sortes: siue animi: siue fortunæ: de cælestibꝫ causis crederent ꝓuenire: Quibꝫ quoq; cognitis & exploratis futura reꝝ oĩum euenta cõdicioq; præcognosci. Neque. n. adeo ꝑspectæ illis res physicæ: ut ꝙ uniuersalis causa differret a particularibꝫ: qđq; illius & haꝝ esset officiũ, satis intelligerent: quid substãtiæ cælesti cõueniret: quid repugnaret: quid eẽt quod per se dicitur apud dialeticos: qd quod ex accidenti: quãta dissimilitudo inter naturæ opa & artis: qd posset eẽ signum alterius: huius tam̃ cã nõ eẽt: ut his rõnibꝫ excitati: nec quasi cessantibꝫ ꝓximis causis cõi causæ particulares diuersitates ascriberẽt: nec q̃si deo cæloq; paꝝ bonis, & culpas astris pariter suas ĩputarent: & penas tã animi mala q̃ corporis, inde deriuãres: nec quasi natura corporis ĩtelligeret, incidẽtiũ simul temere causaꝝ ad eã cõcursus referretur: nec uelut ad ĩtima reiq; substãtiã arte peruadente nouas a cælo influi uires ĩ artis opibꝫ existimarent: aut si nõ fierent hæc a cælo, crederét tam̃ posse significari: q̃q̃ nec sibi inuicem, uel effecta uel causæ: nec ab eadẽ origine eodẽ modo utraq; prouenirẽt. Hæc oĩa illi cũ ignorarẽt paꝝ adhuc ꝑfecta philosophia paꝝq; illis etiã indagata, qd mirum si tot cõtra trahẽtibꝫ ĩ errorẽ inducebãtur primũ cõiecturis quas diximus ĩ efficacibꝫ illis quidẽ: sed uulgo rudibusq; philosophiæ magnæ ꝓbabilitatis: tũ assidua illa cũ stellis cõsuetudine quasiq; familiaritate: quibꝫ oĩbus accedebat ĩnata sciẽdi futura hoĩbus curiositas. Nã quæ fieri posse cupimus eadem facile possibilia credimus: Accedebat seculi uitiũ & in hoĩum mentes alte dedita per id tp̃s persuasio diuinandi: cuius mille modos & spẽs isto longe minus ꝓbabiles, & insaniæ plus habentes auidissime consectabantur: ut pyromantias, geomantias, astragatomantias, & cætera id genus anilia nugamẽta: inter quæ poterat error astrologoꝝ sapientia sũma existimari. Adde ꝙ idolatriæ cui erant obnoxii mire cõsentiebat: ut quos deos colebant eos auctores oĩum reꝝ arbitrarẽtur, nõ bonaꝝ modo sed malaꝝ. Nã erat ĩ idolatria hoc quoq; disciplina, alios esse deos beneficos, alios noxios, ut uel hinc cõtra rõnem philsophiæ stellas alias bonas alias malas existimauerĩt. Adde gloriæ & quæstus occasionẽ quã paratã sibi uiderũt astronomi si de cursibꝫ cæli quos magno labore, sed exigua mercede forsitã ĩdagarẽt putarẽt futura ꝓuideri: qbꝫ oĩbꝫ aduce fraudes demonũ ĩproboꝝ tũc maxime mũdo impitãtiũ q ꝓcliues ĩ hũc errorẽ ex cãis memoratis illoꝝ aĩos, occultis magis instigationibus impellebant: cum iudicia peruertentes oĩo mentiũ sibi mancipataꝝ: tum illorum prædicta nõnunq̃ cõfirmãtes uel ad ꝓdicẽdũ illos mouẽtes:

quod euenturũ: uel exequẽtes quod ab illis erat prædictum. Hæc omnia ſimul in cauſa fuiſſe nõ dubito, cur primũ apud ægyptios & chaldeos hoĩes ſupſtitionibꝫ & idolatriæ deditos, ĩ cæleſtiũ motibꝫ occupatiſſimos: philoſophiæ paꝝ peritos: opĩo naſceretur ex ſydeꝝ ſtatu futura ꝓuideri. Recepit opinionẽ ſeculũ facile ob curioſitatẽ & impitiã: cõfirmarũt aſtronomi libẽtiſſime ſpe quæſtus & gloriæ cõparãdæ.

Caput IIII In ea quæ obſeruanda in prædictionibus ſtatuerunt quo pacto inciderint.

u Idimus apud quas gentes, & quomodo primũ natus hic error fieri cælitus res humanas, uel indicari: quõ rurſus in hæc aſtrologi dogmata quibꝫ utũtur in ꝑdicẽdo deuenerĩt facile eſt uidere. Nõ enĩ ut demõſtrauimus ueris ad hæc rõnibꝫ ducti, nã q poſſent, cũ nõ ſit ratio uera mendacii: Tũ reꝝ quoque nobis & loco & natura cõiũctioꝝ ꝓprietates aliter q̃ ab opatiõibꝫ nõ exploramus: Sed nec ĩducti expimẽtis alioqn ceſſare eos oportuit multas ſaltẽ ætates a ꝑdicẽdo, cũ extra cõtrouerſiã diuturnis dũtaxat obſeruatõibꝫ & ſæpius repetitis expimẽta hmõi pficiãtur. Quid igĩ cõiecturas ſecuti ſunt partĩ a mathematicis qbꝫ incũbebãt, partĩ a parabolicis quibuſdã ſimilitudinibꝫ ſũptas quibꝫ nihil poterat cogitari fallatius: ſed uel fallebãtur ipi rudes philoſophiæ & dialeticæ: uel falli poſſe putabãt ĩperitũ uulgus: nec ꝓperãtibꝫ ad diuinãdi quæſtũ & gloriã tã ſatiſfaciebat: q̃ ueriſimilior, q̃ quæ facilior uia atq; paratior: ſic primũ ſtatuerũt fata hoĩum iſta de natali hora pẽdere: tũ qm̃ id fere uulgo uidetur hoĩem fieri cũ naſcitur. Tũ ꝙ alia prĩcipia uel cõcipiẽdi fœtus uel aĩandi poſita magis erãt ĩ incerto q̃ ut forent obſeruanda ĩ prædicẽdo: a mathematicis ſic accepta, primũ qm̃ motus ſydeꝝ metiẽtes ĩ duodecĩ partes obliquũ orbem diuiſerũt numerãdi facilitate rurſuſq; eadẽ ratione quãlibet partiũ ĩ trigĩta, & trigeſimã quãq; ĩ ſexaginta ſuſcepunt hanc diuiſionem quaſi natura nõ arbitrio factã: & quot iã partes ipi finxerãt ſibi tot influxuũ uires & proprietates diuerſas eſſe decreuerunt: tũ pro numero ſignoꝝ duodecim loca diuiſere ſex ſupra finitorem: ſex infra: ſicut ſex quoque ſigna ſub terra: ſex ſupra ſemper reuoluũtur. Ita magno errore definitũ obſeruandũ in primis, ſub quo loco quo ſigno planeta collocaretur: alias.n. ad influendũ pro loci ſigniq; uarietate uires adipiſci: poſt hæc quaſcũq; in motibus diuerſitates notarũt eas in opationibꝫ quoque ſtellarum notandis iudicarunt quaſi efficientiæ quoque uis inde ſpecieſque uariaretur: Sic aliud facere planetam decreuerunt cum rectus ĩcederet: aliud cum repedaret: aliud cum ſubſiſteret: tum pro ſyderum inter ſe uel coniunctione uel diſtantia fieri ab illis res diuerſas. Obſeruarunt autem in primis diſtantias quaſdam: quas nonis metiebantur inſigniores nonnullos mutationibus deprehenderant: ut trigonum interuallum: quod in eo ſaturnus & iuppiter ſoli configurati ſemper retrocederent: ſicut interdum mars in quadrangulo, mercurium & uenerem ultra ſexangulum remoueri a ſole nunquam uiderent. Cogitauerunt igitur iſtas ſydeꝝ eſſe diſtãtias obſeruãdas, cũ ĩter ſe trigona uel exagona uel q̃drata radiatõe ꝓponerent: ſed & oppoſita cuius euidẽs rõ ẽ ꝓferti ꝙ ĩ his quoq; cõfiguratiõibus

lunæ schemata ad solē mutari cōspiciebant & cornicularē fieri in sexangulo, diuiduā in quadrato: prætumidā in triangulo: plenā in diametro: sicut item cū circulorum quorundā ad uiā solis intersectiōes fuerāt imaginati rē necessariā in motibus metiēdis: sed uanā ī īfluentiis: ita has quoq; fatorū decretis adhibuerūt caput caudāq; appellant: quas denique uires afflatusque radiorum mathematicas has quātitates situs, loca, puncta, distantias: nō qualitates naturasque radiorum cōsequerētur. Sed hūc illi errorem nec aīaduertebant ignoratione physice: nec poterāt euitare si singulis momentis alias in cælo constellationes esse uolebant: quæ nascentiū identidem hoīum uitā fortunā mores ingenia uariarent.

Caput V Quid obseruanda illa indicarent: quibꝰ cōiectutis definierūt.

Sic a mathematicis quid obseruandum foret acceperunt intentione peruersa quæ fuit antiquis (si credimus Aristoteli) erroris quoq; occasio dum res naturales quasi mathematicas iudicant. Restabat post hæc inuestigandū quid hæc ipsa significarent uel efficerēt signa: sydera: motus: aspectus: cū uel hoc modo uel illo disposita inuenirētur: hic cōiecturis egerunt leuissimis & fallacissimis quas narrabimus. De signis ita primū cōmenti sunt: erat ægyptiis indubitatū oīa constare ex quatuor elementis. Cū igitur signa iam duodecim accipissent occasione quā diximus uisa illis per bella cōmodaque partitio: ut hæc quoq; per quatuor elementa distinguerent: quibus ter replicatis signorum numerus implebitur Et quoniā prima fuisse corpora ignē terrāque opinabātur: ut pote centrū & circūferentiā. Nam ignis illis erat suppremū corpus, tū inter media aduenisse aerem & aquā: ut etiā Plato ostendit in thimeo. Idcirco primū signum igneum statuerunt: secundū terreū, tertiū aereū: quartū aqueū. Tū redeuntes simili consequentia quintum igneum: sextum terreū: atque ita deinceps. Hinc euenit ut quæ trigono īterualo distarent, tribus. s. mediis signis īterceptis eadem natura censerētur: quare. s. quintum signum ad naturam primi reuertebatur: quæ uero sexangulo partim quidem affinia, partim discordia forent: sed affinia magis: quoniam primum igneum tertium erat aereum. Quæ uero tetragono penitus aduersa si ignis & aqua penitus discordant: sic figmentum ut trigona radiatio bona foret: quadrata mala: sexangula fere media: sed quadrata melior: oppōnem quoq; malam fore: q; ita posita sydera ex aduerso se cōtueantur: Aliqui tamē mediā hāc etiā uolunt signorum qualitates in ea sicut ī aliis aspicientes. Est enī inter signa quæ altera quidē qualitate conueniūt, altera discordant. Patet hinc ut se inuicem ista placita pepererūt: & quæ seorsum audita suspitionem cuiuspiā rationis relinquūt, origine patefacta stati contemptibilia fiūt. Nā si illud primū fundamentū nutans & imbecillū numeris. s. signorū duodenariis, arbitrio supputantiū (ut astrologi cōfitentur) īductus sit quæ superædificātur omnia ruinosa: sunt autem plurima ex ea una radice pullulantia: nam & trigona inde quæ magnam sibi astrologiæ uendicāt partem, unde trigonocratores, hoc est domini, ut dicunt, triplicitatum, a quibꝰ rationē de finibus chaldei posteriores acceperunt, ægyptii monomirias, arabes a magnis cōiunctionibus

Vnde trigōa

Plato.

Vnde aspectus.

